








OSTENDO NON OSTENTO
On things transitory resteth no glory
Ius: Isham of Lamport Northn. Sh. Esq.

Justinian Isham His
Book December the 1
1701

Justinian Isham
1701

Opuscula


MYTHOLOGICA, ETHICA ET *PHYSICA.*

GRÆCE & LATINE.

PAlæphatus, Heraclitus, Anonymus, Phurnutus, Sallustius, Ocellus Lucanus, Timæus Locrus.

DEmophilus, Democrates, Secundus, Sextius Pythagoricus, *Theophrasti* Charactêres, *Pythagoricorum Fragmenta.*

Heliodori Larissæi Optica.



CANTABRIGIÆ,
Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi:
Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1671.

Ad Lectorem
PRÆFATIO.



E Scriptoribus his, quos tibi, L. B. in hac Editione repræsentamus, pauca admodum mihi dicenda restant; quoniam eorum maxima pars suis notitiis *&* testimoniis *(cuique à fronte præfixis) abundè innotescere posit. Accuratè de* Palæphato *disputavit* Ger. Vossius; *de* Heraclito, *ut potuit,* Allatius, *qui eum primus edidit.* Heraclitus, *inquit,* scriptor est antiquæ notæ; sed inter tot ejusdem nominis Scriptores, quisnam ille fuerit, expiscari alius fortunatiùs poterit. Non nemo hunc eundem ac Heraclitum illum esse existimabit, cujus elegantissimus atque optimus de Homericis Allegoriis liber legitur, quem alii sub Heraclidis Pontici nomine, sed falsò, evulgârunt. *Existimaret etiam non nemo ad* Heraclidem Ponticum *hoc opusculum pertinere. Scripsit* Heraclides ille περὶ τῶν ἐν ᾅδου, *ut testatur in ejus vitâ* Laertius; *vides id in hoc* nostro *esse caput* 21. *Accedit, quòd ex* Photio *discimus* Agatharchidem Cnidium *nonnullos hujusce philosophi libros in Epitomen redegisse. Ferunt, inquit* Photius *tmem.* 214, Agatharchidem ἐκλογὰς συντάξαι περὶ τῆς πρὸς φίλους [*non* προσφιλοῦς, *ut* Schottus,] ὁμιλίας· *docet autem* Laertius Heraclidis *id fuisse opus.* ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ μεσότης τις ὁμιλητικὴ φιλοσόφων τε καὶ στρατηγικῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων; *idem quoque scriptum* Suidas, *in* λέγαι, *videtur intellexisse. Pergit* Photius *de* A-

gatharchide, καὶ πάλιν ἄλλην ἐπιτομὴν τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων---------ἀνέμων, ἐκλογάς τε ἱστορικῶν συντάξαι. *Itidem ex eodem* Laertio *constat* Heraclidem *scripsisse* ἱστορικά; *credo equidem* θαυμάσια, *quoniam de lacu quodam mirifico apud* Sauromatas *allegatur in eo libello* Sotionis, *qui est inter* Aristotelis opera, περὶ ὑδάτων καὶ κρηνῶν παραδοξολογουμένων. *Addo, plurimas fabulosas historias* Agatharchidem *complexum esse in suo quodam, apud* Photium, *libro, quæ in hoc nostro comparent. Ut mihi à vero non abhorrere videatur, libellum hunc ortum quidem esse ex* Agatharchidis Eclogis *sive* Epitomis, *retinuisse tamen* Heraclidis *nomen, qui primus erat ejus pater. Idem fuisse fatum dixerim eorum librorum, quos* περὶ πολιτειῶν *fecit noster* Heraclides, *quorum jam tenue adeò compendium sub ejus nomine circumfertur. Sed* Eustath. *in* Odyss.p.1859, Heraclitum *quendam in hoc argumento agnoscit; Membranæ quoque [ut etiam in lib. de* Alleg. Hom.] *idem nomen exhibuêre. De totâ ergo hâc de re ampliùs deliberandum.*

Subjunximus his Anonymum. *idem enim argumentum. Quisquis is est, debes* Allatio, *qui ex* Vaticana Bibliotheca *emisit.*

Phurnutus, *uti ferè dicitur, prodiit primò* Aldi *typis, deinde* Oporini. Aldus *(ut erat summâ in scriptis codd. exprimendis fide) vocat eum in fronte* Phurnutum, *in calce libri* Cornutum. *Similis est* Oxoniensium *MSS*rum *hâc in re incertitudo; eorum tamen, quantùm conjicio, antiquissimus, consentiente*

ente

ente quoque Vaticano, *inſcriptionem operis ſic apertè concipit*, Κερνέτε ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδιδομένων; *quo modo &* Diocles Magneſius *ſuum opus* ἐπιδρομὴν φιλοσόφων *inſcripſiſſe fertur. De* Cornuto *igitur*, τίς; πόθεν ἐς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις; *deinceps diſquiramus.*

Romæ *ſub* Nerone *claruit* Annæus Cornutus, *domo* Græcus, *ſectâ* Stoicus: *habuit in Philoſophia auditores* Claudium Agaternum *medicum* Lacedæmonium, Petronium Ariſtocratem Magneſium, Annæum Lucanum, & A. Perſium. *Ait* Dio *hiſtoricus illum* Cornutum εὐδοκιμῆσαι τότε ἐπὶ παιδείᾳ, *non ſolâ ergo Philoſophiâ.* Suetonius *auctor eſt, fuiſſe tragicum poëtam; ut videri poſsit ad* Medeam *ſcribendam impuliſſe* Lucanum: *eundem* Fulgentius *ut Satyricum laudat;* Perſius *quoque in 5ª ad Satyras componendas ſe* Cornuti *auctoritate acceſsiſſe profitetur. Summum fuiſſe criticum facit id, ut credam, quòd* Nero *ejus cenſuræ quoddam ſuum poema permiſit. Hujus poematis vitia cùm ille more ſuo, hoc eſt,* Stoico, *liberiùs traduceret, exulare coactus eſt.* Adière Plautum [*tunc exulantem*] doctores ſapientiæ Coeranus Græci generis, Muſonius Thuſci. *Verba ſunt* Taciti. *Neſcitur* Cœranus *ille.* Soranus *amicitiam coluit cum* Plauto; & Vocabula *parùm diſcrepant; ſed* Soranum *fuiſſe doctorem ſapientiæ, aut Græci generis non conſtat. Lego igitur in eo loco,* Cornutus, *quem, teſtibus* Dione & Euſebio, *intelligimus tunc temporis exulâſſe.* Cornutum *hunc multa reliquiſſe Philoſophiæ ſuæ monumenta docet nos, qui* Perſii *vitam*

conscripsit. Ea philosophica scripta (nam de cæteris infrà dicam) Porphyrius *designabat, cùm de* Origene *nostro diceret,* ἐχρῆτο δὲ Χαιρήμονος τοῦ στωϊκοῦ καὶ Κουρνέτου βιβλίοις, παρ' ὧν τὸν μεταληπτικὸν τῶν παρ' Ἕλλησι μυστηρίων τρόπον ἔγνω. *Occurrunt hæc apud* Eusebium *Hist. Eccl. l. 6. c. 19, Et* Suidam *V.* Ὠριγένης. *Eundem* Cornutum *intellexit* Hieronymus *Epistolâ ad* Magnum; Origenes decem scripsit Stromateas, omnia nostræ religionis dogmata de Platone, Aristotele, Numenio, Cornutóque confirmans. *Alium denique ab eo non esse hunc, quem præ manibus habes L. C. mecum statues, si attendas ad* scriptionis Characterem; *si consideres* Scriptoris Dogma & sententiam *in philosophando, quam in hoc quoque libro videtur aperuisse.*

Τρόπος *scribendi quo utitur, est prorsus* μεταληπτικός. *Quo in genere credo illum libenter versatum, cùm ex* Gellio *videam libros aliquot de* Figuris sententiarum *ab eo compositos fuisse. Habuit igitur de* Cornuto *idoneum satìs ad artem Allegoricam Magistrum* Origenes; *saltem ex hoc libello, si alius fortè sit ille* Cornutus Gellianus.

Quod autē istius libelli auctor Stoicorum *in Philosophando sectam secutus sit, patet vel ex primo capite, ubi* οὐρανὸν *cum Stoicis* κόσμον *dicit; item esse naturâ* πυρώδη *&* ἄφθαρτον*: quòd in secundo capite, animam mundo impertiat; quòd Jovem esse illam animam contendat; quòd Cœlum Jovis sedem, quódque animas ex igne ponat. Illud denique satìs arguitur ex eo, quod pag. 39 scribit,* ἦν δέ ποτε, ὦ παῖ, πῦρ τὸ πᾶν, καὶ γενήσεται πάλιν ἐν

περι-

περιόδῳ· ait enim Laertius opinionem περὶ τῆς ἐκπυρώσεως Stoicos habuisse ab Heraclito, qui statuerat ἕνα εἶναι κόσμον, γεννᾶσθαί τε αὐτὸν ἐκ πυρὸς καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους. Atque ex his constare videtur, quod Origenes non tantum in scribendo, sed & in sentiendo Cornutum imitatus sit; quódque ex hujus, aut similium, scriptis arripuerit, quæ in libris περὶ ἀρχῶν de Mundi rerúmque adeo omnium ἀποκαταστάσει aut credidit, aut opinatus est.

Sed ut ad Porphyrium redeam; is sibi visus est cornicum, quod aiunt, oculos confixisse, cùm Origenem ex Cornuto aliquid didicisse deprehendisset. A quo tandem ipse hauserit, quæro, egregiam in allegorizando solertiam, in qua nec Origeni ipsi concessurus videtur: ambos in eodem ludo edoctos nemo non videt. In eo libro quem de Nympharum antro scripsit, ostendit, quantus esset in Symbolis explicandis artifex; Numenium & Cronium sequi se non diffitetur, quos etiam Origenem fuisse imitatum, loco apud Eusebium supra allato, docuit. Nihil igitur à Cornuto Porphyrius? imò, sed suppresso nomine. In Antro p. 262, edit. Cantabrigiensis hæc occurrunt, ὅθεν ἐπιθυμίᾳ μὲν συνουσίας τὸν οὐρανὸν κατιόντα εἰς γῆν ἐκτέμνει ὁ Κρόνος. Ista habes apud Cornutum p. 11, prout ex MS° restituimus in n. 2. Ecce autem alium in hoc opusculo locum p. 91, Οὐ δεῖ δὲ δοκεῖν πανταχοῦ εὑρεσίλογον [Κλεάνθην] πρεσβύτην; magnam enim (inquit Cicero) susceperat molestiam Cleanthes commentitiarum fabularum reddere rationem, & vocabulorum cur quidque ità appellatum sit, causas explicare. Eandem notam cum videret se

Porphyrius *promeruisse*, *eodem modo purgat se*, *quo* Cornutus Cleanthem, οὐ δεῖ δὲ τὰς τοιαύτας ἐξηγήσεις βεβιασμένας ἡγεῖσθαι καὶ εὑρεσιλογούντων πιθανότητας, *ipsius verba sunt p.* 272. *de* Antro. *Tertius adhuc locus adferri posset ex* Porphyrii *libro* περὶ ἀγαλμάτων (*habetur autem apud* Stobæum *in Ecl. Physic. p.* 1ª, *verbis primis*, *quod rectè nos docuit* Lucas Holstenius) *nam quæ ibi de Etymologia* τοῦ Ζεὺς *disserit partim ex* Platonis Cratylo, *partim ex secundo capite* Cornuti *petivit*, *ut inspicienti constabit. Eâdem crypsi hunc nostrum tractat* Joannes Diaconus, *Scholiastes* Hesiodææ Theogoniæ; *integra quippe* τεμάχια *ex hoc libro*, *non agnito auctore*, *subinde adfert*, *ut in notis ad* Cornutum *ostendi*, *cùm aliàs*, *tum p.* 38. *n.* 11.

Laudatur porro Cornutus *quidam* Jamblicho *apud* Stobæum *in Ecl. Phys.* ἀλλ' εἰ οὕτως γίνεται ὁ θάνατος, προσαφαιρεῖται ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, καθάπερ ὁ Κορνοῦτος οἴεται; *fuisse autem in ea sententia* Stoicorum *plurimos ex* Laertio *&* Stobæo *constat*: *quare non videtur alius ille ab hoc nostro* Cornutus Jamblichi.

De eo Cornuto *idem statuendum quem* Syrianus Philoxenus *in* Aristotelis Metaphys. *allegat*, Βοήθῳ καὶ τὸν Κορνοῦτον συντάττειν μὲν εὔλογον, οὐ πόῤῥω καὶ αὐτὸν ταύτης ὑπενεχθέντα τῆς δόξης. *Nec enim si cum Boetho Peripatetico ejusdem* de universalibus *fuerit opinionis*, *sectæ quoque ejusdem fuisse concedi debet.*

Extra dubium rem constituet Theodoretus, sermone ad Græcos secundo, Κορνοῦτος ὁ φιλόσοφος τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ξυντέθεικε. *Hunc quin*

in-

intellexerit librum [in quo auctor se pro Theologo passim gerit, & queritur veterem ab Hesiodo *Theologiam fuisse corruptam] suspicari potest nemo. Potest tamen* Theodoreti *testimonium aliquid roboris accipere à* Nica *(qui Etymologici magni auctor creditur;) is enim in V.* Ζεὺς *eadem quæ supra* Porphyrius περὶ ἀγαλμάτων, *ex hoc libro adfert; eorum verò auctorem asserit,* Κορνοῦτον ἐν τῷ περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας.

Præter hunc libellum scripsit nonnulla alia Cornutus. φιλοσοφικὰ καὶ ῥητορικὰ *tribuit ei* Suidas; *nescio an eadem intelligat* Porphyrius *qui in libello suo ad Categorias* τέχνας ῥητορικὰς *&* γραφὴν πρὸς Ἀθηνόδωρον *huic tribuit. Suspicor autem (nam cùm interciderit liber, res ad liquidum perduci nequit) opus id quod* Athenodoro *inscripsit, contra* Aristotelis Categorias *elaboratum fuisse; certè auctor est Simplicius* [ex Porphyrio] *in prolegomenis ad* Aristotelis Categorias *tum* Athenodorum, *tum* Cornutum, *è Stoa utrunque, contra* Philosophum *de eo argumento, infeliciter velitâsse. Idem* Simplicius *docet* Cornutum *in dictionibus explicandis & distinguendis magnam partem sui Scripti insumpsisse. Videant igitur quibus est occasio, num is sit liber, qui jam in Bibliotheca* Regis Gallorum *unà cum* Magistro *de* Atticis, *sub* Phurnuti *nomine latitat.*

Ærumnas Herculis Phurnuto *tribuunt codd.* Vaticani & Veneti; *eundem prænomine* Polydeucem *vocant, & de deorum naturâ commentatum fuisse asserunt. Erit igitur & hoc quoque opusculum* Cornuto *vendicandum; extat illud quidem* Oxonii, *sed sine scriptoris nomine, immediatéque præcedit in eodem volumine*

Cornutum *hunc de* diis. *Nequeo autem jam affirmare idémne sit cum eo quem* Allatius *edidit. Interim* Allatianus *totus ferè habetur in* Apollodoro *&* Scholiaste Homeri, *ut meritò suspicari posset* Leo, *eum esse* Johannis Pediasimi *fœtum, qui adhuc in nonnullis Bibliothecis servari memoratur.*

Denique, nè Te, L.B. rumpam, dicit Cornutus *hujus operis p.* 42, *se aliquando in* Hesiodum *interpretationem editurum; quod & fecisse videbitur ei, qui animadvertet antiquorum illorum in Theogoniam Scholiorum primam ferè partem (nam video multa à recentiori manu in calce admisceri) cum hoc libello mirificè consentire: sanè eadem noemata, eundem* μεταληπτικὸν τρόπον, *eadem loca aliquot (ut de* Diacono *superiùs notavi,) eandem quoque censuram de* Hesiodo *utrobique deprehendo. Scripsêre, inquit* Scholiastes, *alii* περὶ θεογονίας *(poterat* Orphea, Pherecydem, Antiphanem, Aristophanem, item Cleanthem *&* Timæum *nominâsse)* καὶ ἴσως ἀληθέστερον τοῦ Ἡσιόδου; *hæc possis conferre cum iis, quæ in hanc mentem noster scribit p.* 43, ἀλλὰ τοῦ μὲν Ἡσιόδου τελειοτέρα πολλ᾽ ἂν ἡ ἐξήγησις γένοιτο, τὰ μέν τινα ὡς οἶμαι παρὰ τῶν ἀρχαιοτάτων αὐτοῦ παρειληφότος, τὰ δὲ μυθικώτερον αὐτοῦ προσθέντος.

L. Annæus Cornutus *laudatur Charisio, Gellio, Servio, Macrobio ex iis quæ in* Virgilium *scripsit; nihil autem video, cur non idem haberi possit cum hoc nostro, quem in omni literaturâ nobilem fuisse ex* Dione *suprà demonstravi. Et de* Cornuto *ista dicta sint, si vera; si falsa, (neque enim* πάνυ διισχυρίζομαι*) sint indicta.*

De

De Salluſtio *paucis tecum, Lector, tranſigam.* Ὁ δὲ Σαλλέστιος ἀπῆγε τοὺς νέους ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας, *ait de eo* Suidas *in v.* ἀπῆγε. Simplicius *quoque in* Epictetum *ejus meminit,* ἐὰν γυμνάζεταί τις πρὸς ἀλγηδόνας, ἀνάγκη ζηλοῦν τὸν ἐφ᾽ ἡμῶν Σαλλέστιον, ἄνθρακα πεπυρακτωμένον ἐπιθέντα γυμνῷ τῷ μηρῷ καὶ φυσῶντα αὐτὸν, καὶ δοκιμάζοντα ἑαυτὸν μέχρι πόσου δύναται καρτερεῖν. *Atque has addidi de eo obſervationes, quoniam inter* teſtimonia *non reperi; ſed &* Notas *paucas; quoniam multa nimìs concisè mihi viſus eſt dixiſſe in* ſuis Lucas Holſtenius; *collegi autem ex* Jamblicho *de* Myſteriis, Syriano, *&* Damaſcio περὶ ἀρχῶν; *quòd exiſtimarem eos ſcriptores non volvi omnium literatorum manibus.*

Ocellus Lucanus *&* Timæus Locrus *ſuâ antiquitate debent Tibi eſſe commendatiſſimi; nihilominus multorum ſuffragiis adjuti ad Te affectant aditum. Teſtimonia in* Ocellum *auxit, & meliori ordine diſpoſuit* Joan. Pearſonus, ὁ θαυμάσιος, *quo Viro majus nihil habet literatus orbis: ab* ejuſdem *manu ſunt, quæ jam primùm* Timæum *cohoneſtant.* Timonis *Sillographi de* Platone *verſus, prout apud* Gellium *lib.* 3. *c.* 18, *habentur, placuit obiter referre,*

Καὶ σὺ Πλάτων καὶ γάρ σε μαθητείης ὁ πόθος ἔσχε,
Πολλῶν δ᾽ ἀργυρέων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον,
Ὅτ᾽ ἔνθεν ἀπαρχόμενος Τιμαιογραφεῖν ἐδιδάχθης.

quanquam in primo non diſpliceat H. Stephani lectio,

------καὶ γάρ σε μαθητείην πόθος ἔσχε.

Notæ *quas vides in eum, ſunt ex editione H. Stephani. Timæus major, occaſione hujus ſcriptus, potes dubitare,*

bitare, illuſtriorémne an obſcuriorem reddiderit. certè dum dialogum ſuum κτηνίζων ϗ βοστρυχίζων, *huic* Locro *lucem dare ſtuduit* Plato, *in nonnullis locis ſimplicem & rectum ſcriptorem anili ſuperſtitione corrupit. Erat animus quædam huc, quod facile fieri poterat, applicuiſſe ex* Jamblicho περὶ κοινῆς μαθηματικῆς, Proclo, Syriano & Damaſcio, [*qui quidem & ipſi in majorem* Timæum *commentati ſunt, alióſq; ejuſdem Commentatores* Crantorem, Longinum, Numenium, Origenem, Porphyrium, Severum, Taurum *ſæpe multis verbis citant*;] *ſed in aliud tempus rejeci. Et hæc de ſcriptoribus noſtris Phyſicis dixiſſe ſufficiat.*

Inter Ethicos Demophilus, Demachares, & Secundus Lucæ Holſtenii *diligentiâ noti ſunt*; Sixtus Pythagoricus Ruffini *verſione & Prologo*; *ex eo hæc habes.* Sixtum Pythagoricum in latinum verti; quem Sixtum Epiſcopum eſſe tradunt, qui apud nos in urbe Romana Sixtus (ſ. Xyſtus) vocatur Epiſcopi & Martyris gloriâ decoratus. Hunc verò cùm legerit ſoror tua, ô Aproniane, inveniet tam brevem, ut videat ſingulis verſibus ingentes explicari ſenſus, tam vehementem, ut versûs ſententia ad totius poſſit vitæ perfectionem ſufficere---*& paulo poſt*, Addidi & quædam religioſi parentis ad filium; ſed breve totum, ut meritò omne opuſculum, vel Enchiridion, Græcè, vel ſi Latinè, annulus appelletur. *Fraudes* Ruffini *in hoc Prologo ſtatim vidit* Hieronymus, *ſeriùs* Auguſtinus & Pelagius; *quâ de re videri poſſit* Philippus Labbe *de ſcrip. Eccl. voce* Ruffino &

Sixto.

Sixto. *Ex eodem* Philippo *discas* Gelasium *in decreto (modò* Gelasii *fuerit) hunc libellum inter apocryphos rejecisse.* Liber Proverbiorum, qui ab Hæreticis conscriptus est, & Sancti Xysti nomine prænotatus est, apocryphus. *de eo tamen Græci videntur aliud sensiße; certè* Maximus, *qui in Areopagitem scholia scripsit,* Sextum *hunc vocat* Ecclesiasticum Philosophum. *Sed nec in eo hæresin videtur animadvertisse* Hieronymus, *qui hoc solo criterio non esse Sixti Martyris opus contendit, quòd* Christi *nomen & Apostolorum omnino in eo reticeantur. Nec mirum; vixit enim harum* γνωμῶν *author sub* Julio Cæsare, *& certè alius non est à* Sextio *illo* Romano *Philosopho, quem* Plutarchus *in* Moralibus *laudat, (poterat autem* Sextium Romanum *facilè vertere* Ruffinus *in* Sextum Romanum) *laudat* & Seneca, cùm alibi, tum *Epist.* LIX. Sextium, ecce, cùm maximè lego, virum acrem, Græcis verbis, Romanis moribus Philosophantem. *Fuit ille* Sextius Pythagoricus. Faciebat hoc *Sextius,* ut consummato die, cùm se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: quod hodie malum tuum sanâsti? cui vitio obstitisti? quâ parte melior es? *Seneca de ira 3. c. 36. in quibus manifestò videas illum præcepti Pythagorici memorem* πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; *possit &* abstinentia ab animalibus *quam exercuit, idem ostendere.* Sextium *abstinuisse ait* Seneca *quòd* existimaret bonæ valetudini contraria esse alimenta varia, & nostris aliena corporibus. *Hanc suam opinionem, in his gnomis sic extulit,* Pasce animam verbo Dei, & corpus simplicibus cibis.

Nec

Nec tamen hanc ἀποχὴν *ſibi imponebat* Sextius, *ac ſi illicitum, & omni modo infandum facinus, ut olim* Pythagoras, *patraturum ſe exiſtimaret, ſi carnes guſtaret. Diſsimilis, inquit* Seneca, *utrique cauſa erat;* Sextius, homini ſatis alimentorum citra ſanguinem eſſe credebat, & luxuriæ contrahendam eſſe materiam, crudelitatem vitandam; *quæ quidem omnia breviter in his ſententiis complectitur, ubi ait*, Animantium omnium eſus quidem in cibis indifferens; abſtinere tamen rationabilius eſt.

S. Hieronymus *in Epiſtola ad* Cteſiphontem *de hoc libello ſic ſcribit;* In quo, juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant deo, & de ejus dicunt eſſe ſubſtantia, multa de perfectione dicuntur; *ſimilia apud* Senecam *delirat* Sextius. Solebat, *inquit*, Sextius dicere Jovem plus non poſſe, quàm virum bonum. *Noſter autem*, Quæcunque deus poſſidet, hæc & ſapiens. *Multa quoque alia videtur mihi* Seneca *ex eo hauſiſſe in fine iſtius Epiſtolæ, & alibi, quorum hic habes manifeſta veſtigia; Et, ut paucis multa dicam, credo* τὸ γνωμικόν, *quod tantopere affectat, ab hoc* Sextio *didiciſſe; imò totum hunc librum in ſuos deſcripſiſſe.*

Cæterùm ut de ipſo libro, pauca addam; multa quæ hîc leguntur Stobæus *perpetuò* Pythagoræ *ipſi tribuit, eadem* Maximus *&* Antonius Sexto. *Atqui* Pythagoras *nihil ſcripſit; nec quidem* Pythagorici, *per aliquot ſecula; quoniam autem diſcipuli omnia ad* Pythagoram *referre (quemadmodum ad* Mercurium *ſua quoque ſacerdotes & Prophetæ* Ægyptii) *honoris & gratitudinis causâ ſolebant, evenit ut ea* Pythagoræ

goræ *nomen gerant, quæ ab aliis fuere scripta. Certè* Philolaus *creditur* χρυσᾶ ἔπη *composuisse, quæ nihilominus* Pythagoræ *vocabulum præferunt. Si quis autem diligenter attendat, pauca in iis versibus reperiet, quæ non in his gnomis habeantur; ut fecerit id* καταλογάδην Sextius, *quod alii versu. De utroque genere hoc* προτρεπτικῷ (*sed &* Pythagoræ ἱερὸς λόγος *tum prosâ, tum versu legebatur*) *vide* Jambl. *lib.* 2. *de Sect. Pyth. cap.* 2 *&* 3. *Illud quoque moneo, magnam horum proverbiorum partem in* Demophilo *nostro comparere; nec desperem totum pænè hoc opusculum iterum ex iis quos annotavi, & S.* Nilo, *posse redintegrari.*

Quæ sint ea quæ, more suo, Ruffinus *addiderit, nescio; puto autem esse, quæ fidem tantopere prædicant & verbum Dei, quod erat in* Sextio λόγος *tantū* i.e. *ratio. Sed & alia manifestè ex sacrâ paginâ huc venêre; multa his posita, malè versa plurima, omissa nonnulla, inversa alia, ut satis clarè docet antiqua* Simphoriani Champerii *editio,* [*nam quæ jam prodit, desumitur ex Bibl. P P.* Rhenaniam *non vidi:*] *exhibet ea sententiam hanc,* Libertatem arbitrii sui permisit hominibus Deus, ut purè & sine peccato viventes, deo similes fiant; *agnoscit quoque* Augustinus *&* Pelagius; *in hac editione frustra quæres. Idem* Champerius *duas quasi partes in hoc libro distinxit, quarum posterior incipit p.* 5, *his verbis,* Fides actus tuos omnes præcedat: *quod & hîc factum oportuit; nam* Hieronymus *quoque istius divisionis meminit,* contra Jovinianum, *ubi de hoc opere verba facit.*

Libet hîc testimonii loco, Senecæ *judicium de* Sextii *libro adferre, ut videas* Ruffinum *de eodem opere judicâsse*

dicâsse eodem modo, quid ni addam, ex eodem Senecâ. Lectus est deinde liber Q. SextI patris, magni si quid mihi credis, viri, & licet negent, Stoici. Quantum in illo, Dii boni, vigoris? quantum animi? cùm legeris Sextium, dices: vivit, viget, liber est, supra hominem est. Dimittit me plenum ingentis fiduciæ; *verba sunt* Senecæ *Epist.* 64. *Plura autem olim legit in* Sextio Seneca, *imò, ut apparet conferenti, etiam* Stobæus *&* Maximus, *aliique, quam nos hodie; si qua tamen* Ruffino *fides, non multa desiderari videntur.*

De notis quas Theophrasti *Characteribus subjunxi, hoc tantùm; vix quivi pro meis agnoscere, adeò malè eas (ut & alia nonnulla) operæ typographicæ, me longè absente, mulctaverant.*

Habes denique Pythagorica Fragmenta. *vidêre ea quidem jam sæpiùs lucem, transfusa in plures, credo, formas, quàm ipsius* Pythagoræ *anima. Ex iis alia nunc primò latinè versa, alia autem notis illustrata debes* Joanni North, *V.C. qui generis sui claritudinem (quæ certè magna est) virtute & eruditione exæquat.*

In his omnibus excudendis vulgata antehac exemplaria pressè secuti sumus; Menda in textu, excepto uno & alio minoris momenti, dereliquimus; codicum quoq; MSS. deliria non dissimulavimus: nam in his expediendis Tu fortè L. fæliciùs versaberis. Ad Palæphatum *recensendum libros scriptos quinque adscivi. Primus mihi ad manum erat, in Bibliotheca* Coll. S. Trinitatis Cantabrigiæ, (*unde & eum quoq; deprompsi, quo usus sum in* Theophrasto) *illum codicem significavi his literis,* Cant. *Trium* Oxoniensium *variantes Lectiones ad me*

misit

misit vir omni eruditione & humanitate excellens Ed. Bernardus, Coll. D. Joan. Ox. Socius; *literis* α, β, γ, *hos depinxi. Ex* Tollii Annotationibus *quintum habes; is erat descriptus ex* Bibliotheca Arundeliana, Londini; *nobis* Arun. & Lond. *brevitatis gr. appellatur.*

Cornutus *spissius nobis negotium facessebat*, πολλοῖς ἕλκεσι βρύων. *Suppetias venêre hîc tres codd.* Oxonienses *calamo exarati, quorum mihi copiam fecit eruditus & amicissimus vir* Th. Hyde, Bibliothecarius Bodlejanus. *Ex iis nonnullas ipse emendationes excerpseram, alias (partem longè maximam) & cap. ultimi fragmentum hactenus desideratum idem semper mihi colendus* Bernardus *suppeditavit.* Lil. Gyraldus *in* Syntagmatibus *infinitos locos in hoc scriptore ex veteri cod. sanârat; eos quoque huc adduximus. Cœpi versionem* Clauseri *refingere, sed abstinui statim; probas, inquis? ità quidem, ut existimem eam unâ tantùm liturâ opus habere.* Velarius *item se &* Cornutum *eâdem operâ traduxit. Aliam interpretationem concinnare non licuit per operas Typographicas, quibus quotidianum pensum, conscribendis istis Annotationibus, soluturum me receperam. Vale* L. Candide.

Tho. Gale.

TESTI-

ERRATA

Accentus, literæ, puncta minutiora ſæpè elapſa ſunt.

IN *Præfat.* lege *Democrates.* In *tit.Palæph.* lege Ἱστοριῶ. In *tit.Phurn.* lege *Phurnuti, non Pornuti.* p. 7, *deeſt* n. 10 *ante* ὥσπερεὶ. *ibid.* lege ἥκιστα. 14, ὡρῶν. 33, *Druſium.* 35, *Phœn.* 36, *conſcr.* 49, κατεστραμμένους. 74, גזת. 87, V, pro IV. P. 102, ἀρχαίαν.

TESTIMONIA VETERUM
DE
PALÆPHATO
ΠΕΡΙ ἈΠΙΣΤΩΝ.

Theo Sophista Capite περὶ Ἀνασκευῆς.

Καὶ Παλαιφάτῳ τῷ Περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων, ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται.

Plutarchus Sympoſiaçon lib. xxvii.

Καινὸς γάρ ἐστιν οὗτος Παλαίφατος.

Athenæus lib. xv.

Ἰδοὺ καινὸς οὗτός ἐστι Παλαίφατος.

Euſtathius in Iliados α.

Ὅτι δὲ ἐγίνοντο οἱ ἱπποκένταυροι καὶ γενναῖοι καὶ δεξιοὶ κελατίζειν, καὶ ὅτι λῃστρικῶς ἔζων, καὶ ἡ τοῦ Παλαιφάτου ἱστορία φησί.

Idem in Iliad. κ.

Παλαιφάτου δὲ μέμνηται καὶ Ἀθήναιος, ἔνθα μαγείρου σοφιζομένου καὶ τὴν οἰκείαν τέχνην ἀποσεμνύνοντος, ἔφη τὸ, καινὸς οὗτος Παλαίφατος. ὃ δὲ καὶ παροιμιάζεται τοὺς πιθανολογοῦντας τὰ μὴ οἷά τε ὄντα προσοχὴν ἔχειν.

Idem in Odyſſeæ λ.

Οὐχήκιστα δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἱστορήσαντος, ὅτι Σφίγξ γυνή τις ἦν εἰδεχθὴς περὶ τὴν Βοιωτίαν, λῃστρικὴ καὶ φονία, ὡς Παλαιφάτῳ δοκεῖ.

Suidas.

Παλαίφατος. Πάριος ἢ Πριηνεύς, γεγονὼς κατὰ Ἀρταξέρξην, ἀπίστων βιβλία ε. τινὲς δὲ ταῦτα εἰς τὸν Ἀθηναῖον ἀναφέρουσι, πλὴν καὶ οὗτος ἔγραψε.

Iſaac. Tzetzes in Lycophronem.

Παλαίφατος δὲ ὁ Στωϊκὸς, ψυχρῶς μὲν, ὅμως δὲ ἀλληγορικῶς,

ὀδόντας ἔχειν ἐλεφάντων τὸν Κάδμον λέγει, ἐλθόντα ἐξ Φοινίκης, καὶ τούτους διασπείραντα συμμαχίαν σχεῖν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

Ioan. Tzetzes Chil. I, Hist. XX.

Ὁ δὲ σοφὸς Παλαίφατος, ἀνὴρ ἐκ Περιπάτου,
Ἀλληγορεῖ τεμμάχιον, ἢ μέρος τεμμαχίου, &c.

Idem Chil. II, Histor. XLVII.

Οἶμαι δὲ καὶ Παλαίφατος οὕτος αὐτὸ διδάσκει,
Τὴν ἐκτομὴν τῆς Δήμητρος ὁ λέγει δὲ τοῦ ἄλσους,
Ἦν γὰρ ἡμεῖς εἰρήκειμεν πράσιν κτημάτων εἶναι.

Ibidem Histor. LIII.

Τοῦτο τὸ ἀλληγόρημα, τέκνον ἐμὸν, μοὶ δοκεῖ.
Οἶμαι τοῦ Παλαιφάτου δὲ τοῦ Στωϊκοῦ τυγχάνει.
Κάλλιστον ὂν, οὐχὶ σαθρόν.

Idem Chil. VII, Hist. XCIX.

Χρὴ κενταταύρους τὸ λοιπὸν, μηδὲ κενταύρους λέγειν,
Παλαίφατε σοφώτατε. περὶ Παλαιφάτου ταῦτα.

Apostolius Centuria II.

Ὁ δὲ Παλαίφατος περὶ Ἀμαλθείας οὕτω φησί, ὅτι Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, &c.

Virgilius in Ciri.

Infamem tali merito rumore fuisse,
Docta Palaphatiâ testatur voce papyrus.

Hieronymus in Chronico Eusebiano ad annum DCXXX.

Secundùm quorundam opinionem, hâc ætate Phrixus cum Hella sorore fugiens insidias novercales, visus est per mare vehi ab Ariete velleris aurei. Fuit autem ei navis parata fugienti, cujus insigne aries erat. Porro Palæphatus affirmat, Arietem vocatum nutritorem ejus, per quem liberatus fuit.

Idem ad annum DCLXXV.

Pegasus equus velocissimus cujusdam mulieris fuit, sive, ut Palæphatus affirmat, Bellerophontis navis fuit.

Idem

Idem ad annum DCXCV.

Ea quæ de Spartis memorantur, quos Palæphatus scribit, quum proximarum essent regionum, adversus Cadmum subitò extitisse, & propter repentinos, quasi de terra contractus, & ex omni parte conflictus, SPARTOS *vocatos, tunc gesta sunt.*

Idem ad annum DCCXXXVI.

Ea, quæ de Dædalo fabulæ feruntur, qui visus est simulacra fecisse moventia. Primus enim omnium pedes statuarum à se invicem separavit, aliis conjunctim eos fabricantibus. Palæphatus memorat. Nec non quomodo cum filio Icaro Minoem navi fugerit, & propter investigabilem fugam avolâsse pennis æstimatus sit.

Idem ad annum DCCLVI.

Sphingam verò scribit Palæphatus uxorem Cadmi propter zelum Harmoniæ à viro recedentem contra Cadmum restitisse.

Idem ad annum DCCLXXII.

Bellum Lapitharum, & Centaurorum sub hoc tempore: quos scribit Palæphatus libro de Incredibilibus nobiles fuisse equites Thessalorum.

Idem ad annum DCCCXLIII.

Ea, quæ de Ulysse fabulæ ferunt, quomodo trieri Tyrrhenorum Scyllam fugerit spoliare hospites solitam. Scribit Palæphatus Incredibilium libro primo. Sirenas quoque fuisse meretrices, quæ deceperunt navigantes.

Orosius Lib. 1. Cap. XIII.

Sed Thessalos Palæphatus in libro primo Incredibilium prodit, ipsos à Lapithis creditos dictósque fuisse Centauros, eò quòd discurrentes in bella equites, veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.

DE PALÆPHATIS,

Ex Libro Illustris Viri,

GERARDI JOANNIS VOSSII de Historicis Græcis, alterâ parte auctiore nunc propediem lucem visuro.

PAlæphatus, grammaticus, Ægyptius, vel juxta alios, Atheniensis, ἔγραψε ἱστορίαν ἰδίαν, *Suida teste. Ex quo etiam edidisse cognoscimus Ægyptiam philosophiam, & argumenta in Simonidem, &* μυθικῶν *librum unum, &* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Quorum postrema duo idem poterant volumen credi; nisi apertè distingueret Suidas. Præterea Troica (quorum præter alios meminêre Stephanus in* Χαειμάτοι, *& Suidas in* Μακροκέφαλοι) *à nonnullis grammatici hujus esse credebantur. Compluribus id opus libris constitisse, indicat, quòd Harpocration in* Δυσαύλης *laudet Palæphatum* ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν; *atque idem in* Μακροκέφαλος *citet* ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν. *Alii alterius esse existimârant. Incerta eò res est, quia quatuor fuêre Palæphati. Unus erat poëta epicus Atheniensis: alter Parius, vel Prienensis: tertius historicus Abydenus: quartus grammaticus iste Ægyptius, vel Atheniensis. Trium priorum ætas à Suida indicatur. Nam Atheniensem* ἐποποιὸν *supparem fuisse Phemonoæ ait, vel fortasse etiam antiquiorem: Parium vel Prienensem refert ad tempora Artaxerxis: Abydenum ad ætatem Alexandri Magni: quarti autem tempus ignoratur. Ex quatuor istis primus in considerationem non venit hoc loco. Quòd siquis nôsse volet, quæ carmine scripserit, adeat Suidam. De tertio autem, Abydeno nempe historico actum nobis lib. I. cap. IX. Supersunt secundus, quartúsque: quorum ille Parius, aut Prienensis; hic Ægyptius, vel Atheniensis fuisse dicitur à Suida. Priori tribuit quinque libros* ἀπίστων; *sed addit, à quibusdam eos adscribi Palæphato Atheniensi; ac hunc quoque illud argumentum tractâsse. Verùm cùm postea refert, quæ scripserit Atheniensis Palæphatus, non nominat libros* ἀπίστων, *sed* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Exstat hodiéque Palæphati operis fragmentum; quo poëticæ fabulæ explicantur. Id Parii Palæphati arbitratur Cælius Rhodiginus lib. XXX. Antiq. lect. cap. XXXIV, & Lilius Gyraldus dial. II. historiæ Poët. Quam & sententiam ipsi primitus secuti fuimus: sed postea mutavimus. Movit*

Theo

Theo in Progymnasmatis capite περὶ ἀνασκευῆς, καὶ κατασκευῆς; *ubi hunc in modum loquitur:* Παλαιφάτῳ τῷ περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον. *Ac similiter insc. ipsit autor librum, quem habemus. Siquidem illum eo pacto orditur:* τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα. *In Theonis autem verbis considerandum, quòd* ἀπίστων *scriptorem appellet Philosophum Peripateticum. Imò & Ioannes Tzetzes, qui sæpius citat Palæphati* Μυθολογικά, *nunc eum vocet* φιλόσοφον Στωϊκόν, *ut Chil.* IX. *Histor.* CCLXXIII. *nunc* ἄνδρα ἐκ περιπάτου, *ut Chil.* I. *Histor.* XX. *Quorum si alterutrum verum sit; diversus fuerit à Pario illo, sive Prienensi, qui sub Artaxerxe vixit. Nam Zeno, Stoicæ sectæ conditor, demum floruit everso jam Persarum imperio ab Alexandro Magno; imò Rege hoc jam extincto, & successoribus ejus inter se de imperio decertantibus. Nec Parius ille Peripateticus rectè dicatur; cùm appellatio ea conveniat nulli, qui Aristotele ipso antiquior sit. Sic igitur statuo, si Palæphatus, quem habemus, est unus ex illis Suidæ memoratis, esse illum incertæ ætatis, Ægyptium, sive Atheniensem; quem & ipsum* περὶ ἀπίστων *tractâsse, ibidem dicitur. Tantùm metuo, nè Suidas nobis duos confundat Palæphatos; quorum unus fuerit Ægyptius, alter Atheniensis; unus grammaticus, alter Philosophus. Nam scriptor ille Suidæ vocatur Grammaticus; Theoni philosophus Peripateticus; Tzetzæ nunc Peripateticus, nunc Stoicus; ut vidimus. Cùm autem Tzetzes sibi parùm constet; & Theo longè sit antiquior: potiùs peripateticum fuisse censeo. Etsi Josephus Scaliger, in poëmate, quod Ciris inscribitur, Stoicum & ipse nuncupet: nempe à Tzetze, ut puto, deceptus. Palæphati ejus libri* περὶ ἀπίστων, *de quo diximus, meminit quoque Virgilius, sive alius, in Ciri:*

Infamem tali meritò rumore fuisse,
Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Priorem sic versum rescripsi, Paulum Leopardum secutus, Lib. X. *Miscell. cap* XXIV. *Ubi in vulgatis perperam est* meritorum more. *Posteriori versu retineo scripturam vulgarem; licet minimè me fugiat, non Georgium Fabricium modò, sed Josephum quoque Scaligerum, pro* papyrus *reponere* Pachynus. *Mentio ejus præterea est apud Probum in* III *Georgicon; Eusebium in Chronicis ad numerum* IↃCCLVII, *ubi de Tyndari libris, & alibi; Orosium lib.* I. *cap.* XIII.

ΠΑΛΑΙΦΑ΄ΤΟΥ

ΠΕΡΙ΄

ἈΠΙ΄ΣΤΩΝ.

ἹΣΤΟΡΙ΄ΩΝ.

PALÆPHATI

DE

INCREDIBILIBUS

HISTORIIS.



CANTABRIGIÆ,

Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,

Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ [1.] ΠΕΡΙ ἈΠΙΣΤΩΝ ἹΣΤΟΡΙΩΝ.

Α'δε [2] περὶ ἀπίστων συγγέγραφα. [3.] τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν γὰρ πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις, ὡς ἀνομίλητοι σοφίας, καὶ ἐπιστήμης. οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν, καὶ πολυπράγμονες, ἀπιστοῦσι τὸ παράπαν [4.] μηδὲν γίνεσθαι τούτων. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα. [5.] οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγένοντο,

PALÆPHATI DE INCREDIBILIBUS HISTORIIS.

Æc de incredibilibus conſcripſi. Hominum quidem hi fidem habent omnibus illis, quæ dicuntur, tanquam ab ſapientia, ſcientiáque alieni. Alii verò naturâ ſapientiores, & rerum ſcrutatores, omnino non credunt horum quidquam fieri. Mihi autem videtur, facta fuiſſe omnia, quæ narrantur. Si enim ſolo nomine contigiſſent,

[1.] Titulus hujus libri valde incertus. Theo ſophiſta, Suidas, & Hieron. in Chron. Euſeb. videntur legiſſe περὶ τῶν ἀπίστων. Sic Heraclitus, & Anonymus [quem damus] ſuos libb. inſcripsêre. Impreſſi habent περὶ τῶν ἀπίστων ἱστοριῶν. Sic Apollonides, περὶ τῶν κατεψευσμένων [in Ammonio MS°. ἱστοριῶν,] & Myrſilus Lesbius περὶ τῶν παραδόξων ἱστορικῶν, ſcripſit. Codd. Cant. & Ox. γ. ἐκ τῶν τοῦ Παλαιφάτου περὶ τῶν ἱστοριῶν. Editio Baſil. περὶ μύθων, Suidas μυθικῶν, Tzetzes μυθολογικῶν libb. huic tribuunt.

[2.] Prophetæ in S. S. Timæus Locrus, Ocellus, Alcmæon Crotoniates apud Laërtium, Herodotus, Thucydides, Suſarion apud Diomedem (quem corriges ex Stobæo, & Dionyſio Thrace MS°.) ſic ferè exordiuntur. Vide Meurſium in Epiſt. Beſſarionis.

[3.] Cod. Ox α, l. ἀνθρώπων γὰρ οἱ μὲν εὐπειθέστεροι πείθονται π. τοῖς —— reθ é.

[4.] παράπαν, γίνεσθαί τι τούτων. Ox. α.

[5.] οὐ γὰρ —— Ox. α, & Arun. οὐ γὰρ ὀνόματα μόνον ὑπῆρξε, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδείς. Tollius pro οὐ ponit εἰ. forte, λόγος μὲν π. α. ο. ὑπῆρξεν ἄν

λόγος·

λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν. ἀλλὰ πρότερον [6.] τὰ ἔργα, εἶθ' οὕτως ὁ λόγος, ὁ περὶ αὐτῶν. ὅσα δὲ εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμεναι, καὶ γενόμεναι τότε· αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο. [7.] εἰ γὰρ τότε, καὶ ἄλλοτε ἐγένετο, καὶ νῦν τε γίνεται, καὶ αὖθις ἔσται. ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τοὺς [8.] συγγραφέας Μέλισσον, καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, [9.] ἐν ἀρχῇ λέγοντας ἔστιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσται. [10.] γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ, καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπιστότερον, καὶ θαυμασιώτερον, τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοὺς ἀνθρώπους. ἐγὼ δὲ γινώσκω, ὅτι οὐ δύναται τὰ τοιαῦτα εἶναι, οἷα καὶ λέγεται. τοῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέγετο. [11.] ἀπελθὼν δὲ καὶ πλείστας χώρας, ἐπυνθανόμην ἐκ πρεσβυτέρων, ὡς ἀκούοιεν περὶ ἑκάστου αὐτῶν. συγγράφω δὲ, ἃ ἐπυθόμην περὶ αὐτῶν. καὶ τὰ χωρία αὐτὸς εἶδον, ὡς ἔστιν ἕκαστον ἔχον. καὶ γέγραφα ταῦτα, οὐχ οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ' αὐτὸς ἐπελθὼν, καὶ ἱστορήσας.

ſermo ſuper his exiſteret nullus. Sed primùm opera, deinde ſermo ejuſmodi, qualis eſt de iis. Cujuſmodi autem ſpecies, & formæ narrantur, fuerunt tum quoque. Quæ nunc non exſtant, eadem neque fuerunt. Si tunc enim, & alio tempore acciderunt; & jam fiunt, atque erunt deinceps. Ego verò ſemper laudo ſcriptores Meliſſum, & Lamiſcum Samium, ſtatuentes, quæ in rerum primordio nata ſunt, etiam nunc fore. Facta autem quædam poëtæ, & fabulatores, ad incredibilia, & miranda magìs perverterunt, ejus ergo, ut homines obſtupeſcerent. Equidem ſen io, talia minimè eſſe poſſe, qualia circumferuntur. Hoc autem collegi, quòd ſi minùs facta eſſent, non item narrarentur. Ingreſſus verò & plurima loca, ex ſenioribus ſum ſciſcitatus, quomodo de unoquoque illorum inaudiviſſent. Conſcribo autem, quæ de iis intellexi. Et loca ipſe vidi, ut quiſque haberet; & conſignavi hæc, non qualia vulgò narrantur; ſed quemadmodum ipſe ingreſſus, omnia cognovi.

[6.] πρότερον ἐγένετο τὸ ἔργον.
[7.] εἰ γάρ ποτε καὶ ——
[8.] συγγραφεῖς hic laxè ſumitur pro quovis ſcriptore. Voſſ. Hiſt. Gr.
[9.] ἐν ἀρχῇ—Arun. ἔστιν ἃ, καὶ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσται. Voſſ. in Hiſt. Gr. ἔστι νῦν ἃ ἐγένετο καὶ ἔσται. fortè, ἔστιν ἃ ἐγένετο, καὶ ἦν, καὶ ἔσται. vel, ἐν ἀρχῇ, λέγοντας, εἴ τινα ἐγένετο, καὶ ἦν, καὶ ἔσται. Vide cap. Eccl. 1. V 9. Antiquorum temporum non alia ratio fuit, quam nunc eſt; quod ergo nunc non fit, nec olim fuit. Voſſ.
[10.] γενομένων δὲ τινῶν οἱ ποιητικοὶ λογογράφοι —Ox. β. οἱ π. λόγοι, Ox. α.
[11.] ἐπελθὼν δὲ——Mox, χωρία αὐτῶν———Oxon. uterque. V. Artemid. procem.

Κενταῦροι

* ΠΕΡΙ' ΚΕΝΤΑΥ'ΡΩΝ.

DE CENTAURIS.

Κένταυροι ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς [1.] κεφαλῆς. εἴ τις οὖν πείθεται τοιοῦτον γενέσθαι θηρίον, [2.] ἀδυνάτοις πεπίστευκεν. [3.] οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν. εἰ δὲ τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν [4.] ὑπῆρχε. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἰξίονος βασιλέως ὄντος Θεσσαλίας, ἐν τῷ Πηλίῳ ὄρει ἀπηγριώθη ταύρων ἀγέλη, [5.] καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα ἐποίει. εἰς γὰρ τὰ οἰκούμενα κατιόντες οἱ ταῦροι, ἔσινον τὰ δένδρα, καὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ ὑποζύγια διέ-

Centauri feræ fuerunt, & ad equorum modum totam formam habuere, excepto capite. Si quis itaque persuasum habeat, ejusmodi bestiam fuisse, impossibilibus credidit. Neque enim natura equi, hominísque, inter se convenit; neque alimentum simile; neque per os, & guttur humanum, equi nutrimentum potest descendere. Si autem forma talis tum temporis extitisset, etiam nunc superesset. At rei veritas ità habet. Ixione Thessaliæ rege, in monte Pelio furore correptum est taurorum agmen, ac quicquid montium reliquum erat, inaccessum reddidit. Tauri enim in loca culta discendentes, arbores concutiebant, ac fructus, jumentis simul noxii.

* Ox. & Lond. titulum cum initio capitis conjungunt, sic, Περὶ Κενταύρων φασὶν ὡς θ. quod & alibi fit.

[1.] Post κεφαλῆς, Ox. α. & Arun. addunt ταύτην δὲ ἀνδρός.

[2.] ἀδυνάτοι πεπ. Ox. α. ἐν ἀδυνάτοις Ox. γ. & Cantab. V. Salmuth in Panc. p. 226.

[3.] οὔτε γὰρ ἄλλως αἱ φύσεις σύμφωνοι—Ox. α—& Arun. pro τροφὴ, Apostolius legit μορφὴ—quod placet Pantino, & Tollio contra veteres codd. V. Galen. de usu part. lib. 3°.

[4.] καὶ νῦν ἂν ὑπῆρχεν—Cant. ὑπ. ἄν. Ox. α & β.

[5.] ἤ τις καὶ τ. Mox ἐσίνοντο τὰ—&, τὸν καρπὸν—Ox. α. & β. —συνέφθειραν Ox. & Arun. ἔφθειρον, Cant.

φθειρον.

φθεῖρον. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων ὡς [6.] εἴ τις οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους, τούτῳ τὸν δώῃ χρήματα πάμπολλα. νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπωρείας ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης, ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι. πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσταντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον [7.] ἅρμασιν ἐχρῶντο. οὗτοι δὲ [1.] ἀναβαίνοντες τοὺς κέλητας ἤλαυνον ἐφ' οὗ οἱ ταῦροι ἦσαν· καὶ ἐπεισβάλλοντες τῇ ἀγέλῃ, ἠκόντιζον. καὶ ὅτε μὲν ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ταύρων, [2.] ἀπέφευγον οἱ νεανίαι· ποδωκέστεροι γὰρ ἦσαν οἱ ἵπποι. ὅτε δὲ ἔστησαν οἱ ταῦροι, ὑποστρέφοντες ἠκόντιζον. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνεῖλον αὐτούς. καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντων. [3.] οὐδὲν γὰρ πρόσεστι ταύρου τοῖς κενταύροις. ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. λαβόντες οὖν οἱ κένταυροι παρὰ Ἰξίονος χρήματα, καὶ γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει, καὶ τῷ πλούτῳ, ὑβρισταὶ ὑπῆρχον, καὶ ὑπερήφανοι, καὶ πολλὰ κακὰ εἰργάζοντο, καὶ δὴ καὶ κατ'

Proclamari itaque justit Ixion, si quis hos tauros sustulisset, illi ingentem pecuniæ vim dandam. Juvenes autem quidem ex pede montis, & pago dicto Nephele, equos condocefacere celetes excogitârunt. Nescivere enim priùs equis vehi; sed curribus solùm utebantur. Ità quidem, celetes adscendentes, ferebantur in tauros, & factâ in gregem incursione, jaculis illum feriebant. Atque ubi insequerentur tauri, aufugêre juvenes, erant enim equi velociores. Tauris verò consistentibus, conversi denuo tela immittebant. Atque hoc pacto interemerunt illos; & nomen quidem exinde acceperunt Centauri, quòd tauros stimulis exagitâssent. Nihil enim equi Centauris inest; sed ab hoc opere figura equi, hominísque provenit. Accipientes itaque Centauri ab Ixione pecuniam, ob commissum facinus, & divitias, arroganter gloriantes, contumeliosi extitere, & superbi, ac plurima mala perpetrârunt; etiam contra

[6] εἴ τις ἀνέλοι —— δώσειν χρ. πολλά. Ox. α, & β.

[7.] μόνον αὐτοῖς ἐχρῶντο κατὰ τὰ ἅρματα. Ox. β. negat hoc Tzetzes in Chil. Virgil. & Plin. 7. Lapithis tribuunt, quod h c centauris.

[1.] Apostol. & codd. omnes, ἀναβάντες. mox, ἐν τῇ ἀγέλῃ —— Apost. & Cantabr.

[2.] ὑπέφυγον —— mox, στάσαν —— &, ἠκόντιζον αὐτούς. dein, μετὰ τοιοῦδε τρόπου —— Ox. α β. V. Serv. ad Virg. Geor. 3.

[3.] Post κατεκέντων, codd. Ox. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἰδέας τῶν ταύρων· οὐδὲν γὰρ πρόσεστιν ἵππου τοῖς κενταύροις, ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστίν. ἀπὸ τοῦ ἔργου οὖν τὸ ὄνομα ἔλαβον. Παρὰ τοῦ Ἰξίονος δὲ λαβόντες χρήματα ὑπῆρχον ὑπερήφανοι κ. —— Codd. Ox. deest ὑβρισταί.

αὐτοῦ

αὐτοῦ τοῦ Ἰξίονος, ὃς ᾤκει τὴν νῦν καλουμένην Λάρισσαν πόλιν. οἱ δὲ τότε τοῦτο τὸ χωρίον οἰκοῦντες, Λαπίθαι ἐκαλοῦντο· κεκλημένοι δὲ οἱ Κένταυροι παρὰ τῶν Λαπιθῶν ἐπὶ θοίνην, μεθυσθέντες ἁρπάζουσι τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τοὺς ἵππους αὐτὰς, ᾤχοντο φεύγοντες εἰς [4.] τὴν οἰκίαν, ὅθεν ὡρμῶντο. ἐπολέμουν οὖν τοῖς Λαπίθαις, καὶ καταβαίνοντες διὰ νυκτὸς εἰς τὰ πεδία, ἐνέδρας ἐποίουν· ἡμέρας δὲ γενομένης ἁρπάζοντες ἀνέτρεχον ἐπὶ τὰ ὄρη. οὕτω δὲ ἀποχωρούντων αὐτῶν, ἵππων [5.] οὐραὶ, καὶ ἀνθρώπων κεφαλαὶ μόνον ἐφαίνοντο. ξένην οὖν ὁρῶντες θέαν, ἔλεγον· οἱ Κένταυροι ἡμᾶς κατατρέχοντες ἐκ Νεφέλης, πολλὰ κακὰ ἐργάζονται. ἀπὸ δὴ ταύτης [6.] τῆς ἰδέας τοῦ λόγου, ὁ μῦθος ἀπίστως ἐπλάσθη, ὡς ἐκ τῆς Νεφέλης ἵππος τε καὶ ἀνὴρ ἐγεννήθη ἐν τῷ ὄρει.

ipsum Ixionem, urbem nunc Larissam nuncupatam habitantem. Qui eâ tempestate regionem illam incolebant, Lapithæ vocabantur. Centauri autem ad convivium à Lapithis invitati, ubi vino incaluere, rapuerunt illorum mulieres; quibus in equos injectis, fugientes unde prodierant, domum se receperunt. Suscepto igitur cum Lapithis bello, de noctè in loca plana procedentes, insidias illis struebant; & simul ac illuxisset, montes repetebant populabundi. Sic verò illis abeuntibus, equorum caudæ, & virorum capita solùm apparuêre; ac spectaculum videntes inusitatum, dicere homines: Centauri ex Nephele proruentes multis nos malis afficiunt. Ab hac utique loquendi formâ, conficta incredibilis fabula est, quomodo ex Nephele homo simul, & equus, in monte esset progenitus.

[4.] ἰδίαν, ἔνθεν ὁρμώμενοι ἐπολ. mox καταβαίνοντες μεθ—Ox. α, β.

[5.] οὐραὶ, Cantab. cùm irent velociter, aut cùm eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis, locum fabulæ dederunt. Serv. sed totum hunc locum scripti codd. aliter legunt. ἐποίουν. ἡμέρας δὲ φθασάντων αὐτῶν, κατόπιν τὰ νῶτα τοῖς πόρρωθεν ὁρῶσι, μόνον ἐφαίνοντο τοῦ ἵππου τὰ λοιπὰ, πλὴν τῆς κεφαλῆς, τῶν ἀνδρῶν τὰ λοιπὰ πλὴν τῶν σκελῶν—videtur quoque Eustat. sic legisse.

[6] τῆς ἰδίας καὶ λόγου, Cantab. & Ox. mox ἐγεννήθησαν——

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΠΑΣΙΦΑΗΣ.

DE PASIPHAE.

[7.] Μυθεύεται ὅτι ἠράσθη ταύρου νεμομένου, Δαίδαλον δὲ ποιῆσαι βοῦν ξυλίνην, καὶ [8.] ἐγκλεῖσαι τὴν Πασιφάην εἰς αὐτήν· οὕτω τε τὸν ταῦρον ἐπιβάντα, μιγῆναι τῇ γυναικί. τὴν δὲ κυῆσαι παῖδα ἔχοντα μὲν σῶμα ἀνδρὸς, κεφαλὴν δὲ βοός. Ἐγὼ δὲ οὔ φημι τοῦτο γενέσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀδύνατον, ἐρασθῆναι ζῶον ἕτερον ἑτέρῳ. [9.] οὐ γὰρ δυνατὸν κύνα, καὶ πίθηκον, λύκον [10.] τε, καὶ ὕαιναν, ἀλλήλοις συμμιγῆναι, οὐδὲ βούβαλον ἐλάφῳ· ἑτερογενῆ γάρ εἰσι. ταῦρος δὲ οὐ δοκεῖ μοι [1.] βοῒ ξυλίνῃ ἀναμιχθῆναι. οὐκ ἂν δὲ ἠνέσχετο καὶ γυνὴ ταύρου ἐπιβαίνοντος· οὐδὲ φέρειν ἠδύνατο γυνὴ ἔμβρυον ἔχον γε κέρατα. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει οὕτως.

IN fabulis eſt, illam tauri paſcentis amore fuiſſe captam; Dædalum verò fabricâſſe bovem ligneam, eíque Paſiphaën incluſiſſe. Atque itá taurum inſcendentem mulieri ſe commiſcuiſſe; illam concepiſſe, & peperiſſe puerum, cui corpus quidem viri, caput verò bovis eſſet. Ego autem tale quidpiam minimè factum eſſe dico. Primùm quidem fieri non poteſt, ut animal diverſi generis aliud amet: neque enim poſſibile, canem cum ſimia, lupum cum hyæna, vel cum cervo bubalum conſueſcere; quòd alterius ſint generis. Taurus autem non videtur mihi cum lignea bucula commiſceri potuiſſe: non enim tauri ruentis in Venerem pondus mulier toleráſſet; neque fœtum cornua habentem utero geſtare ſuſtinuiſſet. At veritas rei itá ſe habet.

[7.] μυθεύεται, ὡς ἡ Πασιφάη ἠράσθη. Ox. β. ——ρου νεμομένου, Cant.
[8.] ἐγκλεισθῆναι. Cant. μιχθῆναι Ox. καὶ τεκεῖν Arun. & Ox. poſt κυῆσαι.
[9.] μὴ ὁμοίας, &c. quæ melius neſciuntur, in Arun. & Ox.
[10.] Poſt λύκον πρὸς δὲ καὶ ὕαιναν ἑαυτοῖς μίγνυσθαι—οὐδὲ ἀλλήλοις μιγνύμενα γεννᾷν, ἑτερ. Ox. α, β.
[1.] Poſt μοι. πρῶτον μὲν βοῒ— ratio additur ſatis obſcœna in Ox. & Arun. πάντα γὰρ τὰ τέλ. ζ. Οσφ. τ. αἰδ. τ. ζ. π. τ. μ. καὶ ὑ. ἀναβ. ι. α.

Μίνωά φασι ἀλγοῦντα τὰ αἰδοῖα, [2.] θεραπευθῆναι ὑπὸ Κριδὸς τοῦ Πανδίονος. κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν τῆς θεραπείας καιρὸν, ἠκολούθει τῷ Μίνωι νεανίας [3.] εὐειδὴς, ὀνόματι Ταῦρος. οὗ Πασιφάη ἔρωτι ἁλοῦσα, μίγνυται αὐτῷ, καὶ γεννᾷ παῖδα. Μίνως δ' ἐπιλογισάμενος τὸν χρόνον τῆς ἀλγηδόνος τῶν αἰδοίων, καὶ γνοὺς ὡς οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτοῦ ὁ παῖς, διὰ τὸ μὴ συγκοιμᾶσθαι αὐτὸν τῇ Πασιφάῃ, ἔγνω ὡς ἐκ τοῦ Ταύρου ἐστὶ τὸ κυηθέν· ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ ἤθελε τὸν παῖδα, διὰ τὸ δοκεῖν ἀδελφὸν εἶναι τῶν ἑαυτοῦ παίδων. ἀποπέμπει δὲ αὐτὸν εἰς ὄρος, [5.] ὡς ἐν θεράποντος μοίρᾳ ὑπάρχειν τοῖς ποιμέσιν. ὁ δὲ οὐχ ὑπετάσσετο τοῖς βουκόλοις. πυθόμενος δὲ ὁ Μίνως τὰ κατ' αὐτὸν, ἐκέλευσεν αὐτὸν παρὰ τῶν πολιτῶν κρατηθῆναι· [6.] καὶ εἰ μὲν ἕποιτο, λελυμένον

Minoa dicunt pudendis laborantem à Pandionis Cride sanatum fuisse: quo curationis tempore comitabatur illum juvenis quidam, egregiè formosus, Taurus nomine; cujus amore correpta Pasiphaë, congreditur cum ipso, & puerum parit. Minos verò supputans tempus, quo ex verendis laboraverat, atque intelligens non ex se progenitum filium, quòd cum Pasiphaë non coivisset; cognovit ex Tauro esse natum, & interficere quidem noluit puerum, quia suorum liberorum frater esse putaretur. Ipsum verò in montem ablegat, ut famuli vice subesset pastoribus. Sed morem gerere bubulcis noluit. Hæc ubi Minos super illo rescivisset, à civibus jussit comprehendi; & si sponte sequeretur, solutum

[2.] Τεθεραπεῦσθαι ὑπὸ Πρόκριδος τῆς Πανδ. ἐπὶ τῷ κυνιδίῳ καὶ τῷ ἀκοντίῳ Κεφάλου. Ox. β. Pretium erat Lælaps canis & jaculum ἰθυβόλον, quod prolepticῶs Cephali hîc esse dicitur. V. Hyg. Fab.

[3.] νεανίας κάλλει διαφέρων ᾧ ὄνομα ἦν Ταῦρος, τούτου ἔρωτι Πασιφάη ἁλοῦσα καὶ πείσασα μίγνυται καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ παῖδα—Ox. α, β. & Arun. Pasiphae dicta est Minotaurum peperisse, quoniam geminos peperit, unum de Minoe, alterum de Tauro: Serv.

[4.] Post Πασιφάη Ox. α. ἐξετάζων οὖν τὸ ἀκριβὲς ἐπέγνω ὅτι ἐκ τοῦ Ταύρου ἐστὶ τὸ γεννηθὲν, ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ ἔδοξεν αὐτῷ τὸν Ταῦρον Ox. α, β. & Cant.

[5.] Post ὄρος sequitur in Ox. & Arun. ὅπως αὐξυνθεὶς ὑπάρχῃ ἐν θεράποντος μοίρᾳ τοῖς ποιμέσιν. ἀνδρωθεὶς δὲ ἔτος οὐχ ὑπήκουε τῶν βουκόλων.

[6.] καὶ εἰ μὲν ἑκὼν ἕποιτο, λελ. ἐλθ. εἰς τὴν πόλιν—mox pro δὲ τὸ συλ. εἰς τὸ λαβεῖν αὐτόν. Ox. α.

ἐλθεῖν

ἐλθεῖν, εἰ δὲ μὴ, δέσμιον. αἰσθόμενος δὲ ὁ νεανίας, ἀφίσταται εἰς τὰ ὄρη. καὶ ἁρπάζων βοσκήματα, οὕτω διέζη. Πέμψαντος δὲ Μίνωος καὶ ἕτερον ὄχλον πλείονα διὰ τὸ συλλαβεῖν αὐτόν· ὁ νεανίας ὄρυγμα ποιήσας βαθὺ, καθεῖρξεν ἑαυτὸν εἰς ἐκεῖνο. [7.] ἔνθα ὄντος τοῦ Ταύρου, εἴ ποτε παρὰ τοῦ Μίνωος ἐκρατήθη τὶς ἀδικῶν, παρὰ τὸν Ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ Ταῦρος τιμωρήσαιτο. καὶ λαβὼν οὖν ποτε Μίνως τὸν Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀπέστειλεν, ὡς ἀποθανούμενον γνοῦσα δὲ τοῦτο ἡ Ἀριάδνη, προαπέμπει ξίφος εἰς τὴν εἱρκτὴν, δι' οὗ ὁ Θησεὺς ἀναιρεῖ τὸν Μινώταυρον.

advenire; sin minus, vinctum. Ista postquam animadvertisset juvenis, secessit in montes, & rapiendo pecudes, vitam sustinuit. Mittente verò Minoë aliam turbam copiosiorem ad capiendum eum; adolescens factâ se fossâ continuit: in qua dum esset Taurus, si quis facinorosus à Minoë comprehenderetur, ad Taurum mittebatur puniendus. Cúmque aliquando Thesea hostem Minos cepisset, ad Taurum, tanquam moriturum, ablegavit. Quod intelligens Ariadne, gladium in carcerem præmisit, quo Minotaurum Theseus interemit.

[7.] ἔνθα ὄντος αὐτοῦ, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον εἰσέβαλλον πρόβατα καὶ αἶγας, καὶ ἔζη σιτούμενος. ὁπότε δὲ Μίνως ἄνθρωπον ἐβούλετο τιμωρῆσαι, τούτω καθειργμένω ἐν τῷ οἰκήματι εἰσέπεμψεν, καὶ οὕτω ἀνῃρεῖτο. Καὶ τὸν Θησέα δὲ ἄνδρα πολέμιον λαβὼν ὁμοίως [ὁ Μίνως] ἤγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον ὡς ἀποθανούμενον ——— & post Μινώταυρον, τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ ὄνομα [in margine ἦν γὰρ υἱὸς Ταύρου, φύσει· Μίνωος δὲ θέσει] τοιούτου δὲ συμβάματος [συμβάντος] γενομένου ἐπὶ τὸ μυθῶδες οἱ ποιηταὶ τὸν λόγον ἐξέτρεψαν. Ox. α. β.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΚΤΑΙΩΝΟΣ.

DE ACTÆONE.

[1.] ΦΑσὶν Ἀκταίωνα ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν καταβρωθῆναι. τοῦτο δέ ἐστι ψευδές. κύων γὰρ τὸν δεσπότην καὶ μάλιστα φιλεῖ· ἄλλως τε, καὶ αἱ θηρευτικαὶ [2.] πάντας ἀνθρώπους σαίνουσιν. ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι Ἀρτέμιδος αὐτὸν μεταβαλλούσης εἰς ἔλαφον, ἀνεῖλόν τινες. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, [3.] Ἄρτεμιν οὐ δύνασθαι, ὃ θέλει, ποιῆσαι. οὐ μέντοι δὲ ἀληθές, ἔλαφον ἐξ ἀνδρὸς γενέσθαι, ἢ ἐξ ἐλάφου ἄνδρα. τοὺς δὲ μύθους τούτους συνέθεσαν οἱ ποιηταὶ, ἵνα οἱ ἀκροώμενοι μὴ [4.] ὑβρίζωσιν εἰς τὸ θεῖον. τὸ δὲ ἀληθὲς οὕτως ἔχει. Ἀκταίων ἄνθρωπος ἦν τὸ γένος [5.] Ἀρκάδιος, φιλοκύνηγος. οὗτος ἔτρεφε κύνας πολλὰς, καὶ ἐθήρευεν ἐν τοῖς ὄρεσι. τοῦ

DIcunt à propriis canibus Actæona devoratum; Id verò falſum eſt: canis ſiquidem dominum quàm maximè amat, præſertim venatici, qui omnibus adblandiuntur. Alii ferunt, ipſum, priùs in cervum à Diana commutatum, à canibus dilaniatum eſſe. Meâ verò ſententiâ, non, quod vult, poteſt Diana: neque vero ſimile eſt, cervum ex homine factum fuiſſe, vel ex cervo hominem. Fabulas autem hujuſmodi contexuerunt poëtæ, ut, qui illas audiunt, non adficerent contumeliâ divinum Numen. Sed veritas hæc eſt. Actæon vir erat genere Arcadius, canum amator, & venationis; indéque ſemper multos alens, atque in montibus venationi deditus,

[1.] Φασὶ καὶ ταῦτα περὶ Ἀκταίωνος. & δεσπότην καὶ τροφέα μάλιστα φιλεῖ. Ox. a.

[2.] πᾶσαι — Arun. & Ox. a — nox, ἔνιοι δέ φ. ὡς Ἄρτεμις μὲν αὐτὸν ἔλαφον ἐποίησεν, καὶ οὕτως ἀνεῖλον αὐτὸν αἱ κύνες. Ox. a.

[3.] Ἄρτεμιν μὲν δύνασθαι ὅ, τι θέλοι π. Ox. a.

Charax hæc tradit, Semelem Cadmi filiam, antequam nuberet, concepisse. dum pareret, fulmine ictam, de medio sublatam, puerum supervixisse. Illa itaque uti de similibus fama est, quasi divinæ naturæ particeps in Deorum numero habita est, & Thyone vocata Pueri divinissimi Cadmus, quòd ab igne sospes evaserat, curam gerebat, illíque Dionysii Ægyptii patrium nomen indidit. Alexander autem Aphrodisiensis in Physicis scribit, Non sine ratione Baccham Baccho comitem dedisse Poëtas, propter usum vini; Satyros propter agilitatem corporis; Lydos, quòd eorum nonnulli dissolvantur; Pardum propter variam, ac multiplicem vino correptorum imaginationem: varias siquidem ac diversas, quicunque vino titubat, cogitationes efformat: cauda item animalis variis maculis interstincta est. Unam item Baccham in furorem versam cædem patrâsse; multi enim vino madidi cædes efficiunt Lubricos nonnullos, & mobilibus plantis inconstantes, quòd cogitatio bibentium per vinum manifestetur,

ποθῆσαι δὲ Ἀφροδίτην, καὶ Ἀριάδνην, ὅτι τοῖς οἰνωθεῖσι παρέπεται πλείστη τῶν γυναικῶν ἐπιθυμία. * * ἐρημοῦν τε, καὶ βλάπτειν, καὶ μαραίνειν τὸ σῶμα, τὸν πολύν. * * ὑπὸ πυρὸς δὲ κεραυνωθῆναι, καὶ ἐν μηρῷ βληθῆναι, ὅτι πολλάκις ὁ οἶνος, ἡλιαζόμενος τελειοῦται τῇ κράσει, καὶ δυνάμει τοῖς κεραμίοις κρυπτόμενος. τέσσαρας δὲ γυναῖκας εἶναι αὐτοῦ ἀδελφὰς, διὰ τὸ τέσσαρας τροπὰς ἔχειν, καὶ μεταβολὰς τὸν οἶνον.

Amore Veneris; Ariadnæque irretitum: in mulieres enim, & libidines temulenti sunt proni, facilésque * * quòd corpora desolentur; marcescant, ac nimio vino langueant. * * Igne, & fulmine ictum, & in femore consutum: Vinum etenim Soli expositum, temperie perficitur, & virtute in amphoris obseratum. Quatuor illi sorores; propter quatuor vini mutationes, conversionésque.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡ' ὉΜΗΡΩ, ΣΕΙΡΑΣ ιζ'.

DE CATENA HOMERICA 17.

Συμβάλλουσι δέ τινες Ὅμηρον, σειρὰν λέγειν τὰς ἡμέρας, καὶ τὰς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας.

COnjectant nonnulli Homerum catenam vocare dies, & solis radios.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ' ΚΡΟ'ΝΟΥ ιη.

DE SATURNO 18.

ΤΟ` δὲ καὶ τὸν Κρόνον ὑπὸ Διὸς δεθῆναι οὐκ ἀληθές. ἀλλὰ φέρεται ὁ Κρόνος τὴν ἔξω φορὰν πολὺς ἀφ' ἡμῶν. ἡ δὲ κίνησις νωθὴς, καὶ οὐ ῥᾳδία τοῖς ἀνθρώποις φαίνεται. διὸ ἑστάναι αὐτὸν φασί πως πεπεδημένον. τὸ δὲ βάθος τῶν πολλῶν ἀστέρων Τάρταρος λέγεται.

FAlsò narrant Saturnum à Jove vinculis astrictum; sed cùm ille remotior à nobis, externo cursu circumvolvatur, & motus tardus non facilè ab hominibus percipiatur, eum quodammodo colligatum perhibent. Multorum verò siderum profunditas Tartarus dicitur.

Περὶ τοῦ πυρὸς τοῦ ἀπὸ τῶν Διομήδους ὅπλων ιθ'.

De igne, qui ab armis Diomedis exsiliebat 19.

ΟΤι τὸ ἀκατάπαυστον πῦρ, ὃ ἀνῆπτεν ἀπὸ τῶν ὅπλων τοῦ Διομήδους, ἐπὶ Φωσφόρου παραδίδοται ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ χορηγὸς ἐστὶ νοῦ, καὶ φρονήσεως ἀληθοῦς. ἀνῆψε τῇ Διομήδους ψυχῇ φῶς, καὶ τὴν ἀχλὺν ἀφείλετο, ἤγουν τὴν ἀγνωσίαν, ἧς παρούσης οὐχ ὁρᾷ ψυχή. λέγεται γὰρ, * Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πεὶν ἐπῆεν. καὶ τοῦτο ἂν νοηθείη τὸ πῦρ, καὶ ἡ παραχοῦσα αὐτῷ Ἀθηνᾶ. οὕτω Πρόκλος.

INextinctus ignis, quo Diomedea arma ardebant, Minerva traditur fuisse, mentis, veræque prudentiæ parens: illa enim Diomedis animo lumen incendit, tenebrásque ignorantiam videlicet, quæ si aderit, mens non videt, depulit. canit enim Poëta, *Atque insuper atram, ex oculis nubem eripui.* ídque ignis significat, & quæ illum communicavit Minerva. Ità Proclus.

* Iliad. ε. v. 117.

Περὶ τοῦ, Μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων κ'.

De eo * *Magnum ingemuit tum faginus axis* 20.

ΜΈγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων, βριθοσύνῃ· καὶ πῶς βαρύτητος αἴτιον τὸ ἀβαρές; Φασὶν οὖν, ὅτι ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ μετέχον, τοιοῦτον ἀνάγκη φαίνεσθαι καὶ τὸ μετεχόμενον. ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ μετεχομένου Θεοῦ, ψυχὴ μὲν ἄλλως, νοῦς δὲ ἄλλως, φαντασία ἄλλως, καὶ αἴσθησις ἄλλως μετέχει. ἡ μὲν ἀνειλιγμένως, ὁ δὲ ἀμερίστως, ἡ δὲ μορφωτικῶς, ἡ δὲ παθητικῶς. καὶ ἔστι τὸ μετεχόμενον μονοειδὲς μὲν καὶ κατὰ τὴν ὕπαρξιν, πολυειδὲς δὲ κατὰ μέθεξιν, ἄλλοτε ἀλλοῖον διὰ τὴν αὐτῶν ἀσθένειαν τοῖς μετέχουσι φανταζόμενον. καὶ οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ βάρους τὸ ἀβαρὲς αἴτιον φαίνεται. * Iliad.ε.V.838.

MAgnum ingemuit tum faginus axis, Pondere. & quânam ratione, ponderis expers, ponderis esse causa potest? Dicunt itaque, quale fuerit continens, tale necessariò debet esse contentum. Cùm enim unus sit Deus, qui communicatur, alia ratione animus, alia mens, alia imaginatio, & alia sensus eum participat: animus enim involutè, mens individuè, imaginatio sibi formas effingens, sensus patiendo. Et quod communicatur etiam, juxta sui subsistentiam, uniforme est, participatione multiplex, alia atque alia ratione, propter participantium imbecillitatem, participantibus objectum. Et præter hæc gravitatis etiam expers, gravitatis causa videtur.

ΠΕΡΙ ΣΟΛΟΙΚΙΣΜΟΥ κα'.

DE SOLOECISMO 21.

ὍΤι Κροῖσος μετὰ τὴν τοῦ Σόλωνος ἐρώτησιν ἐν Κιλικίᾳ γεγονὼς, Σόλους πόλιν ᾤκησεν, ἐν

CRœsus, post colloquium cum Solone, in Ciliciam profectus, Solos urbem conditam habitatoribus complevit:

ἐν ᾗ καὶ τινας τῶν Ἀθηναίων κατῴκισεν, οἳ χρόνῳ βαρβαρωθέντες ἐλέγοντο Σολοικίζειν, ἀφ' οὗ καὶ Σολοικισμός.

inter eos & Athenienſium quoſdam convocavit; qui lapſu temporis in barbariem prolapſi Solœcizare dicebantur. Hinc Solœciſmo nomen.

ΠΕΡΙ' ΣΕΙΣΑΧΘΕΙ'ΑΣ κϐ'.

DE SISACHTHIA 22.

ΟΤι Σόλων ὁ Σαλαμίνιος πρῶτος Ἀθηναίων τὴν Σεισάχθειαν εἰσηγήσατο. τὸ δὲ ἦν λύτρωσις σωμάτων, καὶ γὰρ ἐπὶ σώμασιν ἐδανείζοντο, καὶ ἀποροῦντες ἐθήτευον.

SOlon Salaminius primus inter Athenienſes Siſachthiam invexit: Id autem fuit corporum liberatio. Namq; corpora obligantes mutuum accipiebant, &, cùm ſolvendo non eſſent, conflatam oppigneratis corporibus ſervitutem ſerviebant.

ΤΕ'ΛΟΣ. FINIS.

ΦΟΥΡΝΟΥΤΟΥ ΘΕΩΡΙΑ ΠΕΡΙ ΘΕΩΝ ΦΥΣΕΩΣ.

PORNUTI COMMENTARIUS DE NATURA DEORUM.

Interprete Conr. Clausero.



CANTABRIGIÆ,
Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,
Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

†ΦΟΥΡΝΟΥΤΟΥ ΘΕΩΡΙΑ, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΘΕΩΝ ΦΥΣΕΩΣ.

PHORNUTI DE NATURA DEORUM COMMENTARIUS.

Conrado Clausero Tigurino interprete.

ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ.

DE COELO.

Ὁ Οὐρανὸς, ὦ [1.] παιδίον, περιέχει κύκλῳ τὴν γῆν

COelum (ô puerule) suo circumflexu tegit terram

† Gyraldi cod. & Ox. α. consentiunt cum impressis. Ox. β. & Vaticanus legunt Κορνούτου ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν θεωρίαν παραδεδομένων. atq; ità ipsum scripsisse credo Phornutum; nam περὶ οὐρανοῦ ut habet alius codex Oxon. est primi capitis titulus. Ger. Vossio placet titulus impressus. Theodoretus Therap. 3. & Etym. in Ζεύς, περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας inscribunt, brevitatem quærentes. Coptitæ deum Νοῦτ vocant, unde Παφνοῦτος & φορνοῦτος. fuit huic prænomen Πολυδεύκης cujus περὶ μύθων in Vat. non videtur alius ab hoc libro tribuitur huic quoq; δωδέκαθλον Herculis in cod. Veneto; sanè immediatè præmittitur huic operi in cod. Ox. α. edidit Allatius. V. Gesneri Bibl. in *Phurnuto*, *Polydeuce*, & Cornuto, ubi tres ex uno videtur fecisse Phornutos.

[1.] Παιδίον Γεώργιε, Ox. α. & Gyrald. Cod. Zenonis definitio habetur apud Achil. in Arat. p. 85.

περὶ

καὶ τὴν θάλατταν, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς καὶ τὰ ἐν θαλάττῃ πάντα. [2.] διὰ τοῦτο ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας, οὖρος ὢν ἄνω πάντων, καὶ ὁρίζων τὴν φύσιν. ἔνιοι δέ φασιν ἀπὸ τοῦ [3.] ὁρᾷν αὐτὸν, ἢ ὀρέγειν τὰ πάντα, ὅ ἐστι φυλάττειν, οὐρανὸν καλεῖσθαι. ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ θυρωρὸς ὠνομάσθη, καὶ τὸ πολυωρεῖν. ἄλλοι δ᾽ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι ἄνω ἐτυμολογοῦσι. καλεῖται δὲ σὺν πᾶσιν οἷς περιέχει [4.] κόσμος, ἀπὸ τοῦ κάλλιστα διακεκοσμεῖσθαι. Τινὲς δὲ τῶν ποιητῶν [5.] Ἄκμονος αὐτὸν ἔφασαν εἶναι υἱὸν, τὸ ἄτμητον τῆς περιφορᾶς αἰνιττόμενοι. ἢ ὑπολαβόντες ὅτι ἄφθαρτός ἐστι, τοῦτο παριστῶσι διὰ τῆς ἐτυμολογίας. κεκμηκέναι γὰρ λέγομεν τοὺς τετελευτηκότας. ἡ δ᾽ οὐσία αὐτοῦ πυρώδης ἐστὶν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἡλίου, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων [6.] ἄστρων.

maréque, & cuncta quæ terrâ quæque mari continentur. Hinc nomen istud ei datum est, ut dicatur οὐρανὸς, id est cœlum, quasi sit οὖρος, id est conservator cœlestium, & ὁρίζων, id est terminus naturæ. Quidam volunt οὐρανὸν, id est cœlum esse dictum ἀπὸ τοῦ ὁρᾷν αὐτὸν, ἢ ὀρέγειν, id est ab eo quòd videat & custodiat omnia. Indè derivatur dictio θύρωρος, id est janitor, & πολυωρεῖν, id est sollicitam rei alicujus gerere curam. Quidam etymologiam ejus ἀπὸ τοῦ ἄνω ὁρᾶσθαι deducunt, id est, quòd in supremo loco esse conspiciatur. Vocatur hæc κόσμος, id est mundus, ornamenti nomine. Quidam poetæ tradiderunt cœlum esse Acmonis filium, volentes per id motum ejus irrequietum significare. Sive cùm cœlum crederent æternum, nullíque corruptioni obnoxium, ejus incorruptibilitatem per istam nominis etymologiam ostendere affectârunt. Dicimus namque κεκμηκέναι, id est opus suum perfecisse, seu telam suam absolvisse, & quiescere, quotquot fato functi sunt. Cœli autem substantia ignea est, ut ex sole aliísque astris conjicere licet.

[2.] καὶ διά. Ox. β.
[3.] ἀπὸ τοῦ ὡρεῖν αὐτὸν ἢ ὡρεύειν Ox. α—τὰ ὄντα Ox. β. Achil. in Aratum. p. 85.
[4.] κόσμος· πρῶτος Πυθαγόρας τὸ πᾶν κόσμον ἐκάλεσεν ἐκ τῆς διακοσμήσεως. Achil. in Aratum. Author l. de mundo c. 2°.
[5.] Callimachus & Simmias Rhodius in Alis, ubi χ. & Salmasius videri potest. Hesych. in Ἀκμονίδης—οὐρανὸς Ἄκμονος παῖς. Etym. M. consentit, legit quoque τὸ ἄκμητον αὐτοῦ τῆς περιφορᾶς cum Eustathio ad ἰλ. Σ, & codd. Ox. idem —ἢ περιλαμβάνοντες [l. ὑπολ] οὖν αὐτὸν, ὅτι ἄφθαρτός ἐστι, &c. ——Vide Joan. Diac. in Hesiod. Theog. p. 151. β.
[6.] l. ἀστέρων. Ox. α. χ. Hom. ἰλ. ε. v. 5. Diac. in Theog. p. 145. β. Ælian. vel author l. de mundo c. 2°.

ὅθεν

ὅθεν καὶ αἰθὴρ ἐκλήθη, τὸ ἐξώτατον μέρος τοῦ κόσμου, ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι. τινὲς δέ φασιν ἀπὸ τοῦ [7.] ἄνω θεῖν οὕτως αὐτὸν ὠνομάσθαι, ὅ ἐστι, ῥοίζῳ φέρεσθαι. καὶ τὰ ἄστρα γάρ, οἱονεὶ ἄστατά εἰσι, καὶ οὐδέποτε ἱστάμενα, ἀλλ' ἀεὶ κινούμενα. [8.] Εὔλογον δὲ καὶ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῆς θέσεως ἐσχηκέναι τὴν προσηγορίαν. πρῶτον γὰρ οἱ ἀρχαῖοι θεοὺς ὑπελάμβανον εἶναι, οὓς εὗρον [9.] ἀδιαπτώτους φερομένους, αἰτίους αὐτοὺς νομίσαντες εἶναι τῶν τοῦ [10.] ἀστέρος μεταβολῶν, καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ὅλων. [11.] ταῦτα δ' ἂν εἶεν οἱ θεοί, θετῆρες καὶ ποιηταὶ τῶν γινομένων ὅλων.

Hinc extrema mundi pars æther nuncupatur, ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, id eſt ab eo quod ardeat. Quidam aſſerunt hoc nominis æthera nactum eſſe ἀπὸ τοῦ ἀνωθεῖν, id eſt quod in ſupremis currat, id eſt ſtrepitu feratur. Aſtra namque nominantur, quaſi nunquam ſubſiſtant, verum ſemper in motu ſint. Veriſimile eſt & θεοὺς, id eſt deos, ἀπὸ τῆς θέσεως id eſt à poſitione ſeu ſitu hoc nomen traxiſſe. Antiquitus enim eos eſſe deos perſuaſi ſunt, quos certo motu ferri deprehenderent: & hos authores eſſe exiſtimaverunt mutationis aſtrorum, & conſervationis hujus univerſi. Hi igitur ſint Dii, conſervatores & conditores omnium quæ facta ſunt.

[7.] ἀπὸ τοῦ ὀρέειν, ἄνω θεῖν—conjicio legendum, firmat hanc lectionem Achil. in Aratum p. 85. ἢ ἀπὸ τοῦ ὀρέειν· κινεῖται γάρ.——τὸ δὲ ὄρειν τὸ ἄνω σημαίνει. idem. Ox. β. l. ἀεὶ θεῖν.——V. lib de Mundo, c. 2°.

[8.] Hîc caput 2um orditur cod. Ox. Περὶ τῶν λεγομένων παρ' Ἕλλησι θεῶν. Εὐλ.——

[9.] ἀδιαπτώτως. Ox. α. ἀδιαλείπτως, Ox. β. *Plato in Cratylo.* pro εὗρον, l. ἑώρων——

[10.] lego ἀέρος. V. Diac. in Theog. p. 145. β. ubi multa huc faciunt.

[11.] τάχα δ' ἂν. Ox. β. & pro θετῆρες, δοτῆρες καὶ π. MS. non diſtinguit hic capp. tantum ponit colon—& περὶ τοῦ Διὸς in Marg.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ' ΤΟΥ͂ ΔΙΟ'Σ.

DE JOVE.

Ὥσπερ δὲ ἡμεῖς ἀπὸ ψυχῆς διοικούμεθα, οὕτω καὶ ὁ κόσμος ψυχὴν ἔχει τὴν συνέχουσαν αὐτόν· καὶ αὕτη καλεῖται Ζεύς. [12.] πότερον διὰ τὸ σώζουσα καὶ αἰτία οὖσα τοῖς ζῶσι τοῦ ζῆν, διὰ τοῦτο βασιλεύειν ὁ Ζεὺς λέγεται τῶν ὅλων. ἢ ὁσὰν καὶ ἐν ἡμῖν ἡ ψυχὴ καὶ ἡ φύσις ἡμῶν βασιλεύειν ῥηθείη. διὰ δ' αὐτὸν καλοῦμεν, ὅτι [1.] δι' αὐτὸν γίνεται καὶ σώζεται τὰ πάντα. παρά τισι δὲ καὶ Δεὺς λέγεται, τάχα ἀπὸ τοῦ δεύειν τὴν γῆν, ἢ μεταδιδόναι τοῖς ζῶσι ζωτικῆς ἰκμάδος. [2.] καὶ ἡ γενικὴ πτῶσις, ἀπ' αὐτῆς ἐστι Διός, παρακειμένη πως τῇ Δεύς. οἰκεῖν δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ λέγεται, ἐπεὶ [3.] ἐκεῖ τὸ κυριώτατον μέρος τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς. καὶ γὰρ αἱ ἡμέτεραι [4.] ψυχαὶ, πῦρ εἰσι.

Ut nos gubernamur ab anima, sic & mundus animam habet, à qua nè diffluat continetur. Mundi autem anima Ζεύς, id est Jupiter appellatur. Hoc nominis autem nimirum indè habet, quòd omnium salus ab ipso solo pendeat, quódque causa vitæ sit omnibus, quæcunque vivunt: propterea etiam universi rex vocatur. Vel Jupiter dicitur mundi animâ, quòd, quemadmodum nobis præsit animus, sic omnibus longè latéque imperet natura. Mundi animam & Δία, id est Jovem vocant: id autem ideo, quod ipsius præsidio omnia fiant, & in sua essentiâ conserventur. Quidam mundi animam nominant Δεύς. idcirco autem, quòd irriget terram, aut quòd viventibus vitalem humorem subministret. Genitivus autem à Δεύς, est Διός. ut qui ei sit propinquior, quàm nominativo Ζεύς. Sedes ipsius cœlum esse dicitur, siquidem cœlum est animæ mundi pars principalissima. Sunt enim & animæ nostræ de substantia ignis.

[12.] πρώτως καὶ διαπαντὸς ζῶσα, καὶ —Ox. & σῶσαν sine ἢ— Nicas etym. in Ζεύς, & Diac. in Theog. p. 151.

[1.] hanc ipsam ineptam licet rationem reddidit Orpheus in cratere —— καὶ ζῆν αὐτὸν καλέουσι, καὶ Δία τ' ἠδ' ὅτι δὴ διὰ τοῦτον πάντα τέτυκται.

[2.] Joan. Diacon. in Theog. ὁ Ζεὺς τοῦ Διὸς κλίνεται δηλουμένου πάντως ἡμῖν ὡς οὗτος τὸ ζωή ἐστι, καὶ δι' αὐτοῦ ζῶσι τὰ ζῶντα.

[3.] ἐπεὶ ἐκεῖ ἐστι—MS.

[4.] Animus est ex sempiternis illis ignibus quæ sidera & stellas vocatis. V. Macrob. lib. 1. c. 14. Som. Sc.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΗΡΑΣ.

DE JUNONE.

Γυνὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ [5.] αὐτοῦ παραδέδοται ἡ Ἥρα, ἥ τις ἐστὶν ἀήρ. συνῆπται γὰρ εὐθὺς αὐτῷ, καὶ κεκόλληται, αἰρομένη ἀπὸ τῆς γῆς, ἐκείνου αὐτῆς ἐπιβεβηκότος. καὶ γεγόνασιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ῥύσεως. ῥυεῖσα γὰρ εἰς λεπτότητα ἡ οὐσία, τό, τε πῦρ καὶ τὸν ἀέρα ὑφίστησιν. ἐφ' ᾧ καὶ Ῥέαν τὴν μητέρα αὐτῶν ἐμυθολόγησαν εἶναι, πατέρα δὲ τὸν Κρόνον. ἤτοι διὰ τὸ ἐν τεταγμένοις μέτροις χρόνου γενέσθαι ταῦτα, ἢ διὰ τὸ κατὰ σύγκρισιν καὶ κερασμὸν τῆς ὕλης, τὴν εἰς τὰ στοιχεῖα διάκρισιν ἀποτελεῖσθαι. ἢ ὅπερ πιθανώτερον, διὰ τὸ τηνικαῦτα ὑφίστασθαι τὸν ἀέρα, ἡνίκ' ἂν ἐκ [6.] πυρὸς ἐκινεῖτο ἡ φύσις, ἐπὶ τὸ κραίνειν καὶ ἀποτελεῖν τὰ ὄντα.

SOror & conjux Jovis esse traditur Juno, quæ est aër. Statim námque ei copulata & conjuncta est, cùm in altum à terra tolleretur, eámque ipsus conscenderet. Ex eodem quoque fluxu nati sunt. Diffluens enim in tenuitatem substantia, ignem, & aëra producit. Hinc & Rheam ipsorum esse matrem fabulati sunt, patrem verò assignârunt κρόνον, id est Saturnum. Id autem propterea factum est, ut constaret certâ temporis mensurâ, illa esse facta: sive quòd per conjunctionem, & materiæ commixtionem fiat elementorum productio. Sive (& hæc causa verisimilior est) quòd tantisper aër subsistat, quantisper ab igne impellatur, & moveatur natura, ad commiscendum & procreandum entia.

[5.] τοῦ Διός. MS. Joan. Diac. in Theog. p. 163. β. mox ἐκ τῆς—MS. pro ἐπὶ τῆς. rectiùs. pro ῥύσεως l. φύσεως. quod de Rheâ & Crono hîc dicitur, multis à Damascio exponitur libro περὶ ἀρχῶν.

[6.] Proclus in Plat. Pol. fusè hanc rem explicat. V. & Hom. ἰλ. α. v. 609. pro ἐκινεῖτο MS. κινεῖται.

ΠΕΡΙ' ΤΟΥ' ΠΟΣΕΙΔΩ'ΝΟΣ.

DE NEPTUNO.

Διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν, καὶ τὸν Ποσειδῶνα ἔφασαν οἱ ἀρχαῖοι εἶναι, Κρόνου καὶ Ῥέας υἱόν. καὶ γὰρ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς εἰρημένης μεταβολῆς γίνεται. Ποσειδῶν δέ ἐστιν ἡ ἀπεργαστικὴ [7.] ἐν τῇ γῇ καὶ περὶ τὴν γῆν ὑγροῦ δύναμις· ἤτοι ἀπὸ τῆς πόσεως οὕτω κληθεῖσα, καὶ τοῦ δεδόναι ταύτην. ἢ καθ' ἕτερον λόγον Ποσειδῶν ὠνόμασται, διὰ τὴν [8.] παραχθησομένην αὐτοῦ ἰδιότητα.

Eadem ratione moti veteres annotârunt, Neptunum Saturni & Rheæ esse filium. Nam ex prædicta mutatione & commixtione, etiam aqua exoritur. ποσειδῶν autem est illa potentia, cujus vi in terræ visceribus & circa terram humor generatur. ποσειδῶν autem ea potentia nominata est, à potatione sive irrigatione, & à διδόναι, id est dare, quod videlicet humorem terræ largiatur. Aut alia istius nominis causa est, quæ forsan à singulari quâdam ipsius efficaciâ sive virtute desumpta est.

[7.] τῆ ἐν τῇ—mox διδόναι MS.
[8.] παραδειχθησομένην MSS. sed uterque hîc hiulcus. pro καθ' ἕτ. &c. εἴτε λόγον καθ' ὃν δὲ δίδωσι φύσις, φύσει ἰδίως ἐστιν. εἴθ' ὅσον πόσεως:---ἔστιν ὠνόμασται. κατὰ τὴν παρ. Alter sic. εἴτε λόγος, εἴθ' ὅσον ἀπὸ δ. ---σειδῶν ὀνομ. Nicas Etym. solet ex Phornuto derivationes petere. V. eum in voce.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ἍΔΟΥ.

DE PLUTONE.

Ἀδελφὸς δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ᾅδης εἶναι λέγεται. οὗτος δέ ἐστιν ὁ παχυμερέστατος καὶ προσγειότατος ἀήρ. [9.] ὁμοῦ γὰρ γίνεται. καὶ ἄρχεται κραίνειν καὶ ῥεῖν τὰ ὄντα, κατὰ τοὺς ἐν αὐτῷ λόγους τῆς φύσεως. καλεῖται ᾅδης, ἢ ὅτι καθ' αὑτὸν ἀόρατός ἐστιν, ὅθεν καὶ διαιροῦντες ἄϊδα αὐτὸν ὀνομάζομεν. ἢ κατὰ ἀντίφρασιν, ὡσανεὶ ὁ ἁνδάνων ἡμῖν τοῦ θανάτου. καὶ πλούτων δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ πάντων ὄντων φθαρτῶν, μηδὲν εἶναι ὃ μὴ τελευταῖον εἰς αὐτὸν κατάγεται, καὶ αὐτοῦ κτῆμα γίνεται. [11.

FRater prædictorum Pluto esse fertur. Est autem Pluto, aër densissimus terræ proximus. Pariter enim fiunt, & fluere miscerique incipiunt, ut naturalis ratio, quæ de ipso habetur, significare videtur. Nomen autem ᾅδης, vel indè nactus est, aut quòd per se sit invisibilis, unde hoc nomen dividentes, eum ἄϊδα appellare consueverunt. aut, quòd per antiphrasin sic dicatur, quasi mortem nobis jucundam & suavem reddat, ἀπὸ τοῦ ἁνδάνειν, id est placere. Vocatur autem idcirco, quòd omnia cùm sint corruptioni obnoxia, postremo ad ipsum deducantur, ejúsque dominio subjiciantur.

[9.] ὁμοῦ γὰρ——MS. ὁμοῦ γὰρ αὐτοῖς [αὐτοῖς MS. β.] γίνεται καὶ αὐτὸς ἀρξάμενος ῥεῖν καὶ κραίνειν τὰ ὄντα. post γίνεται pono minimam distinctionem.——mox ἄϊδην, MS.

[10.] ἥκιστα ἀνδάνοντος ἡμῖν τοῦ θανάτου. MS.

[11.] huc videntur pertinere ea quæ MS. paulo supra ponit εἰς τοῦτον χωρεῖν ἡμῖν κατὰ τὸν.-----αἱ ψυχαὶ δοκοῦσι. ἥκιστα, cæterum Gyrald. Synt. 6. notat hîc in impressis quædam deesse.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ῬΕΑΣ.

DE RHEA.

ΤΗΣ δὲ Ῥέας κατὰ τὴν παραδεδομένην [1.] ῥύσιν εἰδοποιουμένης, εἰκότως ἤδη καὶ τὴν τῶν ὄμβρων αἰτίαν ἀνατιθέασιν αὐτῇ, ὅτι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν συμβαίνει γίνεσθαι. καὶ ταύτην [2.] παρεισάγουσι τυμπάνοις καὶ κυμβάλοις, [3.] καὶ κεραυνοῖς, ἢ λαμπαδηφορείαις χαίρουσαν. ἐπεὶ δὲ ἄνωθεν ὄμβροι [4.] κακατακεράσουσι, πολλαχοῦ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὀρῶν κατερχόμενοι φαίνονται, πρῶτον μὲν τὴν Ἴδην ἐπωνόμασαν αὐτῷ μετέωρον ὄρος, καὶ ὃ μακρόθεν ἐστὶν ἰδεῖν, ὄρειαν αὐτὴν προσαγορεύοντες. καὶ τὰ γενναιότατα τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι γινομένων ζώων, τοὺς λέοντας [6.] ὑπὸ αὐτῆς παρεισάγουσι. τάχα ἐπεὶ καὶ οἱ χειμῶνες ἀγελωπόν τι ἔχουσι. πυργωτὸν δὲ περίκειται στέφανον,

Cum veteres Rheam juxta prædictum fluxum finxissent, non ab re etiam pluviarum & imbrium causas in ipsam reduxerunt. Plerunque enim imbres cum fulgure & tonitru ad nos deferuntur. Fingunt hanc gaudere tympanis, cymbalis, fulminibus & facibus. Quoniam autem imbres è cœlo descendunt, sæpius autem è montibus stillare conspiciuntur, primò ab Ida monte præalto ei nomen imposuerunt. Et quoniam mons etiam ab illis qui quàm longissimo intervallo ab ipso distant, videri potest, eam ὄρειαν, id montanam nuncupare placuit. Animalia quoque ex eorum numero quæ in montibus eduntur, generosissima, ejus currui jungunt: nimirum ideo quòd præacutæ hyemes, nonnihil aspectu sunt horridæ. Corona turrita ejus capiti impõitur,

[1.] παραδεδειγμένην. MS.
[2.] παρεισήγαγον. MS.
[3.] κεραυλίαις. & κεραυνίαις MSS. prius probatur. αὐλὸς Βερεκύντιος. Hesych. Ovid. Fast.

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit, & Ideæ festa parentis erunt. Seguini num. p. 118.

[4.] καταῤῥέουσι & καταράττουσι. MS.
[5.] ἐπων. αὐτῇ. MS. Hesych. Σεμίραμιν, quæ Suidæ est Rhea, περιστερὰν ὄρειαν interpretatur. דם & צמרא;————
[6.] λέοντας ἡνιοχουμένας ὑπ' αὐτῆς παρεισήγαγον. MS. Claud.——blandíque leones submi ere jubas————

ἤτοι διὰ τὸ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τῶν ὀρῶν τίθεσθαι τὰς πόλεις [7.] ὀχυρωτάτου ἕνεκεν, ἢ ἐπεὶ ἀρχηγός ἐστι τῆς πρώτης καὶ ἀρχετύπου οὐσίας τοῦ κόσμου. καρδίαν δ' ἀνατιθέασιν αὐτῇ, παριστάντες ὅτι αἰτία τῆς [8.] ζωογονίας αὕτη ἐγένετο. κατ' ὅτος δὲ καὶ ἄλλους τινὰς τύπους περὶ τὸ στῆθος αὐτῆς περιτιθέασιν, ὡς τῆς τῶν ὄντων [9.] ποικιλίας, καὶ παντὸς χρώματος αὐτῆς γεγονυίας. ἔοικε δὲ ἡ αὐτὴ καὶ ἡ παρὰ Σύροις [10.] Ἀρταγὰ εἶναι, ἣν διὰ τὸ περιστερᾶς καὶ ἰχθύος ἀπέχεσθαι τιμῶσι, σημαίνοντες ὅτι τὰ μάλιστα δηλοῦντα τὴν τῆς οὐσίας [11.] αἵρεσιν ἀὴρ καὶ ὕδωρ ἐστί. Φρυγία δ' ἰδίως εἴρηται, διὰ τὸ θρησκεύεσθαι παρὰ τοῖς Φρυξὶν ἐξόχως, παρ' οἷς καὶ ἡ τῶν Γαλλῶν ἐπεπόλασε παρεδρία, τάχα τι τοιοῦτον ἐμφαίνουσα, ὁποῖον καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι περὶ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐκτομῆς μεμύθευται. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ Κρόνος λέγεται καταπίνειν τὰ ἐκ τῆς Ῥέας αὐτῷ γινόμενα τέκνα. εἴληπται μὲν οὖν οὕτω πάνυ εἰκότως.

sive quòd antiquitus urbes, quò essent loci natura magìs munitæ, in montibus ædificabantur: sive, quòd causa & origo sit primæ mundi substantiæ. Cor ei consecrant, innuentes ipsam esse causam generationis animalium. Propterea variis coloribus distinctas formas quasdam ejus pectori applicant, tanquam decora & amabilis eorum quæ sunt, varietas, & omnis color ab ipsa solâ proveniant. Videtur hæc esse eadem, quæ apud Syros Artaga dicitur, quam colunt abstinentes à columbarum & discium esu. Per hunc colendi ritum indicant, substantiæ sive entium causas esse aërem & aquam. Phrygia vocatur, quod frequenti & excellenti cultu apud Phryges celebretur, penes quos & Gallorum sacerdotium increbuit. Hoc sacerdotium Cœli castrationem, quam Græci fabulati sunt, repræsentat. Nam traditur Saturnum devorâsse liberos, quos ex Rhea tulit. Id sanè admodum verisimiliter traditum est.

[7.] ὀχυρότητος ἕν. MS & Mox pro οὐσίας, πόλεως. Rheam Orpheus mundi naturæque parentem facit apud Proclum in Timæum. p. 315.

[8.] περιείληφεν πάσας τὰς ζωογονητικὰς δυνάμεις Proclus ibid. ζωογόνον ῥίζωμα περίεινοι. & ζωοποιὸς ἡ Ῥέα. Damasc. περὶ ἀρχῶν.

[9.] Titanes à Physiologis dicuntur qualitates, horum præses Rhea, πάσης Τιτανικῆς διαιρέσεως ἔξαρχος. Proclus, Timæo. pro χρώματος αὐτ'— MS. l. χρήματος δι' αὐτῆς γεγονότος—V. Procl. Tim. p. 296. & Damascium. Pignor. Mens. Isiac. p. 19.

[10.] Ἀταργάτις MS. ἣν καὶ διὰ τὸ περιστερᾶς καὶ ἰχθύος ἀπέχεσθαι τιμῶσι. id. nomen videtur derivari ab אדר & דג piscis magnus, puto Δαχλὼ & Δαχὸν apud Damascium, Babyloniorum deos, hinc dici. V. Seld. in Diis Syris. Bochartum. in Phaleg. Gyrald. Synt. 1. p. 61. 62. Voss. idol. l. c. 23. Macarii Abrax. p. 70. Syriæ duo numina. *German.*

[11.] οὐσίας αἵρεσιν—Vide quæ Gyrald. p. 62 χ. Hom. ιλ. O. v. 18.

ἐπειδὴ ὅσα ἂν γίνονται κατὰ τὸν εἰρημένον τῆς κινήσεως λόγον, πάλιν κατὰ τὸν αὐτὸν ἐν περιόδῳ ἀφανίζεται. καὶ ὁ Χρόνος δὲ τοιοῦτόν ἐστι. δαπανᾶται γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τὰ [12.] γινόμενα. εἶτα τὴν Ῥέαν φασὶ γινομένου αὐτῇ τοῦ Διὸς, λίθον ἀντ' αὐτοῦ προσενεγκεῖν ἐσπαργανωμένον τῷ Κρόνῳ, οὗτον εἰποῦσα τετοκέναι. κἀκεῖνον μὲν καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. τὸν [13.] δὲ Δία τραφέντα, βασιλεῦσαι τοῦ κόσμου. ἐνταῦθα οὖν ἄλλως εἴληπται ἡ κατάποσις. συντέτακται γὰρ ὁ μῦθος περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, ἐν ᾧ τότε ἀνετράφη ἡ διοικοῦσα αὐτὸν φύσις, καὶ ἐπεκράτησεν, ὅτε εἰς τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ ὁ λίθος οὗτος, ὃν καλοῦμεν γῆν, οἱονεὶ καταποθεὶς, ἐγκατεστηρείχθη. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως συνέστη τὰ ὄντα, [1.] εἰ μὴ ἐπὶ θεμελίῳ ταῦτα ἐρείδη, γινομένων καὶ τρεφομένων ἐντεῦθεν πάντων.

Siquidem quæcunque generantur ratione prædicti motus, eâdem ratione ejusdem motus tandem intereunt. Tale autem quippiam & tempus est: ab ipso enim omnia quæ condita sunt, consúmuntur. Ferunt Rheam, cùm peperisset Jovem, loco Jovis saxum fasciis involutum detulisse ad Saturnum, dicentem, se hoc partu esse enixam. Demisit igitur & saxum istud in ventrem Saturnus. Jupiter autem cùm furtim educaretur, tandem mundi imperium nactus est. Est autem alius, quàm verba ipsa significent, istius fabulæ sensus. Fabula enim hæc ad ostendendam mundi creationem composita est. Quia tum temporis natura, quæ nunc mundum regnat & administrat, in mundo nutriebatur: & tandem invaluit. Lapis enim hic, quem nos terram vocamus, medium locum, quasi devoratus, firmiter occupavit. Nec enim aliter consistere possent entia, nisi tali tantóq; inniterētur fundamento. Hinc omnia & nascūtur, & sua alimenta consequuntur.

[12. τὰ γινόμενα ἐξ αὐτοῦ — & ἐν αὐτῷ — & mox γενομένου & γινομένου. MSS.
[13.] λάθρα τραφέντα. MS.
[1.] εἰ μὴ καὶ ἐπὶ θ. ταύτης. MS. De hac fabula & ejus Physiologiâ Hesiodi Interpres agit pag 129. 130. 143. 144. 147. ubi nostri verba videas. V. etiam χ. ιλ. O. v. 318. & Apollonii Rh. l. 1. v. 1098.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΡΟΝΟΥ.

DE SATURNO.

Τέως [2.] δὲ ὁ κρόνος ἱστορεῖται συνεχῶς κατιὼν ἐπὶ τῷ μίγνυσθαι τῇ γῇ. ἔτον δὲ ἐκτεμεῖν, καὶ παῦσαι τῆς ὕβρεως. ὁ μὲν γὰρ Ζεὺς ἐκβαλὼν αὐτὸν τῆς βασιλείας, κατεταρτάρωσε. διὰ γοῦν τούτων αἰνίττονται, ὅτι [3.] ἡ τῆς ὅλης γενέσεως τάξις, ἣν ἔφαμεν ἀπὸ τοῦ κραίνειν, Κρόνον εἰρῆσθαι, τὴν γινομένην τέως πολλὴν ῥύσιν τοῦ περιέχοντος ἐπὶ τὴν γῆν ἔστειλε, λεπτοτέρας ποιήσασα τὰς ἀναθυμιάσεις. ἡ δὲ τοῦ κόσμου [4.] φύσις ἐπιχύσεις ἐπιχύσασα, ἣν καὶ Δία ἐλέγομεν καλεῖσθαι, τὸ λίαν φερόμενον τῆς μεταβολῆς ἐπέσχε, καὶ ἐπεπέδησε, μακρότερον διεξαγαγὼν, καὶ δοὺς αὐτῷ τῷ κόσμῳ. πάνυ δ᾽

Hactenus traditum est, Saturnum è cœlo descendisse, stuprique consuetudinem cum terra habuisse. Spoliatus autem tandem testibus, terram injuriâ afficere cessavit. Nam Jupiter eum regno ejectum, in Tartarum præcipitem dedit. Per hæc igitur, quasi sub involucris tractatur, universum generationis progressum seu ordinem, quem ἀπὸ τοῦ κραίνειν, id est commiscendo deduximus, κρόνον, id est Saturnum vocitari. Saturnus fluxum cœli in terram uberiorem cohibuit, & exhalationes tenuiores effecit. Mundi autem natura, quam Jovem appellavimus, infusiones infundens, nimiam illam rerum mutationem compescuit, vinculísque devincivit, in longius eam producens, mundóque tradens. Rectè sanè

[2.] Τέως δὲ ὁ μὲν &—τελευταῖον δὲ ὁ μὲν MSS. & κατιόντα ἐ. τ. μ. τ. γῇ τὸν οὐρανὸν—lego igitur τὸν οὐρανὸν ἐκτεμεῖν. τοῦτον δὲ τὸν Δία ἐκτεμεῖν καὶ π. τέταρτος ὁ Κρόνος βιασάμενος τὸν πατέρα· πέμπτος ὁ Ζεὺς κρατήσας τοῦ πατρὸς———Procl. Tim. ex Orpheo. sed apertiùs Porphyrius de Antro. N. ὃ καὶ πάσχει ὁ Κρόνος· καὶ δεθεὶς ἐκτέμνεται, ὡς ὁ οὐρανός. & mox τὸν οὐρανὸν κατιόντα εἰς γῆν ἐκτέμνει Κρόνος. V. σχ. ιλ. β. V. 205.

[3.] ἡ τῶν ὅλων MS. ut alibi infra.

[4.] φύσις—deest ἐπιχύσεις uni MS. conjicio legendum φύσις ἐπισχύσασα—& mox ἐπέδησε—& μακροτέραν διεξαγωγὴν δοὺς. MS. Confer σχ. ιλ. O. v. 18. σχ. Theog. Hesiodi p. 146. β.

εἰκότως καὶ ἀγκυλομήτην καλοῦσι τὸν Κρόνον, ἀγκύλων ὄντων καὶ δυσπαρακολουθήτων, ἃ μὴ [5.] τελέσηται τοσούτους ἀριθμοὺς ἐξελίττων.

Saturnum ἀγκυλομήτην, (id est quòd quædam occultet, quædam ostentet) quasi omnia ea quæ cursu suo evoluto non perfecerit, incurva & tarda sint.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ὨΚΕΑΝΟΥ.

DE OCEANO.

ΚΑτ' ἄλλον δὲ λόγον τὸν Ὠκεανὸν ἔφασαν ἀρχηγὸν εἶναι πάντων. οὐ γὰρ μία μυθολογία περὶ τοῦτον ἐφύετο τὸν τόπον. [6.] ἔστι δ' ὠκεανὸς μὲν, ὁ ὠκέως νέων κύκλος, καὶ ἐφεξῆς μεταβάλλων. Τηθὺς δὲ ἡ ἐπὶ τῶν ποιοτήτων ἐπιμονή. ἐκ γὰρ τῆς τούτων συγκράσεως, ἢ μίξεως, ὑφίσταται τὰ ὄντα. οὐδὲν δ' ἂν ἦν, εἰ θάτερον [7.] ἄμικτον ἐπεκράτει.

Quidam aliis rationibus ducti, Oceanum prodiderunt esse primam rerum omnium causam. Siquidem non una, verùm multæ & variæ de Oceano conscriptæ sunt fabulæ. Est autem Oceanus, circulus ille celeriter fluens, & certo ordine seu alternatim mutationem recipiens. Thetis verò est, qualitatum perseverantia. Ex horum enim commixtione & coitu, subsistunt entia omnia. Nihil autem nasceretur, alterum alteri si nunquam commisceretur.

[5.] MS. in margine μετελίσσεται. V. Allatii Anonym. περὶ ἀπίστων, p. 43.
[6.] post τόπον sic MSS. τούτου δὲ εἶναι γυναῖκα τὴν Τηθύν. ἔστι δὲ ὠκεανὸς μὲν ὁ ὠκέως νεόμενος λόγος. Τηθύς.——ὠκεανὸς ὠκέως διανύουσα φύσις, Procl. Tim. 293. Τηθὺν Jamblichus ibid. interpretatur τὴν ποιητικὴν διάθεσιν.——ἧς αἱ μόνιμοι νοήσεις.——στερεαὶ χῶραι τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος——V. Joan. Diacon. in Hes. p. 147. ubi omnia ferè hæc explicantur.
[7.] μόνον ἄμικτον ἐπικρ. MS. V. Macrobium. Sat. c. 23. ubi de Adadi & Atargatis agit simulacris.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΟΣ. [8.]

DE JOVE.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἄλλως ὁ Ζεὺς πατὴρ λέγεται θεῶν καὶ ἀνθρώπων εἶναι, διὰ [9.] τὴν τοῦ κόσμου φύσιν αἰτίαν γεγονέναι τῆς τούτων ὑποστάσεως, ὡς οἱ πατέρες γεννῶσι τὰ τέκνα. νεφεληγερέτην δὲ, καὶ ἐρίγδουπον αὐτὸν καλοῦσι, τὰ ἄνω ὑπὲρ ἡμᾶς νέφη καὶ βροντὰς συνίστασθαι, καὶ τοὺς κεραυνοὺς ἐκεῖθεν, καὶ τὰς καταιγίδας ἐνσκήπτειν. ἄλλως, [10.] ἤδη τε τὸν οὐρανὸν λελογχότι θεῷ πάντας τοὺς ὑπὲρ γῆν τόπους απονεμομένῳ, διὰ μὲν τὰς αἰγίδας ὡς δὴ ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν τοῦ ὁρμᾶν, τὸ ὄνομα αἰγίοχος ἐκλήθη. δι᾽ ἄλλας δὲ ὁμοιοειδεῖς καὶ εὐεπιγνώστους αἰτίας ὑέτιος, καὶ ἐπικάρπιος, καὶ [11.] καταβάτης, καὶ ἀστεροπαῖος, καὶ ἄλλως δὲ πολλαχῶς, κατὰ διαφόρους ἐπινοίας. καὶ σωτῆρα, καὶ [12.] ἕρκιον, καὶ πολυέα, καὶ πατρῷον, καὶ ὁμόγνιον, καὶ ξένιον, καὶ κτήσιον, καὶ βουλιαῖον, καὶ τροπαιοῦχον,

Post hæc ratione alia Jupiter, pater deorum hominúmque dicitur. Id indè fit, quòd mundi natura horum essentiæ non secus causa sit, ac parentes liberorum quos procreant. Vocant eum νεφεληγερέτην, id est nubicogam: & ἐρίγδουπον, id est tonantem, quòd in ea regione quæ supra nos est, nubes & tonitrua cogat, indéque fulmina torqueat, tempestatésque & turbines indè deferantur. Aliâ ratione forsan prædictis insignitur epithetis, nempe quòd, ut primùm cœli rector sit constitutus, omnes cœli regiones in suam potestatem concesserint. Propter venti turbines αἰγίοχος nuncupatus est, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν, id est impetu ferri. Propter alias quasdam haud dissimiles, nec cognitu difficiles causas, pluvialis, frugifer, descensor, fulgurator, & aliis interdum nominibus aliis de causis vocatur. Servatorem, vallarem, tutorem urbium, patrium, gentilem, hospitalem, quæstuarium, consiliarium, trophæorum

[8.] ὅτι πολυώνυμος ὁ Ζεύς. MS.
[9.] διὰ τὸ τὴν τοῦ — MS. post καλοῦσι· καὶ τὸν κεραυνὸν αὐτῷ καὶ τὴν αἰγίδα ἀνατιθέασι, τὰ ἄνω — infra κατασκήπτειν — MS.
[10.] λελογχότι — παντός. υ. τ. γ. τόπους ἀπονεμομένους. & ὡς δὴ ἀπὸ τ. α. τὸ ὁρ. τὸ ὄνομα ἔχων, Αἰγίοχος ἐκλ. MS.
[11.] f. καταιβάτης & ἀστεραπαῖος.
[12.] infra ὅρκιον & ἑρκεῖον MS. utrunque potest ferri. mox βουλαῖον, omittit autem τροπαιοῦχον MS.

καὶ ἐλευθέριον αὐτὸν προσαγορεύουσιν, [13.] ἀπεριλήπτων ὅσων ὀνομασιῶν αὐτῷ τούτων οὐσῶν. ἐπεὶ [14.] διατέτακεν εἰς πᾶσαν δύναμιν καὶ σχέσιν, καὶ πάντων αἴτιος καὶ ἐπόπτης ἐστίν. Οὕτω δὲ ἐρρέθη καὶ τῆς δίκης πατὴρ εἶναι. ὁ γὰρ παραγαγὼν εἰς τὰ πράγματα τὴν κοινωνίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ παραγγείλας αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν ἀλλήλους, οὗτός ἐστι. καὶ τῶν χαρίτων, ἐντεῦθεν γάρ εἰσιν αἱ τοῦ [1.] δανείζεσθαι καὶ εὐεργετεῖν ἀρχαί· καὶ τῶν ὡρῶν, τῶν κατὰ τοῦ περιέχοντος ποιουσῶν μεταβολὰς σωτηρίους· καὶ τῶν γινομένων ἐπὶ τῆς γῆς ἄλλων, [2.] καὶ ὀνομασμένων ἀπὸ τῆς φύσεως, οὗτός ἐστι παραίτιος. παρεισάγουσι δ' αὐτὸν τελείου ἀνδρὸς ἡλικίαν ἔχοντα. ἐπεὶ οὔτε τὸ [3.] παρηκμακὸς, οὔτε τὸ ἐλλιπὲς ἐμφαίνει. τὸ δὲ κατηρτικὸς οἰκεῖον, διὰ τοῦτο καὶ τέλεια αὐτῷ θύουσι. τὸ δὲ σκῆπτρον, τῆς δυναστείας αὐτοῦ σύμβολόν ἐστι. [4.] πολλαχοῦ δὲ καὶ νίκην κρατῶν,

& libertatis præsidem eum nominant, ut cui infinita talia sunt nomina. Siquidem in omnem hujus universi virtutem est diffusus, omniúmque est causa & inspector. Hâc eâdem ratione justitiæ pater appellatus est. Is enim est, qui societatem mutuam inter homines constituit, & contractus invenit, & nè mutuis injuriis certarent interdixit. Est & Gratiarum pater: hinc enim fœnerandi & benefaciendi initium sumitur. Et horarum pater traditur: quæ dum cyclos suos in cœlo evolvunt, salutares præbent in hoc universo mutationes. Aliarum quoque rerum naturalium idem Jupiter author est. Fingunt eum in perfecta virili ætate constitutum, siquidem nec senectam, nec juventam habitu corporis refert. Proinde non ab re, vir perfectæ in ætatis habitu fingitur. Hinc fit ut perfecta ei immolent. Sceptrum autem, quod manu gerit, imperii ipsius indicium est. Pingitur interdum, tenens manibus victoriam.

[13.] hîc MS ἔτι περὶ τῶν ὀνομάτων aut ex margine, aut videri possit plura addidisse---Gyraldus notat mutilos esse impressos, ut supra monui. Diversas potentias ejusdem Dei nominum multitudo notat. Hesiodi Interp. p. 2. & 46. σχ. Arati in fine Proleg. Aristot. de Mundo. c. 7. Pignor. p. 2. Mensæ Isiacæ. Achil. Stat. in Arat. p. 111.

[14.] ἐπειδὴ διατέταται μὲν εἰς π. MS.

[1.] χαρίζεσθαι MS. & mox καὶ τῶν ὁρῶν τῶν κατὰ—

[2.] deinde καὶ τῶν ἄλλων ὀνομασμένων ἀπὸ τῆς φυ. pro φύσεως alius habet φυλακῆς—&. οὗτος ἐστι παραίτιος desunt.

[3.] παρηκμασμένον—& κατηρτισμένον MS. mox θύομεν—

[4.] βασιλικὸν φόρημα ὑπάρχον—ἢ τοῦ ἀπλάστως καὶ ἀσφαλῶς αὐτὸν ἔχειν, ὡς τῶν ἐπὶ βακτηρίας ἐρηρεισμένους. τὸ δὲ κρατος ὃ ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κατέχει σαφιστέρας ἢ κατεπεξήγησις ὀνομασίας ἐστί. ita MS.

πλάττεται,

πλάττεται. περίεστι γὰρ πάντων, καὶ οὐδὲν ἡττᾶν [5.] αὐτοῦ δύναται. ἱερὸς δὲ ὄρνις αὐτοῦ, ὁ ἀετὸς λέγεται εἶναι, διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦτον εἶναι τῶν ἄλλων πτηνῶν. στέφεται δὲ ἐλαίᾳ, διὰ τὸ ἀειθαλὲς, καὶ λιπαρὸν, καὶ πολύχρηστον· ἢ διὰ τὴν ἐμφέρειαν τῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν γλαυκότητος. λέγεται δὲ ὑπό τινων καὶ ἀλάστωρ, καὶ παλαμναῖος, τῷ τοὺς ἀλάστορας καὶ παλαμναίους κολάζειν. τῶν μὲν ὠνομασμένων ἀπὸ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν, ἐφ᾽ οἷς ἔστιν ἀλαστῆσαι καὶ στενάξαι. τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς παλάμας μιάσματος ἀνεκπλύτους ἀποτελεῖν: [6.]

Quare autem hoc? ut clareſcat, ipſum vincere omnia, nec à quoquam ipſum vinci poſſe. Aquila Jovi dedicata eſt ideo, quòd volandi pernicitate aves omnes excellat. Caput ejus oleaginâ coronâ redimitur. Cauſa autem eſt, quòd hæc arbor ſemper in virore ſit, ſuámque pinguedinem teneat, & quòd olei uſus ſit ubique plurimus. Quidam Jovem ἀλάστορα, id eſt impurum; & παλαμναῖον, id eſt homicidam appellant. Ideo autem hæc nomina ſortitus eſt, quòd cæde inquinatos & conſceleratos pœnis ſubdat. Ἀλάστορες enim ſunt homines, qui tanta taliáque facinora deſignârunt, propter quæ errore duci, hinc indéque vagari, & ingemiſcere eos oporteat. Παλαμναῖοι autem vocati ſunt, quòd ob cædem impiè admiſſam, nunquam expiari poſſint.

[5.] καὶ ἡττᾶν αὐτοῦ οὐδὲν δύναται. MS. Pauſan. 5. p. 306—*Seguini numis.* p. 135.

[6.] ἀνέκθυτα ἀποτελεῖν. MS. V. Heſych. & Etym. in ἀλάστωρ & παλαμναῖος. Clauſ. videtur ἀνεκθύτους legiſſe --

ΠΕΡΙ' ΤΩ'Ν 'ΕΡΙΝΝΥ'ΩΝ.

DE FURIIS QUAS ERYNNES vocant.

ΚΑτὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ αἱ λεγόμεναι γεγόνασιν Ἐριννύες, [7.] ἐρευνητῆρες τῶν ἁμαρτανόντων οὖσαι, Μέγαιρα, Τισιφόνη, καὶ Ἀληκτώ. ὡσπερεὶ μεγαίροντος τούτοις τοῦ θεοῦ, καὶ τιννυμένου, ἤγουν τιμωρουμένου τοὺς γινομένους ὑπ' αὐτῶν φόνους, καὶ ἀλήκτως καὶ ἀπαύστως τοῦτο ποιοῦντος. σεμναὶ δ' εἰσὶν ὄντως αἱ θεαὶ, καὶ Εὐμενίδες κατὰ τὸ τὴν εἰς τοὺς ἀνθρώπους εὐμένειαν τῆς φύσεως διατάττεσθαι, καὶ τὸ τὴν πονηρίαν κολάζεσθαι. φρικώδεις δὲ τὰς ὄψεις [8.] ἔχουσαί εἰσι, καὶ πυρὶ καὶ μάστιξι τοὺς ἀσεβεῖς διώκουσαι, καὶ ὄφεως πλοκάμους ἔχουσαι, τὴν τοιαύτην φαντασίαν τοῖς κακῶς ποιεῖν, ὡς ἂν ἀποτίνωσι ποινὰς ἀντὶ τῶν πλημμεληθέντων. ἐν ᾅδῃ οἰκεῖν λέγονται, διὰ τὸ

PRopter modò commemoratam causam natæ sunt & Erynnes, sic appellatæ quasi sint ἐρευνητῆρες, id est indagatrices eorum hominum, qui gravissima flagitia patrârunt. Nominà autem earum sunt, Megæra, Tisiphone, & Alecto. Megæra dicitur, quasi deo μεγαίροντος, id est odiente, & τιννυμένου, id est vindicante, aut τιμωρουμένου, id est pœnis feriente homines ob cædes commissas: & hoc faciat ἀλήκτως, id est incunctanter & indesinenter. Sunt autem istæ deæ prorsus venerandæ, & insignem benevolentiam humano generi exhibent, ideo quòd mutuam inter homines benevolentiam conciliant, & ordinant. Aspectu autem sunt horrendæ, siquidem flagellis & facibus impios infestant. Capilli autem serpentibus intorti sunt, ut horrorem homicidis incutiant: qui eorum quæ impiè deliquerunt, dignas pœnas persolvant. Domicilium autem in inferno habere traduntur propterea, quòd

[7.] ἐρθυνύτειραι—&. τοῖς τοιούτοις—& καὶ εὐμενίδες εἰσὶ——κατὰ γὰρ τὴν—διατέτακται καὶ——MS. εἶον, ἐρευνῶσαι τὰ ἐν ταῖς πράξεσιν ἔργα σχ. Hom.——

[8.] ὄψεις ἔχουσι——ὀφεοπλόκαμοι λεγόμεναι τοῖς κακοῖς ποιεῖν—πλημμεληθέντων--MS. ὀφεοπλ. dicuntur Orpheo. μάστιγι MS. & Gyraldus-----

ἐν

ἐν [9.] ἀσαφεῖ κεῖσθαι τὰς τούτων αἰτίας, καὶ ἀπροόρατον ὑφίστασθαι τὴν φοίτησιν αὐτῶν τοῖς ἀξίοις.

causæ eorum malorum quæ impiis ingruunt, in obscuro sint: nec eas impii possint providere, quò sibi caveant nè in pericula incidant.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΟΣ.

ITERUM DE JOVE.

Ἀκολούθως δὲ τούτοις λέγεται, καὶ ὅτι πάντ' ἐφορᾷ Διὸς [10.] ὀφθαλμὸς, καὶ πάντ' ἐπακούει· πῶς γὰρ οἷόν τέ ἐστι, διὰ πάντων [11.] διοικοῦσαν δύναμιν, λανθάνειν τι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων; προσαγορεύουσι δὲ καὶ [12.] μείλιχον τὸν Δία, εὐμείλικτον ὄντα τοῖς ἐξ ἀδικίας μετατιθεμένοις. [13.] οὐδὲ γὰρ ἀδιαλλάκτως ἔχει πρὸς αὐτούς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἱκεσίου Διός εἰσι βωμοί.

NOn abhorret à prædictis, quod dicitur, Jovis oculum omnia cernere, eundémque omnia audire. Quâ ratione enim impossibile est, vim seu potentiam quæ omnia permeat, & administrat, quicquam latêre eorum quæ in hoc mundo contingunt? Jovem & placidum nominant, quòd sit facilis & placidus iis qui relictâ injustitiâ, ad justitiam confugiunt. Non enim irreconciliabilem, ut qui nullis precibus queat flecti, se ipsis offert. Quapropter aræ extant Jovis ἱκεσίου, id est supplicum patris.

[9.] ἐν ἀσφαλεῖ—& pro φοίτησιν, τὴν τίσιν, MS. Furias has ab Atheniensibus dici σεμνὰς θεὰς, à Sicyoniis Εὐμενίδας ait Pausan. in Corinthiacis, in nummo *Seguini* p. 178. habes pictas cum suo instrumento, clave, serpente, facibus, flagello, ense, & canibus----pro ὑφίστασθαι mallem ἐφίστ. ἠεροφοῖτις Ἐρινὺς Homero dicitur ὡς ἐκ τοῦ σκότους ἐρχομένη, καὶ ἀόρατος σχ. ad ἰλ. ι. v. 567.

[10.] Hesiod. ἔργ. πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς.—ὦ Ζεῦ πανόπτα. καὶ ἥλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς σχ. in Aratum. Hom. γ. ἰλ.

[11.] τὴν διὰ πάντων MS. διήκουσαν lego. τὸν μὲν αἰθέρα Δία λέγουσιν—οὗτος γάρ ἐστι, κατὰ τοὺς στωικοὺς, ὁ διὰ πάντων διήκων. σχ. Arat.

[12.] μειλίχιος—& ἀμείλικτον—

[13.] οὐδὲ γὰρ οὕτως ἀδ. ἔχει.—MS.

ΠΕΡΙ' ΤΩ͂Ν ΛΙΤΩ͂Ν.

DE LITIS.

ΚΑὶ τὰς Λιτὰς ὁ ποιητὴς ἔφη, Διὸς θυγατέρας εἶναι. χωλὰς μὲν οὔσας, διὰ τὸ πίπτειν τοὺς γονυπετοῦντας. [14.] ἐπὶ παραςάσει δὲ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν, πάλιν ῥυσάς, παραβλῶπας δὲ, τῷ παριδόντας τινὰς τινὰ, ὕστερον ἀνάγκην ἴσχειν λιτανείας. [13.] Ἔτι εἰδοποιεῖ τὰς Λιτὰς ὁ ποιητὴς, ὡς δαίμονάς τινας. χωλὰς μὲν αὐτὰς κέκληκε, διὰ τὸ βραδέως καὶ μόλις προσιέναι, καὶ [15.] λιτανεύειν τούτους οὓς [16.] προηδικηκότες ὦσι. ῥυσὰς δὲ καὶ διαςρόφους τὰς ὄψεις, ἐπεὶ βαρέως καὶ οὐ γεγηθότι τῷ προσώπῳ [17.] προσορᾷν δύνανται τοὺς προηδικημένους, παρ' ὧν αἰτοῦνται συγγνώμην. Διὸς δὲ θυγατέρας γενεαλογεῖ, ὥστε σεβασμίας εἶναι.

Narravit poëta etiam Litas, Jovis esse progeniem. Pedibus autem claudis finguntur, quòd cadere soleant genua flectentes plerunque. Sunt & rugis deturpatæ, ad ipsarum imbecillitatem designandam. Strabis autem oculis ideo sculpuntur, quòd qui aliquid præterierunt vel omiserunt eorum quæ justitia fieri postulabat, tandem ad supplicationum seu litaniæ auxilium convolent. Homerus eas in dæmonum classes transfert. Claudas eas vocavit Homerus, quòd tardè & ægrè accedant. Eos autem homines tandem λιτανεύειν, id est supplicationem decernere, quibus Litæ quid mali dederint. Rugis autem deturpatas, & strabis oculis fœdas introducunt, quòd graviter, nec hilari vultu ausint homines eos quos injuriis offenderunt intueri, & delictorum veniam poscere. Jovis esse filias ideo dicitur, quò & ipsis plurimum reverentiæ tribuamus.

[14.] ῥυσὰς δὲ ἐπὶ παραςάσει τῆς ἀσθενείας τῶν ἱκετευόντων MS.
Hæc habentur in σχ. Hom. ad ιλ. ι. v. 498. unde fortè legas ἀνειδωλοποιεῖ vel εἰδωλοποιεῖ---

[15.] adde ex σχ. γονυκλινεῖς.λιτ.

[16.] οὓς ἂν προηδικήκωσι σχ.

[17.] οὐδὲ ὀρθῷ τῷ βλέμματι σχ.---& σεβασμιωτέρας---Cæterum hæc omnia ab ἔτι εἰδοποιεῖ---adjecta sunt ab alia manu; sanè Cod. MS. β. non agnoscit.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΟΙΡΩΝ.

DE PARCIS.

Ὁ Ζεὺς δέ ἐστι καὶ ἡ μοῖρα, διὰ τὸ μὴ ὁρωμένη διανέμησις εἶναι [1.] τῶν ἐπιβαλλομένων ἑκάστῳ. ἐντεῦθεν ἤδη τῶν ἄλλων μερίδων, μοιρῶν ὠνομασμένων. Αἶσα δέ ἐστιν ἡ ἄϊστος καὶ ἄγνωστος αἰτία τῶν γινομένων. ἐμφαίνεται δὲ νῦν ἡ τῶν κατὰ μέρος ἀδηλία, ἢ ὡς οἱ πρεσβύτεροι, [2.] ἡ ἀεὶ οὖσα. Εἱμαρμένη δέ ἐστι, καθ᾽ ἣν [3.] μεμοίραται καὶ συνείληπται πάντα ἐν τάξει στοιχείου, μὴ ἔχοντος πέρας γινόμενα, ἅπερ ἡ πρώτη συλλαβὴ περιέχει, καθάπερ καὶ ἐν τῷ εἱρμῷ. Ἀνάγκη δέ ἐστιν, ἣν ἄξαι καὶ ἧς περιγενέσθαι οὐκ ἔστιν, ἢ ἐφ᾽ ἣν πάντα ἃ ἂν γένηται, τὴν ἀναγωγὴν λαμβάνει. Κατ᾽ ἄλλον δὲ τρόπον, τρεῖς μοῖραι παρεισάγονται, κατὰ τὸ τριττὸν τοῦ [4.] χρόνου. Καὶ Κλωθὼ μὲν

Jupiter aliâ ratione μοῖρα, id est parca dicitur: quòd eorum quæ cuilibet in vita accidunt, distributio & ordinatio in obscuro sit. Et à μερίδων, id est particulis, nempe earum rerum quæ nobis in vita occurrunt, μοῖραι, id est parcæ vocantur. Æsa est obscura & minus explorata causa eorum quæ nobis obveniunt. Per hoc autem nomen significatur, nos ea ignorare quæ singulatim nobis sint eventura. Sive Æsa, ut veterum sententia est, dicitur quasi, ἀεὶ οὖσα, id est semper existens. εἱμαρμένη, id est fatum, est sempiterna quædam & indeclinabilis rerum series, volvens semetipsa sese, atque implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta nexáque est, sicuti prima dictionis syllaba monere videtur: εἱμαρ, quasi εἱρμὸς, id est catena. Necessitas autem est, quã cogere aut superare nequimus: aut in quã, ceu causã, omnia quæ fiunt, referuntur. Aliâ ratione tres Parcæ introducuntur, nempe ut trinam temporis proprietatem denotent. Clotho

[1.] τῶν ἐπιβαλλόντων. MS.
[2.] Author lib. de Mundo. mox. 3. μεμοίραται καὶ συνειλ. π. ἐν τάξει καὶ στίχῳ μὴ ἔχοντι πέρας γιν. MS. Alex. Aphro. περὶ Εἱμαρ. p. 103.c.22. Stob. Ecl. Phys. p. 12. Ethec. p. ultimâ Eustath. p. 1200. Ed. Rom. item p. 1847.---Plutar. in Placitis Phil. sed videtur aliquid deesse---
[4.] τῶν χρόνων. Author Lib. de Mundo, c. ultimo.

ὠνό-

ὠνόμασαι [5.] μία, ἀπὸ τοῦ κλώσει ἔργων ἐοικέναι τὰ γινόμενα, ἄλλων ἄλλοις ἐμπιπτόντων. καθὸ καὶ [6.] νήθειν αὐτὴν οἱ πρεσβύτατοι διατυποῦσιν. Ἄλλην δὲ [7.] Λάχεσιν, ἀπὸ τοῦ τῇ κατὰ κλήρους λάξει τὰ ἀποδιδόμενα ἑκάστῳ προσεοικέναι.

Ἄτροπος δὲ ἡ τρίτη, διὰ τὸ ἀτρέπτως ἔχειν τὰ κατ᾽ αὐτὴν διατεταγμένα. Ἡ δ᾽ [8.] αὐτῶν δύναμις οἰκείως ἂν δόξαι τῶν τριῶν προσηγοριῶν τυγχάνειν. Αὕτη δέ ἐστι καὶ Ἀδράστεια, ἤτοι παρὰ τὸ ἄφυκτος καὶ ἀναπόδραστος εἶναι ὠνομασμένη. ἢ παρὰ τὸ ἀεὶ δρᾷν τὰ κατ᾽ αὐτὴν, ὡσανεὶ ἀειδράστεια οὖσα. ἢ τοῦ στερητικοῦ μορίου [9.] τὸ πολὺ ἐπιδηλοῦντος, ὡς ἄξυλος ὕλη. πολυδράστεια γάρ ἐστι. Νέμεσις δὲ, ἀπὸ τῆς νεμέσεως προσηγορεύθη. [10.] Ὄπις δὲ, ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπιθεν, καὶ ἀποτηρεῖν τὰ πραττόμενα ὑφ᾽ ἡμῶν, καὶ κολάζειν τὰ κολάσεως ἄξια.

prima appellari meruit, quod omnia quæ fiunt, filiorum ductioni similia sint, aliis succedentibus aliis. Hinc veteres Parcas nere tradiderunt, sub involucris. Alteram Lachesin nominant: nominis autem ratio est, quòd omnia quæ cuilibet in nativitatis primordio attributa sunt, quasi forte quâdam obveniant.

Tertia est Atropos, sic autem dicta est, quòd nullo modo ea perverti possint, quæ ab ipsa fuerunt dispositа & decreta. Ipsarum potentia, quam tenent, admodum propriè tres istas appellationes acquisivit. Eadem & Adrastia vocatur, ut quæ nullo modo vel evitari, vel declinari possit. Sive Adrastia nominatur, παρὰ ἀεὶ τὸ δρᾷν, id est quòd sine fine operetur, suóque officio fungatur, quasi semper in opere existens. Sive particula privativa α, nunc multitudinem significat, sicuti & in his verbis, ἄξυλος ὕλη, id est sylva arboribus plurimis consita. multa siquidem operatur. Appellatur Nemesis hæc eadem, ab indignatione. Opis nuncupatur ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπιθεν, id est quòd lateat nos à tergo esse, & observare quæ à nobis fiant, ut pœnas infligat iis facinoribus quæ pœnis digna sunt.

[5.] μία αὐτῶν MS. pro ἔργων. ἐρίων mallem.
[6.] νήθουσαν αὐτὴν πρεσβυτάτην. MS.
[7.] Λάχεσις δ᾽ ἄλλη MS.
[8.] ἡ δ᾽ αὐτὴ δὺν MS.
[9.] πλῆθος νῦν ἀποδηλ. MS.
[10.] Διαιρεῖ γὰρ τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ. Τύχη δὲ ἀπὸ τοῦ τεύχειν ἡμῖν τὰς περιστάσεις, καὶ τῶν συμπιπτόντων τοῖς ἀνθρώποις δημιουργὸς εἶναι---ὄπις δ. α. τοῦ λανθάνουσαν, καὶ ὡς παρακολουθοῦσαν ὄπιθεν καὶ παρατηροῦσαν τὰ πραττόμενα κολάζειν, MS. Contra fatum vide Euseb. 6. præp. & Sirenium.

ΠΕΡΙ' ΤΩ͂Ν ΜΟΥΣΩ͂Ν.

DE MUSIS.

ΛΕ'γεται δ' ἐκ Μνημοσύνης γεννῆσαι τὰς μούσας ὁ Ζεύς. ἐπειδὴ καὶ τῶν κατὰ παιδείαν μαθημάτων, εἰσηγητὴς ἐγένετο, ἃ δὴ καὶ ἐκ μελέτης καὶ κατοχῆς ἀναλαμβάνεσθαι πέφυκε, καὶ ὡς ἀναγκαιότατα πρὸς τὸ εὖ ζῆν ὄντα. καλοῦνται δὲ Μοῦσαι, ἀπὸ τῆς [11.] μώσεως, ὅ ἐστι ζητήσεως. καθὸ εἴρηται, [12.] μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς. ἐννέα δ' εἰσὶ, διὰ τὸ τετραγώνους, ὥς φησί τις, καὶ [13.] περὶ τοὺς προσήκοντας αὐταῖς ἀποτελεῖν. τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ τῶν ἐννέα ἀριθμὸς, συνιστάμενος κατὰ τὸ ἐφ' ἑαυτὸν [14.] γεννᾶσθαι, καὶ τὸ τοῦ πρώτου ἀπὸ τῆς τελειότητος κατά τινας μετέχειν δοκοῦν ἀριθμοῦ. λέγονται δὲ παρά τισι καὶ δύο μόνον εἶναι. παρ' οἷς δὲ τρεῖς, παρ' οἷς δὲ τέσσαρες, παρ' οἷς δὲ ἑπτά. τρεῖς μὲν, διὰ τὴν προειρημένην τῆς τριάδος τελειότητα.

VEterum monumenta perhibent, Jovem ex Memoria matre ſuſtuliſſe Muſas. Propterea autem hoc figmentum introductum eſt, quòd Jupiter primus diſciplinas, quæ perquam ſunt ad bene vivendum neceſſariæ, adinvenerit, quas non niſi aſſiduâ meditatione, & diligenti memoriâ aſſequi poſſumus. Muſæ hoc nomen adeptæ ſunt ἀπὸ τῆς μώσεως, id eſt inquiſitione: ſicut dicitur, μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς. hoc eſt, Mollia non requiras, nè dura tibi contingant. Sunt autem numero novem, quòd quadratos ſeu perfectos, ut quidam aiunt, eos qui cum ipſis converſantur, reddant. Talis enim eſt novenarius, ut qui conſiſtat ex ſemetipſo natus ſive productus, & videatur participare per quosdam numeros primum numerum propter ſuã perfectionem. Quidam aſſerunt duas eſſe ſolum Muſas, quidam conſtituunt tres, quidam ponunt quatuor, quidam volunt ſeptem ſolum eſſe. Tres eſſe dicuntur, aut propter præmemoratam ternarii perfectionem;

[11.] Plato in Cratylo.
[12.] ὦ πονηρὲ, μὴ τὰ--MS.
[13.] καὶ περιττοὺς τοὺς πρ. MS. hunc locum intelliges ex Plutarchi Symp. 8. c. 24. & ex Ztetze in Heſiod. proleg.
[14.] γεννᾶσθαι τὸν πρῶτον ἀπὸ μονάδος τελειότητος μετέχειν τινὸς δοκοῦντα ἀριθμὸν--MS. Enneas quoque perfecta eſt, quoniam ex triade perfectâ forma ejus perficitur. *Capella.*

ἢ διὰ τὸ τρία γένη σκεμμάτων εἶναι, δι' ὧν ὁ κατὰ φιλοσοφίαν λόγος συμπληροῦται. δύο δὲ, ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν τε καὶ πράττειν τὰ δέοντα, [1.] καὶ ἐν δυσὶ τούτοις συνίστασθαι τὸ πεπαιδεῦσθαι. τέσσαρες δὲ καὶ ἑπτὰ, τάχα διὰ τὰ παλαιὰ τῶν μουσικῶν [2.] ὀργάνων τοσούτους φθόγγους ἐσχηκέναι. θήλειαι δὲ παρήχθησαν, [3.] τῷ τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν παιδείαν, θηλυκὰ ὀνόματα ἐκ τύχης ἔχειν. [4.] πρὸς σύμβολον τοῦτο ἑδραιότατον, τοῦ τὴν πολυμάθειαν περιγίνεσθαι. ἔστι δ' εἰπεῖν καὶ διὰ τὸ γόνιμον; ὃ ψυχῆς διαγνώσει γίνεται. σύνεισι δὲ καὶ συγχορεύουσιν ἀλλήλαις πρὸς παράστασιν τοῦ τὰς ἀρετὰς ἀχωρίστους αὐτῶν καὶ [5.] διαζεύκτους εἶναι. περὶ τοὺς τῶν θεῶν δὲ ὕμνους καὶ τὴν θεραπείαν κατασχολοῦνται μάλιστα, ἐπειδὴ στοιχεῖον καὶ ἀρχὴ παιδείας ἐστὶ τὸ ἀφορᾶν πρὸς τὸ θεῖον. καὶ τοῦθ' ὑπόδειγμα τοῦ βίου ποιησαμένους, ἀνὰ στόμα ἔχειν δεῖ.

Ἄλλως δὲ, Κλειὼ μὲν μία τῶν μουσῶν ἐστιν, ἀπὸ τοῦ κλέους τυγχάνειν τοὺς πεπαιδευμένους, καὶ τοὺς ἑτέρους κλεΐζειν. Εὐτέρπη

aut, quòd tribus orationum generibus, totius philoſophiæ ſpeculatio abſolvatur. Duæ autem eſſe finguntur, propter vitam ſpeculativam & activam: aut, quòd in ſpeculatione & actione abſoluta diſciplina contineatur. Quatuor verò, aut ſeptem eſſe, quòd adſtruitur, nimirum indè fit, quòd veterum muſica inſtrumenta totidem ederent ſonos. Fœminæ eſſe perhibentur, quòd diſciplinæ & virtutes muliebria nomina ab ipſa fortuna acceperint, ut eruditionem oſtenderent eſſe poſſeſſionem ſtabiliſſimam, quam nihil excellere poſſit. Poſſumus & hanc cauſam reddere muliebrium nominum: nempe muliebria nomina amplecti Muſas propter animi fœcunditatem, quæ ex variâ & multâ cognitione paratur. Congrediuntur, ſimúlque vinctæ choros ducunt, ut oſtendatur, virtutes non poſſe ab ipſis ſeparari, aut ſejungi. Maximè autem circa hymnos, deorúmque cultum occupatæ ſunt. Quia diſciplinæ fundamentum certúmque principium eſt, ſemper reſpicere ad deum: & hunc vitæ exemplar conſtituentes, ſemper in ore habere oportet.

Cæterum Clio una è numero Muſarum eſt, ἀπὸ τοῦ κλέους, id eſt à gloria ſic dicta. Et quare? Quòd docti gloriam conſequantur, & etiam alios gloriâ illuſtrare poſſint. Euterpe dicitur,

[1.] ἐπιβάλλειν ἡμῖν. MS.
[2.] ὄργανα. MS.
[3.] τὸ καὶ τὰς ἀρ---MS.
[4.] σύμβολον τοῦ ἐνδομενείας καὶ ἑδραιότητος τῆς πολυμαθείας περιγίνεσθαι. σύνεισι δὲ--ſic MS.---l. τὴν πολυμάθειαν περι----Gyrald. in Syntagm. de Muſis nihilo meliorem codicem vidit----ἐνδομενία Heſych. eſt ἀποσκευή.
[5.] ἀδιαζεύκτους.

δὲ,

ἀπὸ τοῦ τὰς ὁμιλίας αὐτῶν εὐτερπεῖς καὶ εὐαγωγοὺς εἶναι. Θάλεια δὲ, ἤτοι διὰ τὸ θάλλειν [6.] τὸν βίον αὐτῶν, ἢ διὰ τὸ ἔχειν αὐτοὺς καὶ τὴν συμποτικὴν ἀρετὴν, [7.] ἐπαξίως καὶ ἐμμέσως ἀναστρεφομένους ἐν ταῖς θαλείαις. Μελπομένη δὲ, ἀπὸ τῆς μολπῆς καὶ τῆς γλυκείας [8.] φωνῆς μετὰ μέλους οὔσης. μέλπονται γὰρ οἱ ἀγαθοὶ [9.] ἀπὸ πάντων, καὶ μέλπουσι καὶ αὐτοὶ τοὺς θεοὺς, καὶ τοὺς περὶ αὐτῶν γεγονότας. Τερψιχόρη δὲ, διὰ τὸ τέρπεσθαι καὶ χαίρειν αὐτὴν τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ βίου. ἢ καὶ διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι παρέχειν τέρψιν τοῖς προσπελάζουσιν αὐτῇ, ἑνὸς στοιχείου πλεονάζοντος ἐν τῷ ὀνόματι. τάχα δὲ ἐπεὶ καὶ χοροὺς [10.] ἔστησαν οἱ παλαιοὶ τοῖς θεοῖς, συντεθέντων αὐτοῖς τὰς ᾠδὰς τῶν σοφωτέρων. Ἡ δ' Ἐρατὼ, ἤτοι πότερον ἀπὸ τοῦ ἔρωτος λαβοῦσα τὴν ὀνομασίαν τὴν περὶ πᾶν εἶδος [11.] φιλοσοφίαν παρίστησιν. ἢ τῆς περὶ τὸ ἔρεσθαι καὶ ἀποκρίνεσθαι δυνάμεως [12.] ἐπιστημός ἐστιν, ὡς διαλεκτικῶν ὄντων καὶ τῶν σπουδαίων. Πολύμνια δέ ἐστιν, ἡ πολυύμνητος ἀρετή. [13.] ἢ μᾶλλον, ἡ πολλοὺς ὑμνοῦσα, καὶ ὅσα περὶ τῶν προγενεστέρων ὑμνεῖται παρειληφυῖα,

Hinc arbitror ἐρευνὴν, id est scrutationem appellatam. Plures autem & varii amores feruntur propter amorum varietatem, & quòd per multos hujusmodi asseclas Venus, seu Venerea voluptas nobis erogetur. Cupido & ἵμερος, id est desiderabilis vocatur, ἀπὸ τοῦ ἵεσθαι, id est quòd incitetur, & φέρεσθαι, id est feratur ad fruitionem eorum qui sunt formâ bonâ & liberali. Aut hanc appellationem consequutus est propter mentis extensionem, ἀπὸ τοῦ ἀναμεμωρεῖσθαι, id est, quòd amatores stultescant & delirent; nec mentis amplius compotes sint. πόθος, id est desiderium nominatur, ad imitationem osculorum figendorum, unde nomen suum nactus est papa. Aut πόθος, sive desiderium dicitur Cupido, quòd amatores multa & in hunc modũ suos amores interrogent: unde veniant, & ubi fuerint. Quidam putant hinc universũ mundum esse amorem,

[3.] τὸ ἐρᾶν. MS. ζητεῖν Did. exponit. quod autem ἐρευνὴ & ἐρευνῶ hinc veniat testatur Eustat. ad illud H. ιλ. Ἀργείων ἐρέαν γνωσόμενος --ιλ. φ. ἵππους τὰς ἐρέων--- Ὀδυσσῆι συνέλυπτο——

[4.] l. τῶν ἐρώντων. Aphrod. φιλούντων ψυχαὶ εὐμετάβλητοι. & πολλοῖς ἔρωσιν ὁ αὐτὸς πολλάκις ὑποπίπτει. Moscho δ' ἐστὶ πτερωτὸς Ἔρως---mox ὀπαδὸν κεχορηγῆσθαι. MS.

[5.] ὀνομασμένος. & pro ὡς ἀναμεμωρ. MS. καὶ μεμωρῆσθαι. μεμωρωμένα, ἀναίσθητα. Hippocr. ἐκστάσεις lege.

† pro παππᾶς MS. παπᾶς. Syracusiorum vox.

[6.] Finxit quidem Orpheus ex Chao primùm Ortum Amorem. Aiunt Orphici τὴν τρίτην ἀρχὴν μετὰ τὰς δύο γεννηθῆναι (Sc. ὕδωρ καὶ γῆν) δράκοντα δὲ εἶναι --ἔχειν ἐπὶ τῶν ὤμων πτέρυγας, πρόσωπον δὲ θεοῦ, κεφαλὰς ταύρου καὶ λέοντος (hinc Platoni Amor πολυκέφαλον θηρίον) ὀνομάσθαι δὲ χρόνον ἀγήραον, καὶ Ἡρακλέα——συνεῖναι δὲ αὐτῷ τὴν ἀνάγκην, φύσιν οὖσαν, τὴν αὐτὴν καὶ Ἀδράστειαν ἀσώματον διωργυιωμένην ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην. Damascius περὶ ἀρχῶν ex Hieronymo & Hellanico. V. Athenagoræ Legat. pro καλὸν MS. l. σκαιόν τι.

εἶναι,

εἶναι, καλόν τε καὶ ἐπαφρόδιτον καὶ νεαρὸν ὄντα, καὶ πρεσβύτατον ἅμα πάντων, καὶ πολλῷ κεχρημένον πυρὶ, καὶ ταχεῖαν ὥσπερ ἀπὸ τῆς τοξείας, ἢ διὰ πτερῶν τὴν κίνησιν ποιούμενον.

pulchrum, venuſtum, recentem: ſimul etiam omnium antiquiſſimum, multo igne utentem, velocem, quaſi inſtar ſagittæ & avis volucris motum ſuum peragat.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ἌΤΛΑΝΤΟΣ.

DE ATLANTE.

ΤΟῦτον * δ' ἄλλως εἶναι καὶ Ἄτλαντα, καὶ ἀταλαιπώρως ἀποδιδόντα, τὰ κατὰ τοὺς ἐμπεριεχομένους ἐν αὐτῷ λόγους γιγνόμενα, καὶ οὕτω τὸν οὐρανὸν βαστάζοντα. ἔχειν δὲ κίονας μακρὰς, τὰς τῶν στοιχείων δυνάμεις. καθ' ἃς τὰ μὲν ἀνωφερῆ ἐστι, τὰ δὲ κατωφερῆ. ὑπὸ τούτων γὰρ διακρατεῖσθαι τὴν γῆν. ὁλοόφρονα δ' αὐτὸν εἰρῆσθαι, διὰ τὸ περὶ τῶν ὅλων φροντίζειν, καὶ προνοεῖσθαι τῆς πάντων αὐτοῦ μερῶν σωτηρίας. ἐκ δ' αὐτοῦ τὰς πλειάδας γεγονέναι, [7.] παρεισαμένους ὅτι τὰ ἄστρα πάντα πλείονα ὄντα ἐγέννησεν ἀστραίω

Hunc volunt dici Atlantem, quaſi ſine labore, & ἀταλαιπώρως, citra moleſtiam omnia ea perficiat & abſolvat, quorum ipſe naturaliter cauſa eſſe fertur. Non ſecus etiam cœlum ſuis humeris geſtare dicitur. Habere autem fingitur columnas longas, quæ ſanè elementorum potentiam & vires denotant, ſecundum quas quædam ſurſum, quædam verò deorſum tendunt. His enim lationibus duabus terra continetur. ὁλοόφρονα, eum vocant, ut qui de univerſa rerum natura ſeduló cogitet, ejúſque partium omnium ſalutem procuret. Eum eſſe Pleiadum patrem teſtantur, volentes indicare, quòd genuerit aſtra, quæ πλείονα, id eſt plurima ſunt. Eundem eum eſſe veteres pronunciarunt cum Aſtræo

* Τοῦτον lego.
[7.] παρεστᾶσιν MS. —— Ἀστραίῳ καὶ Θαύμαντι ὁ αὐτὸς ἦν. ità ferè MS. V. Apollod. pr. p. σχ. Hes. ad Πληιάδων Ἀτλαγενέων, σχ. ιλ. Σ. v. 486.

Τῷ

τε καὶ Ἀθάμαντι, ὅτι ὁ αὐτὸς ὤν. οὔτε γὰρ ἵσταται τὸ σύνολον [8.] ἀνηρέμητος ὑπάρχων, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα εὖ βεβηκέναι δοκεῖ. καὶ ἀπόλυτος εἶναι, καὶ θαυμασμὸν τοῖς ἐφεστῶσιν ἐπὶ τὴν διάταξιν αὐτοῦ, πολὺν ἐμποιεῖ.

& Athamante. cum Astræo, quòd non efficiat ut hoc universum subsistat, licet pulchro ordine moveri videatur, verùm quasi ἀνηρέμητος, id est irrequietus & quiescere nescius quispiam sit. cum Athamante autem idem esse creditur, quòd nulli corruptioni sit mundus obnoxius, veréque absolutus & perfectus, multámque θαυμασμὸν, id est admirationem iis ingeneret, qui decentem ipsius dispositionem considerare instituunt.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΟΣ.

DE PANE.

ΤΟιοῦτον εἶναι καὶ τὸν Πᾶνα, ἐπειδὴ [9.] τοῦ παντὸς ὁ αὐτός ἐστι. καὶ τὰ μὲν κάτω λάσια καὶ τραγώδη, διὰ τὸ τῆς γῆς τραχύτητα ἔχειν. τὰ δ᾽ ἄνω ἀνθρωπόμορφα, διὰ τὸ [10.] τὸν αἰθέρα τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ὃ δὴ λογικόν ἐστι. [11.] λάγνον δὲ καὶ ὀχευτὴν αὐτὸν παρεισάγουσι, διὰ τὸ πλῆθος [12.] ὧν περ σπερματικῶν λόγων εἴληφε,

TAlem quempiam & Pana esse non dubito: siquidem & ipse cum hoc universo idem est. Inferior pars hujus dei hispida est, & hircum refert, ad designandam asperitatem terræ. Superior autem pars similis est homini. nam æther, propterea quòd in ipso ratio sita sit, tenet totius mundi imperium. Lascivum & libidinosum eum fingunt, propter multas seminum causas,

[8.] deest fortè οὐρανός. MS. ἀνκρέματος---i. e. ἀνακρέμαστος. & mox διαβεβηκέναι--εὖ, lego οὐ, & nihil in scripto muto aliud. post δοκεῖ, καὶ---
[9.] τῷ παντὶ αὐτός ἐστι--MS. vide Verulamii *Sap. Vet.* Non malè hæc sequuntur; nam Orphici Panem διατάκτορα ὅλου τοῦ κόσμου faciunt. *Damascius.* quod & Amori tribuebant. v. Suidam in Πρίαπος.
[10.] τὸ ἐν τῷ αἰθέρι. MS. αἰγοπρόσωπος & τραγοσκελὴς, Herodoto.
[11.] λέγεται δὲ ὀχευτὴν αὐτὸν παρεισάγεσθαι. MS.
[12.] ὧν περ. videtur εἴληφε ante σπερματικῶν ponendum---

καὶ τὴν κατὰ σύμμιξιν ἐξ αὐτῶν γεγονομένων. ἐν ταῖς ἐρήμοις δὲ διατρίβειν, μάλιστα [13.] τὴν μονότητα αὐτοῦ διὰ τούτου παρισταμένους· εἷς γὰρ καὶ [14.] μονογενὴς ὁ κόσμος ἐστί. τὰς δὲ νύμφας διώκει, ἐπειδὴ χαίρει ταῖς ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεσιν, ὧν χωρὶς [1.] οὐδ' οἷον τὸ ὅλον ἐμφαίνειν. νεβρίδα δὲ ἢ πάρδαλιν αὐτὸν ἐνῆφθαι, διὰ τὴν ποικιλίαν τῶν [2.] ἄλλων καὶ τῶν ἄλλων χρωμάτων, ἃ θεωρεῖται ἐν αὐτῷ. [3.] συρτὸν δὲ εἶναι, τάχα μὲν διὰ τὸ ὑπὸ παντοίων ἀνέμων διαπνεῖσθαι. τάχα δ' ἐπεὶ τὴν [4.] ἐκμέλειαν ἀγροιοφανῆ καὶ αὐστηρὸν, ἀλλ' οὐ πρὸς ἔνδειξιν ἔχειν. τὸ δ' ἐν τοῖς ὄρεσιν αὐτὸν, καὶ τοῖς σπηλαίοις διαιτᾶσθαι, καὶ τὸ τῆς [5.] πίτυος στέμμα ἀπηκολούθησεν, ὄρειόν τι καὶ μεγαλοπρεπὲς ἔχοντος τοῦ φυτοῦ. ἔστι δὲ [6.] τὸ πανικὰς λέγεσθαι ταραχὰς τὰς ἀφνιδίους καὶ ἀλόγους. οὕτω γάρ πως καὶ αἱ ἀγέλαι, καὶ

& commixtiones quæ ex ipsis fiunt. In locis desertis eum morari tradunt, ut ejus unitatem ostendant. Mundus enim est unus, & unigenitus. Nymphas persequitur, siquidem gaudet exhalationibus, quæ ex humido prodeunt, sine quibus impossibile est ut mundus appareat. Indutus esse dicitur nebride, aut pelle pardi, tum propter pulchram rerum omnium varietatem, tum etiam propter colores qui in mundo cernuntur. συρτὸν eum appellant, sive quòd à ventis omnibus perfletur ἀπὸ τοῦ συρίττειν, id est à flando: sive quòd ad saltandi ritum sit minus aptus, & more rusticorum qui politiorem musam non degustârunt, subsultet; ἀπὸ τοῦ σκιρτᾶν, id est à saltando. Quòd autem plerunque in montibus & speluncis versatur, factum est ut coronam è pino arbore sortiretur. Hæc enim arbor montanum quippiam & magnificum habet. Nihil prohibet quin etiam Panicos tumultus dicamus, qui subito & sine ratione certâ exoriuntur. Sic enim interdum armenta &

[13.] Τῆς μονότητος —— παρισταμένης. MS.
[14.] Panem πρωτόγονον vocat Orpheus apud Damasc.
[1.] οὐδὲν τῶν ὅλων ἐκφαίνει. MS. l. οὐδὲν οἷον τῶν ὅλων ἐκφῆναι.
[2.] Τῶν ἄλλων —— MS. τῶν ἄστρων —— χρημάτων, an χρωμάτων? Orpheo ἀστροδίαιτος.
[3.] συρικτὴν MS.
[4.] MS. ἐμμέλειαν —— & ἐπίδειξιν. MS. Orph. Ἁρμονίαν κόσμοιο κρέκων φιλοπαίγμονι μολπῇ.
[5.] Πίτυος —— MS. Vide Anonymum περὶ Ἀπίστων.
[6.] πανικάς. V. Anonym. p. 103.

τὰ

τὰ αἰπόλια πτοεῖται, ψόφου τινὸς ἐξ ὕλης, ἢ τῶν [7.] ὑπάντρων καὶ φαραγγωδῶν τόπων ἀκούσαντα. οἰκείως δὲ καὶ τῶν ἀγελαίων θρεμμάτων ἐπίσκοπον ἐποιήσαντο, τάχα μὲν διὰ τοῦτο καὶ κεράστην καὶ διχηλὸν πλάττοντες, τάχα δὲ τὸ διπλοῦν τῶν ἐξεχόντων αὐτῷ ὤτων αἰνιττόμενοι. ἴσως δ' ἂν οὗτος καὶ [8.] ὁ Πρίαπος εἴη, καθ' ὃν πρόεισιν εἰς φῶς πάντα. [9.] τῶν ἀρχαίων δ' εἰσὶ δαιμόνων, καὶ ἁδρὸν αὐτὸν δι' ἃ ἐφρόνουν περὶ τῆς τοῦ κόσμου φύσεως παρεισάντων. ἐμφαίνει γοῦν τὸ μέγεθος τῶν αἰδοίων, τὴν πλεονάζουσαν ἐν τῷ αἰδοίῳ σπερματικὴν δύναμιν. ἡ δ' ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ [10.] πάγκαρπος, τὴν δαψίλειαν τῶν ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἐντὸς τοῦ κόλπου φυομένων, καὶ ἀναδεικνυμένων καρπῶν. παραδίδοται δὲ καὶ αὐτὸς φύλαξ τῶν τε κήπων, καὶ τῶν ἀμπέλων, ἐπειδὴ κατὰ τὸν γεννῶντά ἐστι καὶ τὸ σώζειν ἃ γεννᾷ, καὶ τοῦ Διὸς ἐντεῦθεν [11.] σωτῆρος εἶναι λεγομένου.

greges terrentur, dum ſonus quidam ſubitus è ſylva, aut ex antris, aut ex terræ voraginibus affertur. Rectè eum pecoris, quod gregatim paſcitur, cuſtodem fecerunt: nimirum quòd gregibus præſit. Fingitur Cornutus, & bifidos habere pedes, idem etiam aures ejus prominentes nimiùm indicant. Fuerit fortaſſis hic & Priapus, cujus vi omnia in lucem prorumpunt. Sunt autem ambo è numero antiquorum dæmonum, & Priapum fœcundum eſſe aſſeruerunt, propter ea quæ ſpeculatione naturæ, ſeu naturali deprehenderant. Magnitudo autem membri virilis, abundantem in eo membro ſeminalem materiam ſignificat. Omnigeni fructus quos ſinu gerit, indicant fructuum copiam qui intra terræ ſinum ſtatis temporibus & naſcuntur & oſtenduntur. Traditur eſſe hortorum & vinearum cuſtos: eſt enim generantis ea ſervare & tutari, quæ genuerit. Hâc de cauſâ eum Jovis ſervatoris prolem eſſe quidam confirmârunt.

[7.] pro ὑπάντρων MS. l. πετρώων. ἄντρον βαθὺ Pani dicabant. M. Tyrius Orat. 38.

[8.] Priapus dicitur Orphicis Theologis ἠερικεπαῖος, ità etiam & Πάν. Damaſcius. V. Suidam in ἠερικεπαῖος & Heſych. & Macrobium. item Suidam in Πρίαπος---פרא אב Onagri pater, v. Voſ. Idol. 1. 2. c. 7.

[9.] πάντα τῶν ἀρχαίων δ' ἐστὶ δαιμόνων, καὶ ἁδρὸς διαπετὴς, ἃ---ſic MS. f. ἁδρὸν αὐτὸν καὶ διαπετῆ δι' ἃ ἐφρ. ἁδρὸς fructus, διαπετὴς apertionem pororum ſpectat, quorum utrunque ſequitur. πολύσπορος, Orpheo. V. Pig. Menſ. Iſaic. p. 91.

[10.] Παγκαρπία. MS. an ergo פרי אב fructuum pater, Priapus?

[11.] Σωτῆρος υἱὸς εἶναι λέγεται legit Ger. Voſſius. & pro πολύφωνον πολύφορον MS.

καὶ τὸ μὲν πολύφωνον καὶ καθαρὸν αἱ ἄμπελοι παριστῶσι. μάλιστα δὲ τὸ ποικίλον, καὶ τὸ ἐπιτερπὲς, καὶ ῥᾳδίαν τὴν φύσιν ποιούμενον οἱ κῆποι. τοιαύτην ὡς ἐπίπαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐσθῆτα ἔχοντος. δρέπανον δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ προτείνει, πότερον ἐπεὶ τούτῳ χρῶνται πρὸς τὴν κάθαρσιν τῶν ἀμπέλων. ἢ ἐπεὶ κατὰ τὸν τηροῦντά τί ἐστι [12.] καὶ καθωπλίσαι πρὸς ἀσφάλειαν αὐτοῦ, ἢ ὡς τοιαύτης δυνάμεως μετὰ τὸ ἐνεγκεῖν τὰ ὄντα, ἐκτεμνούσης αὐτὰ, καὶ διαφθειρούσης. ἀγαθὸς δὲ δαίμων, ἤτοι πάλιν ὁ κόσμος ἐστὶ βρίθων καὶ αὐτὸς τοῖς καρποῖς, ἢ ὁ προεστὼς αὐτοῦ λόγος, καθ' ὅσον δεῖται καὶ διαμερίζει τὸ ἐπιβάλλον, ἀγαθὸς διαιρέτης ὑπάρχων. [13.] τεχνίτης δὲ καὶ σωτὴρ τῶν οἰκείων ἐστὶ, τὸ σώζειν καλῶς τὸν ἴδιον οἶκον, καὶ ὑπόδειγμα παρέχειν ἑαυτὸν καὶ τοῖς ἄλλοις. τὸ δὲ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, οἰκεῖον αὐτοῦ [14.] φρόνημά ἐστιν. ἐν ᾧ ἅμα πάντα [15.] διώκει τὰ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς φυόμενα,

Fertilitatis & mundiciei indicium ſunt vineæ: varietatem autem & delectationem, & facilem generationem horti denotant: in primis tamen, cùm plerunque tali veſte Priapus ſit amictus. Falcem manu gerit, cujus uſus eſt in amputandis vitibus. Falx autem indicat, ejuſdem eſſe potentiæ aliqua producere, eadem producta denuò exſcindere & perdere. Inſinuatur quoque per falcem ejus, eſſe qui quid cuſtodiat, ut ſe armis accingat ad cautiorem ejus cuſtodiam. Bonus eſſe dæmon fingitur: & mundus forſan is bonus dæmon eſt, qui riget, & fremit fructuum decorâ fertilitate. Aut bonus ille dæmon eſt anima mundi, quæ hoc univerſum gubernat, & cuilibet neceſſaria diſtribuit, & dividit, quaſi bonus ſit Jupiter diſtributor & diviſor. Artifex autem, & domeſticorum ſervator perhibetur ideo, quòd honeſtè domum ſuam regat & ſervet, ſéque ipſum ut exemplum, quod imitentur, reliquis præbeat. Copiæ cornu, quod propriam demonſtrat ejus prudentiam, ſignificat eum omnia adminiſtrare, ut ſtatis temporibus quæque proveniant:

[12.] Lege τί ἐστι καὶ καθωπλίσθαι. quod ad falcem, Virgilius-- 4. Georg.
Et cuſtos furum, atque avium, cum *falce* ſalignâ
Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi--.
Baal-Zephon furium cuſtos & ſpeculator. pingebantur Satyri (& Pan) manu obumbrantes frontem, ἀποσκοποῦντες ideo dicti Plinio, & Heſychio in ὑπόσκοπον & σκιαδυμένιον.

[13.] pro τεχνίτης MS. l. προστάτης—καλῶς περιϊστάμενος τοῦ ἰδίου οἴκου—τύπος τοῦ ποιμνίου. Pe. & Pa.

[14.] φόρημα. Ger. Voſſ. Idol.

[15.] διώκει—lege ἀλδήσκει cum MS. beata pleno copia cornu—fortè διοικεῖ id eſt, Pan———

ἀλλ'

ἀλλ᾽ οὐ περὶ ἕν τι αὐτὸν γιγνόμενον. περὶ πολλὰ δ᾽ ἀθρόως καὶ [16.] ποικιλίᾳ ἐμπεριόδως ἀμαλδύνει. ἢ πάλιν κεραΐζει πάντα, διὰ τὴν γινομένην ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸ πονεῖν προτροπήν, ὡς τῶν ἀγαθῶν τοῖς μὴ μαλακιζομένοις προσγινομένων.

& ejus diligentiam non ad unum aliquod solum porrigi, verùm ad omnia protendi, & suo ambitu quàm plurima & jucundâ varietate respersa copiosè & confertim suppeditet: & ea denuò depopuletur, ut ad laborandum iterum convertat homines, quasi laborantes & non ociantes bona consequantur.

ΠΕΡΙ͂ ΤΗ͂Σ ΔΉΜΗΤΡΟΣ, ΚΑΙ͂ ΤΗ͂Σ ἙΣΤΙ͂ΑΣ.

DE CERERE ET VESTA.

Ἑξῆς δὲ περὶ τῆς Δήμητρος καὶ Ἑστίας ὦ παῖ λεκτέον. ἑκατέρα δ᾽ ἔοικεν οὐχ ἑτέρα τῆς [1.] γῆς εἶναι. ταύτην μὲν γὰρ διὰ τὸ ἑστάναι διὰ παντὸς, Ἑστίαν προσηγόρευσαν οἱ παλαιοί.. ἢ διὰ τὸ ἐπ᾽ αὐτῆς ὡσανεὶ ἐπὶ θεμελίου τὸν ὅλον ἑστάναι κόσμον. διὰ δὲ τὸ μητρὸς τρόπον φύειν τε καὶ τρέφειν πάντα,

COnsequenter (ô puer) & de Cerere & Vestâ verba fundenda sunt. Utraque autem non videtur alia à terra esse. Hanc enim διὰ τὸ ἑστάναι, id est quod ster toto conserta, Ἑστίαν, id est Vestam veteres dixêre: aut quòd ipsi innitatur & insistat, tanquam in fundamento quodam universus mundus. Illâ autem, quòd instar matris pariat & enutriat omnia

[16.] καὶ ποικίλλει, καὶ ἐμπεριόδως ἀμαλδύνει ἢ πάλιν φθείρει, κεραΐζει πάντα, ἢ διὰ——MS. lego—γιγνόμενον [ἐμφαίνει] ἀλλὰ περὶ πολλὰ ἀθρόως. καὶ γὰρ ποικίλλει, καὶ ἐμπεριόδως ἀμαλδύνει ἢ πάλιν φθείρει καὶ κεραΐζει πάντα διὰ τὴν γιγ——

[1.] *Vesta* eadem est & Terra, subest vigit ignis utrique. *Ovid.*
&, Stat vi Terra suâ, vi stando *Vesta* vocatur. Idem.

Δήμητραν, οἱονεὶ [2.] γῆς μήτεραν οὖσαν. ἢ Διὸς μητέρα, τὸ καὶ αὐτὸς τὰ ἐπ' αὐτοῖς ἀφθόνως ἐφιέναι τοῖς ἀνθρώποις, διαιτεῖσθαι καὶ δαίνυσθαι. ἢ ἐπ' αὐτοῖς δήειν, ὅ ἐστιν εὑρίσκειν, ἃ μάλιστα ἐπιζητοῦσι. Παρεισάγεται δ' ἡμῖν Ἑστία παρθένος, διὰ τὸ τὴν ἀεικινησίαν μηδενὸς εἶναι γεννητικὴν, καὶ τούτου χάριν ὑπὸ [3.] παρθένου νεωκορεῖται. ἡ δὲ Δημήτηρ οὐκ ἔτι, ἀλλὰ τὴν Κόρην [4.] τετοκυῖα, οἷον τὸν κόρον, ἢ πρὸς τὸ τρέφεσθαι μέχρι κόρου ὕλη. τὸ δ' [5.] ἀεὶ ζῶον πῦρ ἀποδίδοται τῇ Ἑστίᾳ, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν δοκεῖν εἶναι ὄν. τάχα δ'

Δήμητραν nominârunt, quasi sit matrix terræ, aut Jovis mater. Siquidem quæcunque fundit alma humus, ea Jovis beneficio nostra sunt, ut indè comedamus & convivemur. Aut quòd in terrá δήειν, id est invenire possimus, quæ vel maximè exquirimus. Vestam esse virginem docemur. Quare autem hoc? Ut sciamus per istam Vestæ virginitatem portendi, motum perpetuum & continuum nihil generare. & ideo à virgine sacerdote custoditur & colitur. Ceres autem nequaquam sterilis esse scribitur. peperit enim Coren, quasi Κόρον, id est saturitatem: quæ sanè materia est, quâ nutrimur, & satiamur ad saturitatem usque. Ignis autem perpetuus Vestæ dicatus est, quòd videatur plurimis & ipsam esse ens. nimirum

[2.] γῆν μητέρα οὖσαν, ἢ Διὸς μητέρα, τῷ καὶ αὐτὴν καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς ἀφθόνως ἐφεῖσθαι MS. mox ἢ ἐπ' αὐτῆς δήειν. idem. & pro ἀεικινησίαν lege ἀκινησίαν——Plutar. *Numâ*, τὸ ἄκαρπον καὶ ἄγονον τῇ παρθενίᾳ συνοικειοῦντος, Sc. Numæ accommodantis, appropriantis. ἀεικινησία tribuitur quidem *igni*. sed ignis multa generat. ut mox sequitur, αἴτιον τοῦ ζῆν τὸ πυρῶδες. Plato in Theæteto, πῦρ τἆλλα γεννᾷ καὶ ἐπιτροπεύει. &— εἰσὶ πάντα ἑνὸς πυρὸς ἐκγεγαῶτα, Zoroaster. χ. Hes. p. 146. β. πᾶν τὸ κινούμενον ὑπό τι ἀκίνητον κινεῖται——idem hîc legebat Διὸς μητὴρ οὖσα, πάντα γὰρ ἐκ γῆς περιέρχεται.

[3.] παρθένων MS. nam erant apud Romanos sex Vestales, cùm essent paucissimæ; crevit postea numerus.

[4.] τετοκυῖα τῇ πρὸς τὸ τρέφεσθαι μ. κ. ὕλῃ. MS. Lil. Gyr. malo hîc usus est exemplari.

[5.] ἀείζωον MS. Heraclito mundus ἀείζωον πῦρ. est autem Ἑστία *publicus focus*, qualis apud Persas, Ægyptios, Græcos, Romanos. σχ. Æschyli, πόλεων Ἑστίαι ἐν τοῖς πρυτανείοις ἀφίδρυνται. Esaæ 31. v. 9. ὃς ἔχει οἰκείους ἐν Ἱερουσαλήμ. alii vertunt κλίβανον. quare pro οἰκείους mallem legere οἰκίαν ut propius ad Ἑστίαν accedamus; etiam numerus in Hebræo singularis. Plato legg. 12. Ἑστία οἰκήσεως, & in Phædro μένει Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη.] f. maluere pro Ἑστίᾳ Interpretes ponere οἰκίαν, sed dictio φῶς præcedens aliquatenus ad hanc significationem limitat τὸ תנור. v. D. *Cudworthium* de Euchar. c. 6. pro δοκεῖν εἶναι ὄν, f. εἶναι θεόν. nam *Halicarn.* Ἑστίᾳ ἀνάκειται τὸ πῦρ, ὅτι γῆ τε οὖσα ἡ θεός. V. Porph. Zetem.

ἐπεὶ

ἐπεὶ τὰ πυρὰ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἐντεῦθεν τρέφεται, καὶ διὰ ταύτην ὑφέστηκεν. ἢ ἐπεὶ ζείδωρος [6.] ἄρουρά ἐστι, καὶ ζώων μήτηρ, ἧς ἐστιν αἴτιον τοῦ ζῆν τὸ πυρῶδες. [7.] στρογγύλως δὲ πλάττεται, καὶ κατὰ μέσους ἵδρυται τοὺς ὤμους, διὰ τὸ καὶ τὴν γῆν τοιαύτην εἶναι, καὶ οὕτως ἱδρύεσθαι συμπεπιλημένην. ὅθεν κατὰ μίμησιν, γῆ τε καὶ χθὼν προσηγορεύεται. τάχα δὲ ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι ἡ γῆ, ἤτοι χωρεῖν πάντα, οὕτως ἐκλήθη. ὡς εἴρηται τὸ, [8.]

οὐδὸς ἀμφοτέρων ὅδε χείσεται.

μυθεύεται δὲ πρώτη καὶ ἐσχάτη γενέσθαι, τῷ εἰς [9.] ταύτην ἀναλύεσθαι τὰ ἀπ' αὐτῆς γιγνόμενα, καὶ ἐξ αὐτῆς συνίστασθαι. καθὸ καὶ ταῖς θυσίαις, οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῆς [10.] πρώτης τε αὐτῆς ἤρχοντο, καὶ εἰς ἐσχάτην αὐτὴν κατέπαυον. στέμματα δ' αὐτῇ λευκὰ περίκειται, τῷ στέφεσθαι καὶ [11.] καλύπτεσθαι πανταχόθεν αὐτὴν ὑπὸ τοῦ λευκοτάτου στοιχείου. ἡ μέντοι Δημήτηρ

ignis iſte perpetuus Veſtæ conſecratus oſtendit, ipſam eſſe cauſam ejus ignis qui in mundo eſt, quaſi ejus vi exortus ſit. Eſt & alia cauſa perpetui ignis, nempe quòd terra fœcunda mater ſit animalium omnium, & ſuam vitam ab igne habeat. Forma Veſtæ, ſicuti picturæ indicant, rotunda eſt, & per medios collocatur humeros: ſiquidem & terra rotunda eſt, & in hunc modum conglobata ponitur. Unde terra, quaſi per imitationem, χθὼν dicta eſt, nimirum ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, id eſt à fundendo: aut ἀπὸ τοῦ χωρεῖν, quod capiat omnia. juxta id quod traditum eſt,

οὐδὸς ἀμφοτέρων ὅδε χείσεται.

Utroſque hoc limen capiet.

Fabulantur autem eam primam & noviſſimam eſſe factam: quia in eam à ſe facta reſolvuntur, & denuò fiunt reſoluta per ipſam. Hinc Græci ab ipſa ſacrificandi initium fecêre, & eadem ſacrificiorum fuit finis. Coronas ei albas imponunt. Cauſa eſt, quòd undique ab albiſſimo & candidiſſimo elemento cingatur & contegatur. Ceres autem,

[6.] deeſt ἄρουρα MS. qui etiam mox, οἷς ἐστιν αἴτιον.

[7.] στρογγύλη—& κατὰ μέσους τοὺς οἴκους ἵδρυται. V. Palæph. p. 57. n. 5. Pind. σχ. N Od. XI. f. hîc erat in textu βωμοὺς, quod poſſit ex σχ. Æſchyli ad *Suppl.* confirmari, ubi βωμὸς καὶ Ἑστία χθονός

[8.] οὐδὸς δ' ἀμφ. ο. ὅδε χείσεται. Odyſſ. Σ. v. 17. ubi σχ. χωρήσει——

[9.] Timæus Locrus, de mundo loquens--ἑαυτῷ τροφὰν τὰν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχων——

[10.] V. proverbium ἀφ' Ἑστίας apud Porphyrium 2. περὶ ἀποχ. *Zenob.* & *Heſych.* & *Euſtath.* Odyſſ. H.

[11.] Cererem cum *velo* albo & *ſpicâ* exhibet Seguini *nummus* p. 22. Supplices ad eam confugientes ſedebant συγκεκαλυμμένοι ἐπὶ τῆς Ἑστίας (σχ. ιλ. ω. legit οἰκίας)—v. Palæph. p. 57.

κατὰ τὸ ἀναδοτικὸν τῶν σπερμάτων εἰδοποιουμένη, πάνυ οἰκείως εἰσάγεται στάχυσιν ἐστεφανωμένη. τοῦτο γὰρ ἀναγκαιότατον ὂν [12.] κεχείρησται τοῖς ἀνθρώποις ἡ ἥμερος τροφή ἐστι. ταύτην δὲ μυθεύεται σπεῖραι διὰ τῆς οἰκουμένης ὁ Τριπτόλεμος ὁ Ἐλευσίνιος, ἀναβιβάσης αὐτὸν ἐπὶ πτερωτῶν δρακόντων ὄχημα τῆς Δημήτερος. ἔοικε γὰρ * πρῶτόν τις τῶν παλαιῶν διαδραμεῖν, καὶ συνιέναι θεοῦ τινος ἐπὶ μετεωροτέραν ἐπίνοιαν ἀναβιβάσαντος, τὸν μεταχειρισμὸν τῆς κριθῆς, ὃν τρόπον κρινομένη καὶ διατριβομένη διὰ τοῦ εἰς τὸν ἀέρα ἀναρριπτεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἀχύρων. ὅθεν καὶ [13.] κριὸς ἐπιτηδείως ἔχει πρὸς τὴν σποράν. ἐντεῦθεν δὲ τὴν ὀνομασίαν εἴληφεν ὁ τρίψας τὰς [14.] οὐλάς. οὐλαὶ δὲ λέγονται αἱ κριθαί. Ἐλευσὶς δὲ ὁ τόπος, ὅπου πρότερον εὑρέθησαν. καὶ ἡ Δημήτηρ Ἐλευσινία, ἀπὸ τῆς αὐτόθι πρῶτον εὑρέσεως γενομένης τοῖς ἀνθρώποις εἰς [15.] οὐράνιον βίον ὄντως. ἁρπάσαι δ' ὁ Ἅδης τὴν θυγατέρα τῆς

quandoquidem traditur ſegetem proferre, admodum propriè coronam ariſtis gravem gerit. Eſt enim perquam neceſſarius homini victus cicuratus, & non belluinus. Frumentum autem eſt ille cibus, qui præ reliquis animalibus homini datus eſt. Triptolemus verò Eleuſinus fertur per univerſum orbem diſſeminâſſe frumentum, cùm veheretur à curru Cereris, quem volantes ſerpentes trahebant. Videtur enim hic primus è numero antiquorum, omnia perluſtrâſſe: & cum Deus largiore ſcientiâ eum imbuiſſet, intellexiſſe tandem quo pacto cum hordeo ſit agendum, ut à paleis ſit ſeparandum, & ut ſit terendum. Hinc & κριὸς ad ſeminationem idoneus eſſe perhibetur. Hinc quoque nomen accepit is, qui terit οὐλάς. οὐλαὶ autem dictio, ſi eam interpreteris, hordeum ſignificat. Eleuſis autem locus eſt, ubi hordei uſus primò eſt repertus. Ceres etiam nomen à loco traxit, ut dicatur Eleuſinia, quaſi iſtic planè inventus ſit cibus homini conveniens, qui ſanè reverâ beatæ vitæ hominibus cauſa eſt. Pluto traditur Proſerpinam Cereris filiā rapuiſſe. [16.] Δημήτερος ἐμυθεύθη,

[12.] κεχάρισται τοῖς ἀνθρώποις MS.
* πρῶτός τις τῶν παλ. MS. & pro διαδραμεῖν δρακεῖν, idem.
[13.] κριθὴ ἐπιτηδείως. MS. videtur aliquid deeſſe poſt ἀχύρων.
[14.] οὐλαὶ—MS. & Gyrald. ſcribunt οὖλαι v. σχ. Hom. ιλ. α. v. 449.
[15.] εἰς ἀνθρώπινον βίον, MS. Theophraſtus l. περὶ εὑρημάτων, (Sch. ιλ. α. v. 449.) & σχ. ιλ. Σ. v. 491. hoc teſtantur.
[16.] Raptum Proſerpinæ exhibet *Seguini* num. p. 22.

διὰ τὸν γινόμενον ἐπὶ χρόνον τινὰ τῶν σπερμάτων κατὰ γῆς ἀφανισμόν. προσεπλάσθη δ' ἡ κατήφεια [17.] τῆς Δηοῦς καὶ ἡ διὰ τοῦ κόσμου ζήτησις. Τοιοῦτον γάρ τι καὶ παρ' Αἰγυπτίοις, ὁ ζητούμενος καὶ ἀνευρισκόμενος [1.] ἀφανισμὸς ἀπὸ τῆς Ἴσιδος, Ὄσιρις ἐμφαίνει. ὅπερ ἀνὰ μέρος παρ' ἓξ μῆνας, ὑπὲρ γῆν τε καὶ ὑπὸ γῆν γινόμενος Ἄδωνις, ἀπὸ τοῦ ἁδεῖν τοῖς ἀνθρώποις, οὕτως ὠνομασμένος τοῦ δημητριακοῦ καρποῦ. ὗς δὲ πλήξας προσαναιρεῖν λέγεται, διὰ τὸ τὰς ὗς δοκεῖν ληϊβότειρας εἶναι. ἢ τὸν τῆς ὕνεως ὀδόντα αἰνιττομένων αὐτῶν, ὑφ' οὗ κατὰ γῆς [2.] κρύπτει τὸ σπέρμα. διατετάχθαι δὲ ὧδε παρά τε τῇ Ἀφροδίτῃ, τὸν ἴσον χρόνον μένειν τὸν Ἄδωνιν, καὶ παρὰ [3.] τῇ Περσεφόνῃ, δι' ἣν εἴπομεν αἰτίαν. ἐκάλεσαν δὲ Περσεφόνην τὴν τῆς Δήμητρος θυγατέρα, διὰ τὸ ἐπίπονον εἶναι καὶ πόνων οἰστικὴν ἐργασίαν, ἢ τὴν ἐκ [4.] πάντων ὑπομονῆς

Hujus figmenti causa est, quòd semina Cerealia ad tempus aliquod terrâ oculantur. Addita est & Cereris taciturnitas, & inquisitio filiæ per totum orbem. Hinc fabulæ non dissimile est illud Ægypti, nempe inquisitus Osyris ab Iside, & tandem repertus. Cui respondet Adonis, quòd quotannis sex mensibus in terra lateat, & sex mensibus appareat. sic dictus ἀπὸ τοῦ ἁδεῖν, id est quòd nos satiet Cereali cibo. Dicitur & porcos interfecisse, quia istud animal segetem depascere & vastare consueverit. Aut istud animal designat dentem vomeris, cujus ope sulcis semina condere solent agricolæ. Aiunt autem Adonis vitam ità esse ordinatam, ut ex æquo nunc convivat Veneri, nunc Proserpinæ: quâ ratione verò id fiat, supra in ratione seminis explanavimus. Proserpinam quidam nuncupaverunt sororem Cereris. Hujus appellationis causa est, quòd sit laboriosa, & labores quoslibet fortiter tolerare possit: aut quòd omnia strenuè perferat.

[17.] Τῆς θεοῦ—MS.

[1.] ἀφανισμὸς deest. post ἐμφαίνει sequitur in eodem MS. καὶ παρὰ Φοίνιξιν ὁ ἀνὰ μέρος—& infra τὸν Δημητριακὸν καρπόν; puto οὕτως ὠνομασμένος trajicienda esse post καρπὸν—V. G. Voss. Idol. l. 2. c. 4. lib. 9. c. 10.

[2.] κρύπτεται MS.

[3.] Bion Epitap. *Adon.* Λάμβανε Περσεφόνα τὸν ἐμὸν πόσιν—de Venere. V. Theocrit. *Syrac.* v. 103.

[4.] ἐκ πόνων ὑπομονὴν φ. MS. V. Gyral. Synt. 6. *Etym.* est φέρουσα τὸν φόνον—πρὸς ἣν ἀποφέρονται οἱ φονευόμενοι. AXiokersa idem significat & Isis πανδεχής. Barbaram hanc vocem Græci in molliorem formârunt. Ἀχερὰ Hesychio γῆ; & Ἀχερουσιὰς λίμνη (ubi descensus Averni) & Acheron. V. Bochartum lib. 1. c. 12. Geogr.

φέρεσθαι. νηστεύουσι δὲ εἰς τιμὴν τῆς Δήμητρος ἢ [5.] γεραίροντες αὐτὴν ἰδίῳ τρόπῳ τινὶ ἀπ' αὐτῆς, ἢ διὰ τὸ πρὸς μίαν ἡμέραν ἀπέχεσθαι τῶν δεδομένων αὐτοῖς ὑπ' αὐτῆς, ἢ κατ' εὐλάβειαν ἐνδείας περὶ τῆς θεοῦ ποτε γινομένης. ἐπειδὴ δὲ ἔσπειρον, ἀφῄρουν ἀπὸ τῶν ἰδίων χρεῶν, καθὸ καὶ περὶ τὸν τοῦ σπόρου καιρὸν αὐτῆς ἄγουσι τὴν ἑορτήν. περὶ δὲ τὸ ἔαρ Δημήτρει χλόην θύουσι, μετὰ παιδιᾶς καὶ χαρᾶς. ἰδόντες χλοάζοντα, [6.] καὶ ἀφθονίας αὐτοῖς ἐλπίδα ὑποδεικνύοντα. [7.] ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὁ Πλοῦτος τῆς Δήμητρος εἶναι υἱός. καλῶς γὰρ εἴρηται τό,

Σίτου καὶ κριθῆς, ὦ νήπιε,
πλοῦτος ἄριστος.

Καὶ ἐναντίον πως ἐστὶ τῷ λιμώττειν τὸ πλουσιάζεσθαι. εἰς ὃ καὶ ἀποβλέπων Ἡσίοδός φησιν,

Ἐργάζευ Πέρση δῖον γένος,
ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ' [8.]
εὐστέφανος Δημήτηρ.

Θύουσι δ' ὗς ἐγκύμονας Δημήτρει, πάνυ οἰκείως. τὸ

In ejus honorem ſolent homines ſibi jejunium imperare, aut quòd eam jejuniis honorent ritu quodam quem ipſa dictârit: aut quòd velint abſtinere diurno temporis ſpatio à muneribus, quæ à Cerere acceperint: aut caveant, ſive evitent annonæ caritatem, quam quondam immittente Cerere, graviter experti ſunt. Ubi primùm autem terram cultu repetierunt, ſeménque ſparſerunt, pars debitorum, quæ ſibi tempore famis contraxerant, abolita eſt. Quapropter eo tempore, quo ſementem homines faciunt, eam colere ſolent. Verno autem tempore, Cereri ceſpitem & herbas ſacrificant, multis cum jocis & gaudiis, cernentes omnia vireſcere, & magnam fertilitatis ſpem præbere. Hinc Pluto, id eſt divitiæ, Cereris filius eſſe putatur. Bene namque dictum eſt,

Inter divitias rerum pars optima, ſtulte,
Hordea ſunt, & farra

Et ſanè quodammodo laborare inopiâ earum rerum quæ ad victum pertinent, contrarium eſt divitiis, ad quod reſpiciens Heſiodus, ſic canit:

Sis operi intentus Perſa, quo dira fames te
Oderit, atque Ceres deamet redimita coronis.

Immolant autem Cereri admodum convenienter ſues prægnantes,

[5.] οἱ γέροντες αὐτῆς ι. τ. τ. ἀπ' ἀρχῆς MS. mox χρεῶν deeſt.
[6.] Sophocli, εὔχλοος Δημήτηρ. Virgil. 1. *Georg.*
Sacra refer Cereri, lætis operatus in *herbis.*
[7.] ὑποδεικνύοντα MS. poſt υἱὸς videtur λέγεται abeſſe. & à σῖτος dicitur Ceres Σιτώ. V. σχ. Od. E. v. 125.
[8.] Pro εὐστέφανος MS. εὐπλόκαμος ——

πολύ-

πολύγονον καὶ εὐσύλληπτον καὶ τελεσφόρον παριστάντες. ἀνατιθέασι δ' αὐτῇ καὶ τὰς [9.] μήκωνας, κατὰ τὸν λόγον. τό, τε γὰρ στρογγύλον καὶ περιφερὲς αὐτῶν παρίστησι τὸ σχῆμα τῆς γῆς, σφαιροειδοῦς οὔσης. ἥ, τε ἀνωμαλία τὰς κοιλότητας καὶ τὰς ἐξοχὰς τῶν ὀρῶν. τὰ δ' ἐντὸς, τοῖς δενδρώδεσι καὶ ὑπονόμοις ἔοικε. σπέρματά τε ἀναρίθμητα γινῶσιν [10.] ἡ γῆ. διὰ δὲ τὴν ἀφθονίαν τῶν σιτηρῶν ἐπαύσαντο δυσφόρητον καὶ ἀμφιδήριστον τὴν τροφὴν ἔχοντες, ὅθεν καὶ συντιθέμενοί τινα πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν κατὰ τὰ ἠλλοτριωμένα μέτρων, καὶ διανεμόμενοι τὰ γινόμενα. δικαίως δὲ ἀρχηγὸν ἔλεγον νόμων καὶ θεσμῶν τὴν Δήμητρα αὐτοῖς γεγονέναι. ἐντεῦθεν καὶ [11.] θεσμοθέτιν αὐτὴν προσηγόρευσαν, οἷον νομοθέτιν οὖσαν. οὐκ ὀρθῶς τινῶν ὑπολαβόντων, εἰρῆσθαι ἀπὸ τοῦ τὸν καρπὸν ἀποτίθεσθαι καὶ θησαυρίζειν.

propter terræ fertilitatem, & facilem conceptum, & absolutam maturitatem. Offertur Cereri etiam papaver. Ratio autem oblationis est talis. Papaveris rotunditas & globus, terræ formam, quæ sphærica est, repræsentat. Papaveris autem inæqualitas, indicat terræ valles, & montium cacumina. Interiora autem papaveris, similia sunt arboribus & cavernis terræ. Per semina innumerabilia terræ fœcundam generationem intellige. Propter terræ fertilitatem cessarunt mortales dubia & minus sufficientia alimenta habere. Hinc etiam quædam seponunt, ut famem antevertant, & recenti frumento vescuntur. Justè sanè quidam Cererem juris authorem, legúmque conditricem dixerunt. Quapropter eam θεσμοθέτην, quasi legumlatricem nuncupant, cùm quidam non rectè hanc nominis etymologiam ἀπὸ τοῦ ἀποτίθεσθαι, id est quasi frumenta seponat, deducant.

[9.] *μήκωνας & Spicam* cum Cicere repræsentat *Seguini* nummus p. 23. mox pro δενδρώδεσι, MS. ἀντρώδεσι quod rectius. Orpheus Terram Ἀτθίδος ἄντρον vocat. Gyraldo suus codex hîc imposuit. v. eum, p. 522.

[10.] ὥσπερ ἡ γῆ—MS. & δυσπόριστον, & ἀμφιδήριτον. Honoratus Serv. ad 4. Æn. Leges *Ceres* dicitur invenisse, (nam sacra ipsius Thesmophoria vocantur) hoc ideo fingitur quoniam ante frumentum inventum à Cerere, passim homines sine lege vagabantur; quæ feritas interrupta est, postquam ex agrorum discretione nata sunt jura. pro ἠλλοτριωμένα mallem ἠροτριωμένα——

[11.] ὅθεν καὶ ἐνθεσμοθέτιν & εἶτα νομοθ. Inscriptio Gruteri p. 309. 1. ΜΗΓΑ'ΛΗΣ ΘΕΑ͂Σ ΘΕΣΜΟΦΟ'ΡΟΥ ΔΗ'ΜΗΤΡΟΣ. pro θησαυρίζειν, MS. θησαυρίζεσθαι——

μυστή-

μυστήρια δ' ἄγειν ἤρξαντο αὐτῇ, φιλοσοφοῦντες ἅμα τῇ εὑρέσει τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων, καὶ τῇ πανηγύρει χαίροντες, ὡς μαρτυρίῳ χρώμενοι τοῦ πεπαῦσθαι μαχομένους [12.] αὐτοὺς περὶ τῶν ἀναγκαίων. Μυσιᾶν γάρ ἐστι, τὸ κορεῖσθαι. πιθανὸν γὰρ ἐντεῦθεν ὀνομάσθαι τὰ μυστήρια, ὅθεν καὶ [13.] Μυσία παρά τισι λέγεται.

Mortales cœperunt myſteria in ejus honorem celebrare, incumbentes inventioni earum rerum, quæ ad vitam bene tranſigendam ſunt utiles, gaudentéſque panegyri iſta myſtica, ut teſtimonio quodam, quod deſierint mutuò propter victum & neceſſaria digladiari. Μυσιᾶν enim ſaturari ſignificat. Haud à vero abhorret, hinc myſteria eſſe appellata. Propterea à quibuſdam Myſia vocatur.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ὩΡΩΝ.

DE HORIS.

Διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ ἐκ Θέμιδος ὁ Ζεὺς λέγεται γεννῆσαι τὰς Ὥρας, ὑφ' ὧν τὰ ἀγαθὰ πάντα ἐν ἡμῖν [1.] ὀρέγεται καὶ φυλάττεται. καλεῖται δὲ αὐτῶν ἡ μὲν [2.] Εὐνομία, ἀπὸ τοῦ [4.] ἐπιβάλλοντος τῆς διανεμήσεως. ἡ δὲ Δίκη, ἀπὸ τοῦ δίχα χωρίζειν ἀπ' ἀλλήλων [4.] τοὺς διαφερομένους. ἡ δὲ Εἰρήνη,

Non diſſimili ratione motus Jupiter fertur ex Themide ſuſtuliſſe Horas, à quibus omnia bona, quæ nobis adſunt, cuſtodiuntur & ſervantur. Unam Eunomiam vocant, propter æquam earum rerum, quæ nobis obveniunt, diſtributionem. Alteram Δίκην, id eſt jus, ſeu juſtitiam vocant, quòd jure contendentium lites dirimat. Tertiam verò Εἰρήνην, id eſt pacem nominant,

[12.] αὐτοὺς ἀλλήλοις MS.—& Μυσιᾶν τε ὅ ἐστι κακορῆσθαι. imò à [illegible].
[13.] Μυσία παρά τ—ἡ Δημήτηρ λέγεται, ἢ ἀπὸ τοῦ μύσεως δεῖσθαι τὰ δυσξύμβλητόν τι ἔχοντα. MS. Myſia inter Horas numeratur à nonnullis. De reto; à Veſtali *Juſt. Lipſius* ſcripſit v. *Voß. Idol.* & *Gyrald.*
[1.] καθ' ἡμᾶς ἀρδεύεται. MS.
[2.] Hæc nomina eis tribuit *Diod. Sic.* in Cretenſium Theologiâ. rectè autem ſequi hîc dices, ſi legas quæ Hyginus, fab. 183. nomina eis dat.
[3.] κατὰ τῆς τοῦ ἐπιβάλλοντος διανεμήσεως.
[4.] τοῦ διαφερομένου—MS.

ἀπὸ

ἀπὸ τοῦ διὰ λόγου, καὶ οὐ δι' [5.] ὅλων διακρίνεσθαι ποιεῖν. ἐκάλουν γὰρ τὸν λόγον [6.] Εἰρήνην· ὁ δὲ πόλεμος, ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ὀλλύναι ἔτως ὠνόμασται, ἢ ἀπὸ τοῦ παλάμαις σπεύδειν, περιγίνεσθαι τῶν ἐναντίων.

quasi ratione & non armis lites consopiat. Nam veteres etiam rationem pacem esse dixerunt. πόλεμος autem, id est bellum, nomen indè habet, quòd plurimi in bello præliisque occumbant, & desiderentur. Aut nomen id acquisivit ἀπὸ παλάμαις, id est quòd soleamus niti dolo & fraude, ut adversarios nostros vincamus.

ΠΕΡΙ' ΤΟΥ͂ ΔΙΟΝΥ'ΣΟΥ.

DE BACCHO.

Οἰκείως δ' ἔδοξεν Εἰρήνῃ κατά τι καὶ ὁ Διόνυσος εἰρῆσθαι, τῶν ἡμέρων δένδρων ἐπίσκοπος ὢν καὶ δοτὴρ θεός. ἐπεὶ [7.] καὶ διὰ ταῦτα σπονδὰς ποιοῦνται. δενδροκοποῦνται γὰρ αἱ χῶραι τοῖς πολεμίοις. ἐν Εἰρήνῃ δὲ τὰ τῶν εὐωχιῶν θάλλει, οἷς ἀναγκαιότατον ὁ οἶνός ἐστι. τυγχάνει δὲ καὶ [8.] Διόνυσος, ἤτοι διόνυξος ὤν, ἢ διάνυσός τις, παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως. ἢ ὡσπερεὶ διάλυσος, τροπῇ τοῦ α εἰς ο,

Secundum quandam rationem reconditam etiam Bacchus pacis nomen meretur: cicurum namque plantarum & arborum tum præses, tum dator existit. Propter has enim conservandas, fœdera ineuntur. Nam hostium arbores cæduntur: quod ut evitent, ad fœdera sancienda convolant. Dum autem alma regnat & candida pax, conviviorum celebritates, quæ postulant necessariò vinum, fervent. Vinum autem vocatur Διόνυσος, sive Διόνυξος, quasi aperiat nos: sive διάνυσος, id est quasi suaviter in nos transeat, jucundéque illabatur: aut διάλυσος, literarum conversione, α in ο

[5.] δι' ὅπλων, conjicio. περιγενέσθαι MS.
[6.] Sanè Ἑρμῆς λόγιος dicitur εἰρηνοποιός. De his v. Orphei Hymnum.
[7.] ἐπεὶ καὶ MS. deest ἐπεὶ—idem l. δενδροκοποῦνται ἐν τοῖς. π.
[8.] καὶ Διόνυσος ἤτοι Διόνυξος——& διάλυσος κεκλημένος, τροπῇ, &c. ἀφ' ἧς ἀρχῆς καὶ Ἀλύσιον.

καὶ

καὶ τοῦ λ εἰς ν. ἀφ' οὗ καὶ Ἀλύσιον αὐτὸν, καὶ Λυαῖον, ἐπωνόμασαν, λύοντα τὰς μερίμνας. τινὲς δέ φασιν ἀπὸ τοῦ εἰς τὸ [9.] σίπον ὄρος φῦναι πρῶτον τὴν ἄμπελον, παρεληλυθέναι τοῦτο τὸ ὄνομα εἰς τὴν συνήθειαν. λέγεται δὲ διὰ πυρὸς λοχευθῆναι, τὸ θερμὸν αὐτοῦ καὶ πυρωτικὸν τῶν σωμάτων παραστάντος τοῦ μύθου, οὕτω γὰρ οἶνός ἐστι, πυρὶ ἶσον [10.] μένος ἔχων, κατὰ τοὺς ποιητάς. ἐρραφθεὶς δ' εἰς τὸν [11.] μηρὸν τοῦ Διὸς, ἐκεῖ τελεσφορηθῆναι, διὰ τὸ πεπαίνεσθαι καὶ τελειοῦσθαι τὸν οἶνον τοῖς μηροῖς ἐκ δευτέρου. πεπανθεὶς γὰρ πρότερον, ὅτι ἀτελής ἐστι πρὸς χρῆσιν, ὕστερον δὲ πατηθεὶς τοῖς ποσὶ, τέλειος γίνεται. προτέρα γὰρ ἐκείνη γένεσίς ἐστιν, ἡ κατὰ πέπανσιν τῆς ὀπώρας, ἥτις γίνεται τῶν καυμάτων ἀκμαζόντων. δευτέρα δ' ἡ κατὰ τὴν πάτησιν ἐκθλιβομένου τοῖς ποσὶν [12.] αὐτῶν. καὶ τοιοῦτόν τι ἐκ τοῦ μηροῦ συνεκδέχεσθαι δέον-

& λ in ν, id est quasi nos solvat. Hâc nominis ratione eum Alysium & Lyæum cognominarunt, quasi dissolvat & abigat curas omnes. Quidam nomen hoc indè deducunt, quòd in monte prima Bacchi opera provenerit vinea, & sic in consuetudinem vulgi abiisse. Dicitur Bacchus vi ignis partu esse expulsus: per quod significatur vini calor & potentia, quâ homines incendit atque inflammat. Habet enim vinum (ut testantur poëtæ) æquale cum igne robur. Insutus est femori Jovis, ut partus immaturus ad maturitatem & perfectionem veniret. Quid sibi vult hoc figmentum? Quòd vinum pedibus, qui per fæmora significantur, calcatum, ad perfectionem festinet. Prima enim botrorum digestio & concoctio non est usui idonea. ubi autem pedibus calcati fuerint, promanat vinum, & perfectionem accipere incipit. Prima vini concoctio & digestio est, quæ fit temporis ratione per calorem solarium radiorum fervente æstu. Secunda est, quæ fit pedum ministerio per calcationem, quâ vinum è botris elicitur & exprimitur: quasi id necessariò femorum vi contingat.

[9.] περὶ τὸ Νύσιον ὄρος MS. hinc Διόνυσος, est enim dominus, vel possessor Nysæ, sive Nissi. V. Bochartum Geogr. p. 479.

[10.] Οὕτως γὰρ οἶνός τε πυρὶ ἶσον μένος ἔχει. MS.

[11.] τοῖς μηροῖς. MS.—V. Bochartum *Geogr.* de monte *Mero.* p. 481. καὶ γὰρ μὴ πεφυκότα γενναῖον ἀποτιθέμενον, ἀτελῆ δ' ὡς πρὸς τὴν χρῆσιν συγκομισθέντα τήνδε. ἐπεὶ πρώτη μὲν αὐτοῦ γένεσις. MS. deest aliquid.

[12.] ποσὶν αὐτοῦ——& post Βάκχος——καὶ Ἴακχος καὶ Εὔιος καὶ Βάκχης [Βαβακτὴς Gyral.] καὶ Ἰόβακχος καλεῖται, διὰ τὸ πολλὰς τοιαύτας φωνὰς τοὺς πατοῦντας αὐτὸν πρῶτον, εἶτα τοὺς ἕως——τόποις——& παιδικαῖς. MS. & εἶτα ἐκστάσεως δέ.

τως.

τως. Βρόμιός τε δὲ καὶ Βάκχος καλεῖται, διὰ τὸ τοὺς πατοῦντας αὐτὸν πρῶτον χρῆσθαι. εἶτα καὶ τοὺς, ἕως μέθης μετὰ ταῦτα χρωμένους, ἀφιέναι ταῖς ἐν τοῖς πότοις παιδιαῖς. ἐκστάσεως δὲ σύμβολόν εἰσιν οἱ Σάτυροι, τὴν ὀνομασίαν ἐσχηκότες ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι, καὶ οἱ Σκιρτοὶ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, καὶ οἱ [13.] Σειληνοὶ, ἀπὸ τοῦ σελαίνειν. καὶ οἱ [14.] σενίδαι, ἀπὸ τοῦ σεύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν. διὰ τούτων δ' ἴσως παρίσταται τὸ ὡσανεῖον μετ' ἐκλύσεως καὶ θηλύτητος παράφρων τῶν πινόντων, τούτου δ' ἕνεκα καὶ θηλύμορφος πλάττεται, καὶ κέρατα ἔχει, ὡς τοὺς μὲν πόνους ἀποβαλόντων τῶν μεθυόντων, βίᾳ δὲ χρωμένων, καὶ δυσκάθεκτόν τι καὶ ὁρμητικὸν ἐχόντων. καὶ τὸ μὲν τῆς ἐσθῆτος ἀνθηρὸν, τὴν ποικιλίαν παρίστησι τῆς ὀπώρας. ἡ δὲ τοῖς πλείστοις τῶν πλασμάτων γυμνότης, τὸν παρὰ τοὺς τόπους γινόμενον ἀπαμφιασμὸν [1.] τοῦ τρόπου. καθὸ δοκεῖ καὶ τὸ οἶνος [2.] ἀληθῶς εἰρῆσθαι.

Bacchus & Bromius dicitur, quòd hi qui vinum calcibus expresserunt, eo utantur primi: aut, quòd vinum, ubi ad ebrietatem usque biberint, tandem ad jocos in conviviis prosiliant (sic mallem legere: tandem ubi turbas prorepente ebrietate dederint, in vincula istis in locis rapiantur.) Dementiæ autem & furoris symbolum sunt, Satyri: sic dicti ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι, id est quòd rideant instar canum ora distendentes. σκιρτοὶ δὲ, id est Salii, ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod saltare & tripudiare significat. Sileni autem nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ σιλαίνειν, id est quòd conviciis proscindant quoslibet. At Senidæ nomen nacti sunt ἀπὸ τοῦ σεύειν, id est impetu ruere, impetu ferri. Per hæc omnia tanquam sub ænigmate declaratur, quàm effoeminata & mollis sit compotantium & ebrietati operam dantium sapientia. Hujus rei manifestandæ gratiâ inducitur muliebri formâ, & cornua ei attribuuntur, ut corniger dicatur. Quare autem? Quasi vires omnes omnéque robur ebrii planè enervati amittant. Interim tamen, cujus cornua argumentum sunt, vi utuntur, impetúque ruunt, retentúque sunt difficiles. Vestitus varietas autumni speciosam varietatem ob oculos ponit. Simulachra Bacchi pleraque ponuntur nuda, ut ostendant morum detectionem, quæ in compotationibus, ubi plus satis adbibitur, accidere solet. hinc vinum Græcis verè οἶνος dicitur.

[13.] Σειληνοὶ—MS Σιληνοὶ ἀπὸ τοῦ σιλαίνειν—
[14.] Σεῦδαι MS. [Gyral. Σκενίδαι] & ὡσανεὶ—παράφορον———
[1.] τοῦ τρόπου. Reges olim & deos nudos pingebant, ad ostendendam simplicitatem & morum quandam fiduciam, quasi non egerent tegminæ. lege hîc πότους non τόπους.
[2.] οἶνος καὶ ἀλήθεια. MS. Theocrit. εἰδ. κθ.

σθαι.

δης. τάχα διὰ τοῦτο καὶ μαντεία ἐσθ' ὅτε τοῦ Διονύσου [3.] γινομένη. τὸ δὲ θορυβῶδες τῶν μεθυσκομένων, οἰκεῖόν τι ἔδοξεν ἔχειν. καὶ ὁ τῶν [4.] ῥόπτρων ψόφος, καὶ τῶν τυμπάνων, ἃ παραλαμβάνουσιν εἰς τὰ ὄργια αὐτοῦ. χρῶνται δὲ πολλοὶ καὶ αὐλοῖς παρὰ τὴν συγκομιδὴν τοῦ καρποῦ, καὶ ἄλλοις τοιούτοις ὀργάνοις. ὁ δὲ Θύρσος, ἐμφαίνει τὸ μὴ ἀρκεῖσθαι τοῖς ἑαυτῶν ποσὶ τοὺς μεθυσκομένους, τῶν δ' ὑποστηριζόντων αὐτοὺς δεῖσθαι. τινὲς δὲ τῶν Θύρσων, καὶ ἐπιδορατίδας κρυπτομένας ὑπὸ τῶν φύλλων ἔχουσιν. ὡς καὶ ὀδυνηφόρου τινὸς, ἔσθ' ὅτε, κρυπτομένου τῇ παρὰ τὴν πολυποσίαν ἱλαρότητι, εἰς ὕβρεις ἐνίων καὶ παρακοπὰς ἐμπιπτόντων. ἀφ' οὗ δὴ καὶ Μαινόλης ὁ Διόνυσος ἐκλήθη, καὶ μαινάδες αἱ περὶ αὐτὸν γυναῖκες. πλάττεται δὲ καὶ [5.] νέος καὶ πρεσβύτης, διὰ τὸ πάσῃ ἡλικίᾳ πρόσφορος εἶναι. τῶν μὲν νέων λαβρότερον αὐτῷ χρωμένων, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἡδύτερον. οἱ [6.] δὲ παρεισάγονται ταῖς νύμφαις ἥδιον αὐταῖς ἐπιμιγνύμενοι. καὶ τὰς μετὰ πειρῶν-

Interdum etiam ex meri liberiore potu vaticinia excidere consueverunt. Ad designandos ebriorum tumultus, commodissimè cymbalorum & tympanorum adhibetur sonus, quæ ad celebranda orgia afferunt. Tibia autem in usu est apud plerosque quando uvas decerpunt, botrósque colligunt. Thyrsus indicio est, pedes ebriorum non suum facere officium, propterea desiderari à quibus fulciantur. Nec desunt Thyrsi, qui occulta hastilia continent, quasi rarò dilabantur convivia, quibus copiosus præest Bacchus, citra calamitatem aliquam, & vulnera, in quæ contumeliis provocati & furore exciti ferantur. Hinc Bacchus appellatur Mænalus: & mulieres, à quibus colitur Mænades. Juventutem & senectutem refert Bacchus, quasi vinum omni ætati sit accommodum: juvenibus id bibentibus largius & abundantius, nec sine tumultu: senibus autem suavius, & majore cum jucunditate. Comitum autem Bacchi quidam traduntur cum Nymphis concubuisse, magnâ cum suavitate: quidam verò Nymphas ad concubitũ sollicitare fingũtur jocis,

[3.] γινομένη—MS. ἔχοντος. apud Ligyreos Thraces. *Macr.* pro οἰκεῖόν τι, fortè legas ἔνθεόν τι. Jamb. Myst. S. 3. c. 9.

[4.] MS. ῥόμβων—& ὄργια αὐτῶν—Μαινάδες. Habes hæc omnia in *gemmâ* apud Casaub. de *Satyrâ*. p. 67 & 98.

[5.] νέος Αἰθιόπαις Anacreonti. Heraclitus, ἀνὴρ ὁκόταν μεθυσθῇ, ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου, οὐκ ἐπαΐων ὅκη βαίνει, ὑγρὴν τὴν ψυχὴν ἔχων. αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη· *Ebria Mæoniis figit vestigia Thyrsis.* Claud. V. Casaub. de *Satyr*. p. 74.

[6.] οἱ δὲ Σάτυροι παρεισάγονται ταῖς νύμφαις ἐπιλαγνόμενοι, καὶ τὰς——— Casaub. de Satyr. p. 43.

τες,

τες, τὰς δὲ κατὰ παιδείας βιαζόμενοι, τῷ τὴν πρὸς τὸ ὕδωρ κρᾶσιν τοῦ οἴνου συνῆφθαι χρησίμην οὖσαν. τὰς δὲ παρδάλεις ὑποζυγνύουσι τῷ Διονύσῳ, καὶ παρακολουθούσας εἰσάγουσιν, ἤτοι διὰ τὸ ποικίλον τῆς χροιᾶς, ὡς τὸ [7.] νεβρίδα αὐτὸς περιῆφθαι καὶ αἱ Βάκχαι, ἢ ὡς καὶ τὰ ἀγριώτατα τῶν ἀνθρώπων ἤθη τῆς συμμέτρου οἰνώσεως ἐξημερούσης. τὸν δὲ τράγον αὐτῷ θύουσι, διὰ τὸ λυμαντικὸν δοκεῖν τῶν ἀμπέλων καὶ τῶν συκῶν εἶναι τὸ ζῶον τοῦτο, καθὸ καὶ ἐκδέροντες αὐτὸν, εἰς τὸν ἀσκὸν ἐνάλλονται κατὰ τὰς ἀττικὰς κώμας, οἱ γεωργῶν νεανίσκοι. τάχα δ' ἂν χαίροι τοιούτῳ θύματι ὁ Διόνυσος, διὰ τὸ ἑαυτὸν εἶναι τὸν τράγον, ἀφ' οὗ καὶ οἱ ὄνοι ἐν ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ θαμίζουσι, καὶ οἱ [8.] φαλλοὶ αὐτῷ ἀνατίθενται, καὶ τὰ φαλλαγώγια ἄγεται. καὶ κινητικὸν γὰρ πρὸς τὴν συνουσίαν ὁ οἶνος. διὰ τοῦτο ἐνίων κοινῇ [9.] μεθυόντων Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ. ὁ δὲ νάρθηξ, διὰ τῆς σκολιότητος τῶν κώλων ἐμφαίνει, τὸ τῇδε κἀκεῖσε περιφέρεσθαι τοὺς με-

& etiam vim nymphis facere interdum. Figmenti hujus causa est, quòd vinum, si admisceatur aquâ, utile & salubre sit. Currui Bacchi junguntur pardi, eundémque quidam pardi sequuntur. Hoc fit aut propter varietatem colorum : nam Bacchus ipse indutus est nebride, eâdémque velatæ sunt Mænades, aut ut demonstraretur, nullius hominis mores adeò esse efferos, ut non queant moderato vini potu mitescere. Hircus Baccho immolatur. solet enim hoc animal vineas & ficos vastare. Proptereà caprum excoriantes, in utrem insiliunt per Atticos vicos rustica juventus. Aut gaudet nimirum tali sacrificio, cum & ipse hircus esse feratur, & hâc eâdem de causâ, & asini in ejus solennitatibus frequentes sunt. Priapi, seu Phalli Baccho consecrantur, & ordines ducuntur. Habet enim naturalem quandam vim ad amicitias conciliandas vinum. Quapropter quidam inebriantur in honorem Bacchi & Veneris. Ferula autem, quam manu tenet, per obliquitatem articulorum nodosam, significat titubantes ebrios hinc inde vacillare :

[7.] ὡς καὶ νεβρ. MS. infra οἱ γεωργοὶ---& pro τράγον, ὀχλητικὸν---idem MS. pro ὄνοι, habet οἶνος————θαμίζει---minùs rectè.

[8.] φαλλοὶ, quorum obscœnitatem frustra conatur excusare Jambl. de Mysteriis c. 11. Segm. 1.

[9.] ἔνιοι κοινῇ θύουσιν Δ. MS, νάρθηξ Orpheo παίγνιον γονυπρόσγυιον. Plinio dicitur geniculatos habere scaphos.

θύοντας.

θύοντας. ἅμα δὲ καὶ ἐλαφροὺς, καὶ εὐβαστάκτους αὐτοὺς εἶναι. [10.] τὸ δὲ ἔναρθρον τῆς λαλιᾶς αὐτῶν, ὡσανεὶ ἄρθρα ἔχων παρίστησιν. ὀρείφοιτοι δ' εἰσὶ καὶ φιλέρημοι αἱ Βάκχαι, διὰ τὸ μὴ ἐν ταῖς πόλεσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χωρίων γίνεσθαι τὸν οἶνον. [11.] Διθύραμβος ὁ Διόνυσος ἐκλήθη, πότερον διὰ τὸ δίθυρον τὸ στόμα ποιεῖν, διά τε τὸ ἀναφαίνειν καὶ ἐκφερομυθεῖν ποιεῖν τὰ ἀπόρρητα. ἢ ὡς αὐτοὺς ἂν ὁ ποιῶν ἐπὶ τὰς θύρας ἀναβαίνειν τοὺς νέους, ἢ ἐκβαίνειν εἰς αὐτὰς, καὶ ἐκπίπτειν, καὶ διασαλεύειν τὰ κλεῖθρα. ὁ δὲ θρίαμβος, ἀπὸ τοῦ θροεῖν καὶ ἰαμβίζειν, τὴν κλῆσιν ἔλαχεν. ὅθεν καὶ ἐν τοῖς κατὰ [12.] τὸν πόλεμον θριάμβοις, πολλοῖς ἀναπαίστοις σκώπτοντες χρῶνται. καὶ τὴν κίτταν, ὡς λάλον ὄρνεον ἀφιερῶσιν αὐτῷ, καὶ [13.] Βασαρῥαίαν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ βάζειν,

præterea indicat eosdem esse & celeres, portatúque faciles. Nec non ejusdem virgæ articuli declarant ebriorum loquacitatem, quasi articulatam esse. Mænades vagantur in montibus, & solitudinem complectuntur amore. Quare? Quòd non in urbibus, verum in agris vinum nascatur. Bacchus etiam Dithyrambus dicitur, quòd aperiat, ubi plus satìs biberimus, animos nostros, & quasi per duas januas eloquamur, & ostendamus ea quæ celanda erant. Aut hujus nominis ista causa est, quòd merum impellat homines, ut in januas ascendant, indè quoque interdum decidant, & fores effringant, & repagula concutiant infringántque. Triumphus, qui devictis hostibus agitur, hoc nomen sortitus est ἀπὸ τοῦ θροεῖν, id est ab accinendo, & ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, id est ab iambis canendis, aut à jocando: siquidem in triumphis solent plurimis uti anapæstis, jocantes. Pica avis garrula Baccho consecratur, & Βασαῤῥαῖαν eam ἀπὸ τοῦ βάζειν, id est à garriendo,

[10.] τινὲς δὲ φασιν, ὅτι τὸ ἄναρθρον μετὰ τῆς---& ἔχων——— nihilominus locus est imperfectus. l. ὡς μὴ ἄρθρα ἔχειν παρ——— χωρίων MS. fortè ὀρῶν

[11.] πρότερον διὰ———MS. πότερον ὡς τὸ δίθυρον τοῦ στόματος ἀναβαίνων καὶ ἐκφερομυθεῖν τὰ ἀπόρρητα ποιῶν, ἢ ὡς δι' αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τὰς θύρας ἀναβαινόντων τῶν νέων ἢ ἐκβαινόντων εἰς αὐτὰς, ὅ ἐστι ἐκπιπτόντων καὶ διασαλευόντων τὰ κλεῖθρα. Videtur ex *Di*, quod sit Arabicæ originis Dithyrambus, ut & Dusares ejusdem Bacchi cognomentum. quasi, *dux vagantium Eremborum.* Vide tamen Bochartum p. 480. Geogr. poëtæ διθυραμβογενὴς dicitur.

[12.] κατὰ τῶν πολεμίων. MS.

[13.] Βασαρία MS. alii cum duplici S. & Bassarin talarem intelligunt---Ovidius de eâ,

Funditur ad teneros lutea palla pedes.

Agathias *Epigram.* ἐπισφύριον vocat.

καὶ

καὶ [14.] εἰραφιώτην ἀπὸ τοῦ ἔριν ἀφιέναι. καθαιρετικὸς δὲ παντὸς ἐπινοουμένου ὑπάρχων, ἔδοξε καὶ πολεμιστὴς εἶναι. καὶ πρῶτος [1.] καταδεδυκέναι τὸν ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἀγώνιον θρίαμβον. τῷ δὲ κιττῷ στέφεται, διὰ τὴν πρὸς τὴν ἄμπελον ἐμφέρειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν πρὸς τοὺς [2.] βότρυς ὁμοιότητα, ὠρυμβάδων. πέφυκε δὲ καὶ σφάλλειν τὰ δένδρα, ἀνέρπων δι' αὐτῶν, καὶ περιπλεκόμενος [3.] βιαιοτέροις τοῖς πρέμνοις. τὰ δὲ θυμελικὰ ἀκροάματα τὸν Διόνυσον θεραπεύει, διὰ τὴν πρὸς τὰς θαλίας αὐτῶν οἰκειότητα, οἷον ᾠδῆς καὶ κιθάρας. τὰ γὰρ, ἀναθήματα τῆς δαιτός. μυθολογεῖται δ' ὅτι διασπασθεὶς ὑπὸ τῶν Τιτάνων, συνετέθη πάλιν ὑπὸ τῆς Ῥέας, αἰνιττομένων τῶν παραδόντων τὸν μῦθον, ὅτι οἱ γεωργοὶ θρέμματα γῆς ὄντες, συν-

& εἰραφιώτην, id est ab eo quòd rixas & contentiones pariat, appellant. Quia autem fuit Bacchus in re omni excellentissimus, non defuerunt qui affirmarent eum esse ducem in re militari optimum. Primus adeo triumphum, qui devictis agitur hostibus, duxit. Hæderâ Bacchi caput cingitur, quòd ea non admodum dissimilis sit viti: insuper quòd & hæderæ baccæ respondeant botris. Solet hæc eadem sternere arbores, serpens per ipsas, & implicatis firmioribus ramis. Thymelicis cantilenis colitur Bacchus plurimùm, quia istæ conviviis familiares sunt, cantilenæ scilicet, & cythara. Sunt enim hæc duo convivii anathemata. Perhibent Bacchum à Titanibus membratim discerptum, & integritatem totius corporis compositum à Rhea recepisse. cujus fabulæ hic sensus est: Agricolæ, qui & Titanes, sunt terræ jumenta.

[14.] *Faber Tan.* in epistolis deducit ab ἔριφος. in Bacchi Omestæ sacris reclamantium caprarum viscera cruentato ore dissipabant. *Arnob.* ut igitur Κορυμβιώτης, sic & εἰραφιώτης. Porphyr. de *Abst.* 3 17, dicit ab animalibus diis dari cognomina Ἀπόλλωνι Λύκειος, Διονύσῳ εἰραφιώτης.

[1.] καταδεδειχέναι MS. πολεμιστὴν autem facit unus ex hymnis Onomacriti. Videtur deesse πομπαῖς post πολεμικαῖς. *Etymol.* in θρίαμβος.

[2.] βότρυας ὁμ. κορύμβων. *Velarius* legit Orybadon; sed hîc locum non habet.

[3.] MS βιαιότερον, θυμέλη mensa erat super quam stabant rustici fabulas agentes; in scena; IV. Rittershusium ad Salvianum. p. 207. Alex ab Alex. 3. 9. adhibebantur Thymelici in conviviis nuptialibus. rectè ergo sequitur in θαλίαις, & ἀναθήματα δαιτὸς, ex Odyss. α v. 152.

ἔχεαν τοὺς βότρυς, καὶ τοῦ [4.] ἐν αὐτοῖς Διονύσου τὰ μέρη ἐχώρισαν ἀπ' ἀλλήλων. ἃ δὴ πάλιν ἡ εἰς αὐτὸ σύῤῥευσις τοῦ γλεύκους συνήγαγε, καὶ ἓν σῶμα ἐξ αὐτῶν ἀπετέλεσε. καὶ ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ δὲ μῦθος, ὡς φεύγων ποτὲ τὴν τοῦ [5.] Λυκούργου ἐπιβουλὴν θεὸς εἰς τὰ κατὰ τῆς θαλάττης, εἶθ' ἡ Θέτις αὐτὸν διέσωσεν, ἐμφανῆ τὴν διάνοιαν ἔχει. τιθῆναι μὲν γάρ εἰσι τοῦ Διονύσου αἱ ἄμπελοι. ταύτης δὲ ὁ Λυκοῦργος τρυγητὴς ὢν, ἐσκύλευσε καὶ ἀπεκόσμησεν. εἶθ' ὁ οἶνος θαλάττῃ μιγεὶς, ἀσφαλῶς [6.] ἀπετέθη. καὶ περὶ μὲν Διονύσου τοσαῦτα.

Isti confuderunt botres omnes in unum, deinde eosdem calcando ruperunt, Bacchíque membra fregerunt. Hæc eadem confluxus musti in unum restituit, & unum ex omnibus botris corpus constituit. Fabula verò poëtæ, quæ testatur Bacchum quondam fugisse Lycurgi insidias, & in mari à Thetide esse servatum, clarum sensum habet. Nutrimenta & crepundia Bacchi, vineæ sunt. Vineas omnes Lycurgus, cùm vindemiator foret, botris spoliavit, eisdémque ornatum omnem ademit. Deinde vinum aquâ dilutum salubre homini potum extitit. Et hæc de Baccho.

[4.] MS. ἐναντι--forte ἐνόντος. & σύῤῥευσις, quoniam Rhea inde videtur deduci. v. σχ. ο. ιλ. v. 18.
[5.] ιλ. Ζ. & ψ. v. 91. σχ. Hyginus, & Ovid.
[6.] forte ἀπεσώθη. Βασσαρικὰ olim scripsêre Dionysius Samius, & Soterichus; Dionysiaca (eadem sunt) Nonnus.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ' ἩΡΑΚΛΕ'ΟΥΣ.

DE HERCULE.

Ἡρακλῆς δέ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς ὅλοις λόγος, καθ' ὃν ἡ φύσις ἰσχυρὰ καὶ κραταιά ἐστιν, ἀνίκητος καὶ ἀπεριγένητος οὖσα. μεταδοτικὸς ἰσχύος, καὶ τῆς κατὰ μέρος [7.] ἀλκῆς ὑπάρχων. ὠνόμασται δὲ τάχα ἀπὸ τοῦ διατείνειν εἰς τοὺς ἥρωας, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ κλείζεσθαι τοὺς γενναίους ποιοῦντος. Ἥρωας γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς [8.] ἀνδρείους τῷ σώματι καὶ ταῖς ψυχαῖς, καὶ κατὰ τοῦτο τοῦ θείου γένους μετέχειν δοκοῦντας. οὐδ' ὑπὸ νεωτέρας ἱστορίας [9.] ἐπιταράττεσθαι. διὰ γὰρ ἀρετὴν ἠξιώθη τῷ θεῷ τοιαύτης προσηγορίας, Ἀλκμήνης καὶ Ἀμφιτρύωνος υἱὸς ὤν. τὸ δὲ δυσδιάκριτα γεγονέναι τὰ τοῦ θεοῦ ἴδια, ἀπὸ τῶν περὶ τοῦ Ἥρωος ἱστορουμένων. τάχα δ' ἂν ἡ λεοντῆ καὶ τὸ Ῥόπαλον, ἐκ

Hercules est ratio in omnia diffusa, secundum quam natura fortis & firma, invictáque & sine fine generans est: est quoque eadem potentia, quæ omnibus virtutem & robur tribuit. Hæc autem fortitudinis ratio nominatur Hercules, nimirum quòd in Heroas maximè proficiscatur, quasi ipsius sit κλείζεσθαι, id est gloriâ illustrare eos, qui quid insigne & memoratu dignum fecerint. Veteres enim Heroas appellabant eos, qui forti essent corpore & animo, & ideo divini generis eos participes credebant. Hanc sententiam nec juniores respuunt. Istud enim nomen, cum eo dignum deus censeret, meruit, quamvis Alcmenæ & Amphitryonis filius foret. Opera autem, quæ singulatim Heros ille fecit, indicatu difficilia sunt, propter historiæ, quæ de ipso habetur, varietatem. Clavam & pellem leoninam

[7.] παρὰ τοῖς φυσικοῖς ὁ Ἡρακλῆς σύνεσις, καὶ ἀλκὴ λαμβάνεται. σχ. Apollonii. Ægyptii hunc dicebant τὸν ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων ἥλιον--f. λόγον. *Macrob.* lib. 1. *Sat.* c. 20.

[8.] τοὺς ἀνδρεῖς τῷ σώματι. MS. ideo Herculem & Persea in deos retulêre. *Athenagoras Leg.*

[9.] ἐπιταρ. Videtur deesse vocula δεῖ. mox pro θεῷ τοιαύτης MS. τῆς αὐτῆς προσ. eadem ferè Macrobius Saturn. 1. c. 20. uterque fortè ex Cleanthe.

τῆς παλαιᾶς θεολογίας ἐπὶ [10.] τοῦτο μετενηνεγμένον εἴη. στρατηγὸν γὰρ αὐτὸν γενόμενον ἀγαθὸν, καὶ πολλὰ μέρη τῆς γῆς μετὰ δυνάμεως ἐπελθόντα, οὐχ οἷόν τε γυμνὸν ἔδοξαν περιεληλυθέναι ξύλῳ μόνῳ ὡπλισμένον, ἀλλὰ τοῖς [11.] πτοῦνοις τοῦ θεοῦ μετὰ τὸν ἀπαθανατισμὸν ὑπὸ τῶν εὐεργετουμένων κεκοσμῆσθαι. σύμβολον γὰρ ἑκάτερον εἴη ῥώμης καὶ γενναιότητος. ὁ μὲν γὰρ λέων, τὸ [12.] γενναιότατον τῶν θηρείων ἐστί. τὸ δὲ Ῥόπαλον, τὸ καρτερώτατον τῶν ὅπλων. καὶ τοξότης δ᾽ ἂν ὁ θεὸς παρεισάγοιτο, κατά τε τὸ πανταχοῦ διϊκνεῖσθαι κατὰ τὸ ἔντονόν τι ἔχειν, καὶ τὴν τῶν βελῶν φοράν. στρατηλάτην δ᾽ οὐκ ἄλογον, τούτοις ὅπλοις πεποιθότα εἰς τὰς παρατάξεις ἀπαντᾶν. οἰκείως δὲ παρέδοσαν αὐτὸν [1.] Κῷοι, τῇ Ἥβῃ συνοικοῦντα, ὁλοσχερέστερον τὴν διάνοιαν ὄντα. ὡς γὰρ νέων τι δρᾶν εὐτονώτεραι αἱ χεῖρες, οὕτω ψυχαὶ ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ. ὑπονοῶ δὲ τὴν παρ᾽ [2.] Ὀμφάλῃ λατρείαν, ἐκείνῳ πιθανωτέραν εἶναι προσήκειν, ἐμφαινόντων πάλιν διὰ τούτου τῶν παλαιῶν, ὅτι καὶ τοὺς ἰσχυροτάτους ὑποτάττειν δεῖ

hiſtoria vetus Herculi attribuit. Cùm enim dux bonus foret, & multæ regiones terræ ipſius vim eſſent expertæ, certè non ſit veriſimile, quòd nudus & clavâ ſolâ armatus terram peragraverit. verùm ſciendum eſt, eum hiſce non ſecus ac inſignibus poſt mortem ſuam eſſe condecoratum, ab iis qui ejus auxilium ſalutare ſenſerant. Utrunque enim fortitudinis & generoſitatis ſignum eſt. Ut enim hic robore feras omnes excellit, ità validiſſimum telum eſt clava. Fingitur eſſe ſagittarius ideo, quòd omnia permeet vis illa, ſecundum ſagittarum jaculationem, quæ & ipſa ad omnia penetrandum vehemens eſt. Hujuſcemodi armis munitum & inſtructum militem, quis in aciem deſcendere dubitabit? Propriè autem admodum tradiderunt Coi Herculem cohabitare Hebæ, id eſt pubertati, quòd ſit mente perfectiſſimus. Ut enim ſi quid laboris ſuſcipiendum eſt, manus juvenum ſunt firmiores & validiores, ità ſi quid conſiliis faciendum eſt, longè præſtantiores ſunt ſenum animi. Suſpicor autem non alienum eſſe ab Herculis virtutibus, quòd ſervierit Omphalæ. Veteres enim hoc figmento docere voluerunt etiam fortiſſimorum eſſe,

[10.] ἐπὶ τοῦτον μετενηνεγμένα εἴη. MS.
[11.] ἐπισήμοις, nempe clavâ & leoninâ pelle.
[12.] ἀλκιμώτατον MS
[1.] Iſtam inſulam à Troja reverſus devaſtavit Hercules. σχ. ιλ.
[2.] Pherecydes apud σχ. in φ. Od. v. 23. *Lucianus* Dial,

ἑαυτοὺς

ἑαυτοὺς τῷ λόγῳ, καὶ τὰ ὑπὸ τούτου προστατ]όμενα ποιεῖν, εἰ καὶ θηλυτρόν τι κατὰ τὴν θεωρίαν καὶ τὴν λογικὴν σκέψιν προσπίπτει τῆς ὁμφῆς. [3.] ἣν οὐχ ἑτέραν ἂν δόξαιμεν Ὀμφάλου προσηγορηκέναι. τοὺς δὲ δώδεκα ἄθλους, ἐνδέχεται μὲν ἀναγαγεῖν οὐκ [4.] ἀλλοβίους ἐπὶ τὸν θεὸν, ὡς καὶ τ. Κλεάνθης ἐποίησεν. οὐ δεῖ δὲ δοκεῖν πανταχοῦ, εὑρεσίλογον * πρεσβύτην.

ut se rationi subjiciant, & ea quæ ratio imperârit expedienda esse, & si muliebrius quiddam & mollius secundum naturalem speculationem bulla incidat, quam non aliud ab Omphale appellare placuit. Duodecim autem labores, quos subiens absolvit, videntur non inconcinnè traduci in Herculem, sicuti Cleanthes fecit (sic legerem, quos Cleanthes conscripsit.) Non enim existimandum est, hunc ubique senem fuisse nugatorem, & delirum.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ἈΠΟΛΛΩΝΟΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ἈΡΤΕΜΙΔΟΣ.

DE APOLLINE ET DIANA.

Ἐχομένως τοίνυν ὦ [5.] τέκνον Ἀπόλλων ὁ ἥλιός ἐστιν, Ἄρτεμις δὲ ἡ σελήνη.

Consequenter quidem, ô fili, Apollinem esse solem, Dianam verò Lunam existimato.

[3.] ἣν οὐκ ἀτόπως ἂν δόξαιεν (fortè τις) Ὀμφάλην προσ. MS.
[4.] fortè ἀλλοτρίως. δωδέκαθλον Herculis edidit L. Allatius; MS. in Bibl. Ox. nescio an idem sit opus. v. p. 1. Phurnuti, n. † ex hoc opere [aut ex Apollodoro] quædam habes. ιλ. ο. v. 639. ιλ. θ. v. 368.——Cleanthem citat σχ. Hom. ιλ. Γ. v. 64. præter ea quæ Laërtius, scripsit περὶ θεῶν, & μυθικὰ ut testatur Cl. Alexandrinus; credibile est ad alterum horum operum respexisse Phurnutum. Hercules Sol esse intelligitur 12. labores ad signa Zodiaci referuntur; *Interpr. Hesiod. Theog. p. 165.*
* πρεσβεύειν. MS.
[5.] ὦ τέκνον, MS. l. τῷ συντέχνῳ——

διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοξότας ἀμφοτέρους παρήγαγον, τὴν ὡσανεὶ ἄφεσιν πόῤῥω τῶν ἀκτίνων αἰνιττόμενοι. καλοῦνται δὲ, ὁ μὲν Ἕκατος, ἡ δὲ Ἑκάτη, διὰ τὸ ἕκαθεν δεῦρο ἀφιέναι καὶ ἀποστέλλειν τὸ φῶς. ὅθεν παρακειμένως, καὶ ἑκατηβόλους αὐτοὺς προσηγόρευσαν. ἔνιοι δὲ τὸν Ἕκατον, καὶ τὴν Ἑκάτην, ἄλλως ἐτυμολογοῦσιν, ὡς τῶν τεθεικότων αὐτοῖς τὰ ὀνόματα ταῦτα, εὐχὰς [6.] αὐτὰ εἶναι εὐχομένων, καὶ τὴν πρὸς [7.] αὐτῶν βλάβην, μὴ προσπελάζειν αὐτοῖς. δοκοῦσι γὰρ, ἔσθ' ὅτε, καὶ φθείρειν τὸν ἀέρα, καὶ τῶν λοιμικῶν καταστάσεων αἴτιοι γίνεσθαι. διὸ καὶ τοὺς [8.] ὀξύς αὐτοῖς ἀνετίθεσαν οἱ πάλαι. καὶ ὡς ὁ [9.] ποιητὴς ἐν τῷ λοιμῷ παρεισάγει τὸν Ἀχιλλέα λέγοντα, ὅτι ζητητέον μάντιν,

"Ος κ' εἴποι ὅτι τόσσον ἐχώσατο
Φοῖβος Ἀπόλλων.

Τούτου δ' ἕνεκεν οἴονται κατ' εὐφημισμὸν τὴν Ἄρτεμιν ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμεῖς ποιεῖν, ὅ ἐστιν ὑγιεῖς, ὠνομάσθαι. τὸν δ' Ἀπόλλωνα, ὡς ἀπολύοντα ἡμᾶς τῶν νόσων, ἢ ἀπελαύνοντα ἀφ' ἡμῶν αὐτὰς, ἢ ἀπολλῶντα, ταύτης τετυχηκέναι τῆς προσηγορίας.

Nam hac de causa vetustas utrisque sagittas tribuit, quasi indicare velit radiorum utriusque in longum projectionem. Apollo vocatur Hecatæus, Diana autem Hecate nomen sibi assumpsit, quasi ἕκαθεν, id est à longè ad nos usque lucem demittant. Unde non ab re utrisque hoc nomen inditum est, ut dicantur ἑκατήβολοι, id est quasi à longè ad nos usque radios suos jaciant. Quidam istorum nominum, nempe Hecatæi & Hecates, aliam assignant etymologiam, tanquam uterque sic sit dictus bene ominandi gratiâ, quasi stulta mortalitas supplex precetur, ut uterque sit faustus nobis & propitius, nec damnum aliquod det. Solent enim hæc cœli numina, interdum aërem corrumpere, pestémque inducere miseris mortalibus. Unde veteres non inconvenienter sagittas ipsis assignârunt, ut etiam poëta attestari videtur, cùm inducit Achillem consulentem, quærendum esse vatem,

Qui dicat, tantum cur irascatur
Apollo.

Hujus rei gratiâ sunt qui censent, bene ominandi causâ Artemida dictam esse Dianam, ἀπὸ τοῦ ἀρτεμεῖς ποιεῖν, id est quòd sanos efficiat. Apollinem autem id nomen ideo possidere, quasi ἀπολύοντα, id est liberantem nos morbis. aut ἀπελαύνοντα, id est quasi morbos à nobis abigat & fuget. aut ἀπολλῶντα, id est interficientem & necantem nos.

[6.] Pro εὐχὰς, lego ἔχειν αὐτὸν εἶ)——
[7.] καὶ τὴν περὶ αὐτῶν MS. ἐξ αὐτῶν.
[8.] ὀξεῖς θανάτους MS. & puto οἱ παλαιοί. Niobes liberi ab Apolline & Dianâ ideo dicebantur interfecti. V. σχ. ἰλ. Ω. v. 758. hinc Ἀπολλωνόβλητοι & Ἀρτεμιδόβλητοι. [9.] ποιητὴς ὡς ἐμφανές τι. MS.

κατὰ τὴν ἔννοιαν καὶ [10.] Παιήων ἐκλήθη, καὶ ἰατρὸς ἔδοξεν εἶναι. τινὲς δὲ αὐτόθεν Ἀπόλλωνα, ἀπὸ τοῦ ἀπολλυῶναι αὐτὸν εἰρῆσθαι. καὶ γὰρ τὸν ἀπολλυῶτα ταύτην τὴν διακόσμησιν, τοιοῦτον εἶναι, διὰ [11.] τοῦ κομίζειν ἀδιαλείπτως πάντοθεν αὐτῆς τὸ ὑγρὸν, καὶ τῷ αἰθέρι προσκαταττάττειν. τάχα δ' ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ ἁπλοῦν καὶ λύειν τὸ συνεστὸς τῆς οὐσίας, ἢ καὶ τὸ σκότος, ὥσπερ ἁπλῶς εἰρημένον [12.] εἴη. οἰκείως δὲ καὶ ἀδελφοὺς αὐτῷ [13.] παρεισάγουσιν ἐμφερεῖς ἀλλήλοις ὄντας, καὶ ὁμοειδῆ κίνησιν κινουμένους, καὶ δύναμιν παραπλησίαν ἐν τοῖς ὅλοις ἔχοντας, καὶ τρέφοντας ὁμοίως τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. εἶτα ὁ μὲν Ἀπόλλων [1.] Ἄρης ἀνεπλάσθη. θερμότερον γὰρ τὸ πῦρ, καὶ δραστικώτερον. ἡ δ' Ἄρτεμις θήλεια, ὡς ἀμβλυοτέραν καὶ ἀσθενῆ τὴν δύναμιν ἔχουσα. βούπαις δ' ἡλικίαν ὁ Ἀπόλλων ἔχει, καθ' ἣν καὶ οἱ ἄνθρωποι εὐειδέστεροι ἑαυτῶν φαίνονται. κάλλιστος γὰρ ὀφθῆναι, [2.] καθαρὸς ὢν καὶ

Hinc & Pæon, quasi medicâ facultate sit instructus, dicitur. Quidam Apollinis etymologiam petunt ἀπὸ τοῦ ἀπολλῦναι, id est ab abluendo. Nam eum qui semper faciem mundi renovet, & abluat, talem esse. Undique enim & indesinenter humorem haurit, eúmque ætheri reddit. Forsan non absurda fuerit etymologia, si quis sentiat Apollinem sic esse dictum, ἀπὸ τοῦ ἁπλοῦν καὶ λύειν, id est quasi ad simplicia redigat & dissolvat ipsam substantiam: aut quod verius est, quasi dissolvat tenebras. Perquàm propriè autem eos fratres esse perhibent, propter formæ similitudinem, propter motum utriusque uniformem, propter potentiam similem quam habent ad enutriendum & alendum ea quæ è terra enascuntur. Tradunt Apollinem esse virum ideo, quòd ignis est res quædam fervida, & ad agendum efficax. Dianam autem aiunt esse mulierem, quasi hebetiorem & infirmiorem potentiam teneat. Puberem ætatem habet Apollo. Quotquot enim in ista ætate sunt, formâ præditi sunt pulchriore quàm ulla habeat ætas,

[10.] Παίων. MS. Homerus & Hesiodus distinguunt inter Pæonem & Apollinem; recentiores non item. σχ. Od. v. 232. ἰλ. ο. v. 365. αὐτὸν φασὶν εἶναι. MS.

[11.] τοῦτον εἶναι, διὰ τοῦ διατμίζειν — MS. hanc ferè rationem adfert ex Cleanthe *Macrob.* confirmat ex Euripide & Archilocho. l. 1. *Sat.* 17.

[12.] εἰρημένος εἴη, puto legendum.

[13.] αὐτοῦ παρεισάγουσιν MS. δύναμιν autem παραπλησίαν habere ostendit Macrobius; quod viri dicantur Ἡλιόβλητοι, fœminæ Σεληνόβλητοι---similes sunt solis lunæque effectus in juvando nocendóque.

[1.] Ἀπόλλων ἄρρην. MS.

[2.] καὶ νεαρώτατός ἐστιν ὁ ἥλιος. μετὰ δὲ ταῦτα Φοῖβος μὲν λέγεται διὰ τὸ καθαρὸς εἶναι καὶ λαμπρός. Ms. confer Macrob. 1. Saturn. 17. ubi pleraque occurrunt, quæ in hoc capite.

λαμπρός. ἔτι δὲ τοῖς ἄλλοις οἰκείως εἰς αὐτὸν χρῶνται, χρυσοκόμαν καὶ ἀκειρεκόμαν προσαγορεύοντες, ἐπειδὴ χρυσωπός ἐστι, καὶ ἔξω [3.] παντὸς καθεστὼς, διὰ τὴν ἁγνότητα. καὶ Δήλιον δὲ αὐτὸν ὠνόμασαν, καὶ φαναῖον, ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι δι' αὐτοῦ τὰ ὄντα, καὶ φωτίζεσθαι τὸν κόσμον. ὡς καὶ Ἀναφαίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἱδρύσαντο, τοῦ ἀναφαίνοντος πάντα. τούτῳ δ' ἠκολούθησε, καὶ τὸ τὴν Δῆλον καὶ Ἀνάφην [4.] ἱερὰ αὐτῷ νομισθῆναι. διὰ δὲ τὸν εἰρημένον σαφηνισμὸν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν μαντικὴν αὐτῷ προσῆψαν. καὶ εὑρεθὲν τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον τῷ Ἀπόλλωνι, προσωνόμασαν Πύθιον, ἀπὸ τοῦ δεῦρο τοὺς ἀνθρώπους ἐρχομένους, πυνθάνεσθαι τὰ καθ' ἑαυτούς. ἐλέχθη δὲ καὶ ὁ τόπος ὀμφαλὸς τῆς γῆς, οὐχ ὡς μεσαίτατος ὢν αὐτῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀναδιδομένης ἐν αὐτῷ ὀμφῆς, ἥτις ἐστὶ θεία φωνή. λοξῶν δὲ καὶ περισκελῶν ὄντων τῶν χρησμῶν, οὓς δίδωσι, [5.] Λοξίας ὠνόμασται. ἢ ἀπὸ τῆς λοξότητος τῆς πορείας, ἣν ποιεῖται διὰ τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου. μουσικὸς δὲ

Præ cæteris autem quàm convenientissimè ei hæc epitheta adscribunt, ut eum appellitent χρυσοκόμαν, id est aureo capillitio insignem, respectu solarium radiorum. & ἀκειρεκόμαν, id est intonsum. Est enim Phœbus vultu aureus, sive facies ejus auro radiat, éstque extra omnia propter suam munditiem & puritatem positus. Sunt qui ipsum & Delium, id est manifestatorem, & φαναῖον, id est illuminatorem nuncupant. Delium quidem ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι, id est ab eo quòd omnia manifestet: φαναῖον verò, ἀπὸ τοῦ φωτίζεσθαι, id est ab eo quòd lumine suo omnia lustret. Hinc in honorem Apollinis Anaphæi, qui omnia in lucem protrahit, templum excitatum est. Hinc Delus, & Anaphe, insulæ sacræ Apollini esse putatæ sunt. Propter prædictam rerum manifestationem, etiam vaticinandi scientia in ipsum relata est: & vaticinium Delphis repertum, appellârunt Pythium, quòd homines eò proficiscantur πυνθάνεσθαι, id est sciscitatum de rebus suis. Locus ille terræ umbilicus vocitatus est, non quòd terræ medius sit, sed propter ὀμφὴν, id est vocem divinam quæ ibi redditur. Obliqua autem, & intellectu difficilia, ambiguáq; cùm forent oracula, quæ reddebat, Λοξίας, id est obliquus nominatus est. Forsan hoc nomen sortitus est propter obliquitatẽ cursûs, quẽ per Zodiacũ facit. Musicũ

[3] ἔξω πὲ θεῦς. MS.—cur Δήλιον & φαναῖον vocent, vide Macrob. & Δήλιος non est epithetum topicum, quod etiam probat ϗ. ιλ. Hom. & ex eo *Etym.*
[4.] ἱερὰς αὐτῷ MS.
[5.] hanc rationem reddit Oenopides Chius apud Macrob. 1. 17. vel quoniam Λοξὼ nympha eum enutrivit. ϗ. Callim. p. 21.

καὶ

καὶ κιθαριστὴς παρεισῆκται, τὸ κρούειν ἐναρμονίως πᾶν μέρος τοῦ κόσμου, καὶ συνῳδὸν αὐτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι ποιεῖν, μηδεμιᾶς αὐτῶν [6.] ἐμμελείας ἐν τοῖς οὖσι θεωρουμένης, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν χρόνων πρὸς ἀλλήλους συμμετρίαν ἐπ' [7.] ἄκρου ὡς ἐν ῥυθμῷ τηροῦντος αὐτοῦ. καὶ τὰς τῶν ζώων δὲ φωνὰς, ὧν [8.] αὐτὸς τῶν ἄλλων σωμάτων ψόφος ἰδίᾳ τὸ ξηραίνεσθαι πρὸς τὰς ἀνακοὰς ποιεῖ. ἀπ' αὐτῆς δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ μουσηγέτης ἐκλήθη, καὶ ἐπίσκοπος, καὶ παίζειν μετὰ τῶν μουσῶν ἐνομίσθη.

Ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
Ἄνδρες ἀοιδοὶ [9.] ἔασιν ἐπιχθόνιοι βασιλῆες;

φησὶν ὁ Ἡσίοδος. διὰ τοῦτο καὶ ἱερὸς αὐτῷ ὁ κύκνος, τῷ μουσικώτατον καὶ λευκότατον ἅμα εἶναι τῶν ὀρνέων. ὁ δὲ κόραξ ἀλλότριος, διά τε τὸ μιαρὸς εἶναι, καὶ διὰ τὴν χροιάν. ἡ δὲ Δάφνη, καί περ [10.] δαφοινή τις οὖσα, στέμμα αὐτοῦ ἐστιν, ἐπειδὴ [11.] εὐεργές τε καὶ ἀειθαλὲς φυτόν ἐστι. τυγχάνει δὲ καὶ εὐέγκαυστός τις οὖσα, καὶ πρὸς τὰς καθάρσεις οἰκείως π ἔχουσα.

eum esse & citharœdum fingunt, quòd debitâ mensurâ feriat, & regat omnes mundi partes. nec non efficiat, ut mutuo concentu cum omnibus suis partibus consentiens & concinnus sit mundus, nullâ dissonantiâ apparente: quod quidem cernitur, dum quasi in rhythmo mutuam temporum consonantiam & commensurationem conservat: & quòd animalium voces, quæ cùm ab inanimatis redduntur, soni appellantur, ad nostras aures dirigat, iisdémque insinuet. Ab hoc principio, sive ab hac causa Musarum antistes & episcopus dictus est, & jocos cum Musis celebrare creditus est.

Eximii cantu, Musis & Apolline nati
Sunt, decorátque ipsos in terris regia virtus:

inquit Hesiodus. Hinc cygnus Apollini sacer est, quòd sit vocalissimus, & omnium avium candidissimus. Corvus autem ab ipso alienus est, cùm etiam ipso colore impurus sit, & prophanus. Daphne autem, id est lauro, licet funesta sit, attamen eâ coronatur. Causa est, quòd ea arbor mortalibus sit benefica, & semper in virore sit. Laurus facilè incenditur, & ad purgationes in primis idonea est.

[6.] ἐκμελείας. MS. [7.] ἀπ' ἄκρων ὡς ἐν ῥυθμοῖς. MS.

[8.] Post φωνὰς, MS. καὶ τοὺς τῶν α. σ. ψόφους διὰ τὸ ξηραίνεσθαι χρησίμως, τὸν ἀέρα ἀποδιδόντος, καὶ δαιμονίως ἡρμόσθαι πρὸς τὰς ἀκοὰς ποιοῦντος.

[9.] Versus posterior sic o. currit apud *Hesiod. Theog.* ἔασιν ἐπὶ χθόνα, καὶ κιθαρισταὶ, MS. κατὰ χθόνα. σχ. Homeri ἐπὶ χθονί. debet autem addi, ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. quanquam enim Reges & poëtæ sint ἐκ τῆς αὐτῆς σπορᾶς sive πηγῆς, sive ἀρχῆς; Jupiter tamen supremus est, inferior Apollo, n. quartus à Jove

[10.] καί περ δαφοινή τις οὖσα, non videtur Velarius in suo codice reperisse.

[11.] εὐεργὲς MS. ut & prius, in *Palæphato*. Vide Tzetzem ad *Lycophr.*

ὥσπ

ὥστε μὴ ἀλλοτρίως ἀνακεῖσθαι τῷ καθαρωτάτῳ καὶ καυστικωτάτῳ θεῷ. τάχα δὲ καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς προστρέχον, [12.] πῶς τῷ διαφαίνειν, ἐπιτηδείαν αὐτὴν ἐποίησε πρὸς τὰς μαντείας εἶναι δοκεῖν. ὁ δὲ τρίπους, διὰ τελειότητα τοῦ τῶν τριῶν ἀριθμοῦ δέδοται αὐτῷ. δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν τριῶν [13.] παρ' ἀλλήλων κύκλων, ὧν ἕνα μὲν τέμνει κινούμενος τὴν ἐνιαύσιον κίνησιν ὁ ἥλιος. δυοῖν δ' ἐφάπτεται, Ἐπεὶ δ' ἐν τοῖς λοιμοῖς ὡς ἔπιπαν δοκεῖ τὰ θρέμματα [1.] ποιμαίνεσθαι πρῶτον, καὶ συνεχέστερον κατ' ἀρχὰς φθείρεσθαι λοιμικῶς. κατὰ τοῦτο καὶ τὴν τῶν ποιμνίων ἐπιμέλειαν ἀνέθηκαν αὐτῷ, Λύκιον καὶ Λυκοκτόνον προσαγορεύοντες. Ἀγυιεὺς δ' ἐπονομάζεται δεόντως, ἱδρυθεὶς ἐν ταῖς ἀγυιαῖς. καταυγάζει γὰρ ταύτας, καὶ πληροῖ φωτὸς ἀνατέλλων, ὡς αὐτοῦ [2.] ἐναντίον εἴρηται τὸ,

Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόων τότε πᾶσαι ἀγυιαί.

Quapropter non immeritò dedicatur flagrantissimo & mundissimo deo. Forsan Daphne, id est laurus propter nominis etymon, quasi τῷ διαβαίνειν, id est transiendo, oraculis dedicata est, quasi oraculis reddendis apta sit, & conveniat. Tripus autem Apollini consecratus est, propter ternarii perfectionem. Plurimùm autem potest propter circulos tres alternatim positos, quorum unum secat sol means per annuum cursum, reliquos autem duos attingit. Quoties pestis ingruit, primò & continuè jumenta moriuntur, ipse autem ea pascere aggreditur, & sanare. Quapropter pascuorum curam ei veteres assignârunt, nominantes eum Lycium, & Λυκοκτόνον, id est luporum interfectorem. ἀγυιεὺς, id est viarum & vicorum præses putatur, quòd vicos & vias luce sua illuminet, & propterea in viis ei statuæ ponuntur. Exoriens namque, eas luce sua illustratq; implet, ut etiam hujus rei contrarium in isto carmine comprehenditur:

Sol occumbebat, tenebræque per omnia fusæ
Lumine privabant vicos.

[12.] πρὸς τὸ διαφ. MS.

[13.] παραλλήλων—post ἥλιος pone hypostigmen, ἥλιος, δυοῖν δ' ἐφάπτεται. MS.

[1.] ποιμαίνεσθαι MS. & φθείρεσθαι. V. σχ. ἰλ. α. v. 50. mox ante Λύκιον, MS. habet Νόμιον, quod confirmatur ex σχ. Hom. ἰλ. φ. v. 448. habet & *Macrobius* utrunque, quia pascit omnia quæ terra progenerat——omnium pecorum pastor canitur. *idem.*

[2.] ὡς αὐτοῦ ἐναντίον. MS. ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων—fortè ὡς ἐκ τοῦ ἐναντίου——

Καὶ

Καὶ [3.] λεσχηνόειον δ' αὐτὸν προσηγορεύουσιν, διὰ τὸ τὰς ἡμέρας ταῖς λέσχαις καὶ τῷ ὁμιλεῖν ἀλλήλοις συνέχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τὰς νύκτας δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἀναπαύεσθαι. [4.] Παιάνα δ' αὐτὸν καλέσαντες, εἴτουν κατὰ ἀντίφρασιν [5.] ἐξιλαστικῶς, ἵνα μὲ νόσους αὐτοῖς ἀναπέμπῃ, μὴ δὲ φθείρῃ τὸν ἀναπνεόμενον ὑπ' αὐτοῦ ἀέρα. εἴτε καὶ ὡς αὐτῷ ὄντι τῷ ὑγείας τοῦ σώματος αἰτίῳ γινομένῳ, διὰ τῆς τοῦ περιέχοντος εὐκρασίας.

Λεσχηνόειον, nugatorem & congerronem eum nuncupant, quòd interdiu homines inter se confabulentur & colloquantur, noctu autem sileant & conquiescant. Pæana eum nominant per antiphrasin, expetentes ut propitius sit mortalibus, arceátque morbos: néve aërem qui per ipsum exhalatur, inficiat & corrumpat. Sive quòd aër propter temperaturam cœlestis ambitus ità præparetur, ut salutis & sanitatis prorsus author esse judicetur.

ΠΕΡΙ' ΤΟΥ' ἈΣΚΛΗΠΙΟΥ'.

DE ÆSCULAPIO.

ΚΑΤ' ἀκόλουθον πάλιν, τὸν Ἀσκληπιὸν υἱὸν αὐτοῦ ἔφασαν γενέσθαι, τὸν δοκοῦντα τοῖς ἀνθρώποις ὑποδεδειχέναι τὴν ἰατρικήν. ἔχρῃν γὰρ καὶ τούτῳ τῷ [6.] τόπῳ,

Hinc rerum ordinem sequuti veteres, Æsculapium Apollinis filium dixere, quòd primus videatur medicam facultatem hominibus demonstrâsse. Necessitas enim requirebat, ut numen aliquod eximiæ isti & præclarissimæ facultati constitueretur,

[3.] Λέσχη δημόσιον οἴκημα παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ τοὺς μὴ ἔχοντας οἰκήματα λέχη ποιεῖσθαι ἢ παρὰ τὸ λεσχαίνειν ἐν αὐτῷ ὅ ἐστιν ὁμιλεῖν, σχ. Od. Σ. & Hesych. Suidas habet Λεσχήνειον—MS. Λεσχηνάρειον.

[4.] Παιὰν ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ ἀφέσει λοιμοῦ ᾀδόμενος σχ. Hom. ιλ. A.

[5.] ἐξιλαστικὸν MS. pro ὑπ' αὐτοῦ l. ὑπ' αὐτῷ. *Macrob.* Apollo autor est publicæ sospitatis, quam creditur sol animantibus præstare temperie, &c. c. 17. l. 1. *Saturn.*

εἴτε καὶ ὡς—MS ἐν αὐτῷ τῷ ὄντι τοῦ αὐτοῦ. f. ὡς αὐτὸν παῖδον ὄντα τῷ τῆς ὑγ. temperatus Solis calor morborum omnium fuga est. *Macrob.*

[6.] τῷ τόπῳ. MS. πόθῳ.

Θεῖόν

θεῖόν τι ἐπιστῆσαι. ὠνομάσθη δὲ Ἀσκληπιὸς ἀπὸ τοῦ [7.] ἐτῶσθαι καὶ ἀναβάλλεσθαι τὴν κατὰ τὸν θάνατον γινομένην ἀπόκλησιν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δράκοντα αὐτῷ παριστῶσιν, ὅτι ὅμοιόν τι τούτῳ πάσχουσιν οἱ χρώμενοι τῇ ἰατρικῇ κατὰ τὸ οἱονεὶ ἀνανεάζειν ἐκ τῶν νόσων, καὶ ἀποδύεσθαι τὸ γῆρας. ἅμα δ᾽ ἐπεὶ [8.] προσεχὲς ὁ δράκων σημεῖον, ἧς πολλῆς δεῖ περὶ τὰς θεραπείας. καὶ τὸ βάκτρον δὲ, τοιούτου τινὸς ἔοικεν εἶναι σύμβολον. παρίσταται γὰρ δι᾽ αὐτοῦ, ὅτι εἰ μὴ ταύταις ταῖς ἐπινοίαις ἐπεστηριζόμεθα, ἐπὶ τὸ [9.] συνεχὲς ἂν εἰς ἄῤῥωστον θᾶττον τοῦ δέοντος σφαλλόμενοι κατεπίπτομεν. λέγεται δ᾽ ὁ Χείρων τετροφέναι τὸν Ἀσκληπιὸν, κἀν τοῖς τῆς ἰατρικῆς θεωρήμασι [10.] τοῦ Ἀσκληπιοῦ, ἠπιόνην, τοῦ ὀνόματος οὐκ ἀργῶς εἰς τὸν μῦθον παρειλημμένου. δηλοῦντος δὲ τὸ πραϋντικὸν τῶν ὀχλήσεων, διὰ τῆς τοῦ ἠπίου φαρμακείας.

quod ipsi præesset. Æsculapius autem dictus est ἀπὸ τοῦ ἐτῶσθαι καὶ ἀναβάλλεσθαι, id est ab eo quòd incalletur, & in aliud tempus rejiciatur mortis accessus. Hinc factum est, ut serpentes Æsculapio consecrarentur, quòd hi qui medicinâ utuntur, non dissimile quippiam à serpentum natura patiantur. Renovantur enim exactis morbis, & quasi senectutem exuunt. Simul etiam attentionem & diligentiam, quâ plurimum opus est medico in curationibus, serpentes designant. Habet etiam quiddam mysterii Æsculapii baculus, qui significat, nisi talibus inventis confirmaremur, citiùs quàm oporteret, impingentes in adversam valetudinem incideremus. Ferunt Chironem educâsse Æsculapium, medicinam autem esse edoctum ab Hippione, quod nomen non otiosè in fabulam hanc translatum est. Significat enim cicurationem perturbationum, dolorúmq; sedationem, quæ contingit per lenitatem medicamenti.

[7.] Pro ἐτῶσθαι, Gyraldi codex, & MS. ἐσκλῆσθαι. & ἀπόσκλησιν—post ἰατρικῇ potest abesse κατὰ——

[8.] προσοχῆς MS.

[9.] συνεχῶς εἰς ἀῤῥωστίαν ἐμπίπτειν, κἂν θᾶττον τοῦ δέοντος σφαλλόμενοι καταπ. MS.

[10.] Ἀσκληπ. MS. θεωρήμασι ἠσκηκέναι τὴν τοῦ Ἀσκληπιοῦ Ἠπιόνην. uxor Æsculapii fuit illa, Pausania teste. V. σχ. Hom. ἰλ. Δ. v. 193. 4.

ΠΕΡΙ

ἼΔΙΑ ΠΕΡῚ ἈΡΤΈΜΙΔΟΣ.

SEORSIM QUÆDAM DE DIANA.

Ἡ δ' Ἄρτεμις φωσφόρος μὲν ἐπωνομάσθη, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν σέλας βάλλειν, καὶ φωτίζειν Ποσῶς τὸ περιέχον, ὁπόταν μάλιστα πανσέληνος ᾖ. Δικτῖννα δ' αὐτὴν λέγουσι, διὰ τὸ βάλλειν δεῦρο τὰς ἀκτῖνας. δίκειν γὰρ, [11.] τὸ βάλλειν. ἢ ἀπὸ τοῦ διϊκνεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῆς εἰς πάντα τὰ ἐπὶ γῆς, ὡς Δικτίνης αὐτῆς οὔσης. κυνηγέτιν δ' αὐτὴν, καὶ [12.] θηροκτόνον, καὶ ἐλαφηβόλον, καὶ ὀρεσίφοιτον, παρεισάγουσιν. ἤτοι τρέπειν εἰς τὰ ἄγρια βουλόμενοι τὴν ἐξ αὐτῆς βλάβην, ἢ ἐπειδὴ μάλιστα νυκτὸς καταφαίνεται. πολλὴ δὲ ἐν τῇ νυκτὶ ἡσυχία πανταχοῦ, καθάπερ ἐν ταῖς ὕλαις καὶ ἐν ταῖς [13.] ἐρημίαις ἐστὶν, ὥ-

Diana & Lucifer nuncupatur, quòd & ipsa splendorem emittat, cœlúmque aliquo modo lumine suo illustret; imprimis quando in plenilunio est, id est tota apparet. δικτῖναν, id est Dictinnam ideo eam vocant, quòd etiam usque ad nos radios suos promittat & jaciat. Nam δίκειν, significat βάλλειν, id est jacere & mittere. Aut ἀπὸ τοῦ διϊκνεῖσθαι, id est ab eo quòd vis ejus atque potentia permeet atque pervadat omnia quæ supra terram sunt, ὡς διϊκτινῆς αὐτῆς οὔσης, id est quasi omnia peragret. Fingunt eam esse venatricem, & θηροκτόνον, id est ferarum necatricem, ἐλαφηβόλον, id est, cervorũ jaculatricẽ, & ὀρεσίφοιτον, id est montivagam. Quid sibi vult hoc figmentum? Aut quòd in feras nocumenta, quæ ab ipsa descendunt, transferre voluerunt: aut declarare, quòd maximè noctu cernatur & appareat. Plurimum autem silentium nocte ubique sentitur; imprimis tamen in montibus, & in solitudinibus, noctu silentium magnum est.

[11.] Euripidæ. Dictynnam in nummo habes apud *Seguinum.* p. 116.
[12.] θηριοκτόνον MS. colebatur præcipuè apud Barbaros, ut σχ. Hom. notat, ad ιλ. ν. v. 74.
[13.] ἐρήμαις MS.

σε ἐν τοιούτοις περὶ χωρίοις αὐτὴν πλάζεσθαι δοκεῖν, ἔξωθεν ἤδη τούτου προσαναπλασμοῦ τοῦ κυνηγετεῖν αὐτὴν τοξότιν οὖσαν. [1.] συνῳδὸν δὲ τούτῳ, καὶ τὸ τοὺς κύνας ἱεροὺς αὐτῆς νομισθῆναι, πρός τε τὰς θήρας ἔχοντας ἐπιτηδείως, καὶ ἀγρυπνεῖν ἐν ταῖς νυξὶ, καὶ ὑλακτεῖν πεφυκότας. [2.] κυνηγετικὴ δὴ ἔοικε, καὶ τὸ μὴ διαλείπειν αὐτὴν, ὅτε μὲν διώκουσαν τὸν ἥλιον, ὅτε δὲ φεύγουσαν· εἶτ' ἐν τῷ Ζωδιακῷ μετερχομένην, καὶ [3.] συνιοῦσαν ταχέως τὰ ζώδια. οἰκεῖον γὰρ τῇ κυνηγεσίᾳ καὶ τὸ τάχος. προσγειοτάτην τε τῶν οὐρανίων οὖσαν αὐτὴν, περὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν ἔφασαν ἀναστρέφεσθαι. οὐχ ἑτέρα δ' οὖσα αὐτῆς ἡ Ἑκάτη, τρίμορφος εἰσῆκται, διὰ τὸ τρία σχήματα γενικώτατα ἀποτελεῖν τὴν σελήνην, μηνοειδῆ γενομένην, καὶ πανσέληνον, καὶ [4.] τρίτον τι ἄλλην σχέσιν πλάττουσιν ἀναλαμβάνεσθαι. καθὸ πεπλήρωται μὲν [5.] αὐτῇ ὁ μηνίσκος, οὐ πεπλήρωται δ' ὁ κύκλος. ἐντεῦθεν δ' ἤδη καὶ [6.] τριοδῖτις ἐπεκλήθη, καὶ τῶν τριόδων ἐπόπτις ἐνομίσθη, διὰ τὸ τριχῶς μεταβάλλειν ὁδεύουσα διὰ τῶν [7.] ζῴων.

Propterea non ab re, in primis cùm & venatrix, & sagittaria, seu jaculatrix quædam putetur, in hujuscemodi locis morari dicitur. Nec ab his abludit seu dissonum est, quòd canes consecrantur Dianæ, cùm sint ad venationes idonei, & ad vigilias nocturnas latratúsque nati. Venatrix esse hinc censetur, quòd non cesset, nunc persequens, nunc fugiens solem, deinde Zodiacum accedens, & celeriter cum signis coiens. Venatio enim veluti proprium quoddam, sibi celeritatem vendicat. Cùm autem omnium siderum, quæ in cœlo sunt, terræ sit proxima, nihilominus eam circa polos converti dixerunt. Non autem alia est ab Hecate. Triformis dicitur, quòd tres formas generalissimas ostentet, modò curvata in cornua, modò æquâ portione divisa, modo sinuata in orbem. Hinc etiam Trivia nominata est, putatúrque viarum esse præses, quòd ternam accipiat mutationem, dum Zodiacum perambulat.

[1.] συνῳδὸν l. Aristophanes συνῳδά σοι λαλῶ tecum sentio. Ἄρτεμις est Ἑκάτη; ità ei canes sacri. Hesych. in Ἑκάτης ἄγαλμα —— & κυνοκέφαλον αὐτὴν πλάττουσιν. Idem. *Theocr. Pharmac.* & *Tibul.*

Sola feros Hecates perdomuisse canes. Tibul.

[2.] Pro κυνηγετικῇ, MS. κυνηγεσίᾳ. Aristot. de Mundo dixit κυνηγέσιος. [3.] ἀνύουσαν.

[4.] τρίτον τι ἄλλο σχῆμα. MS. Artemid. l. 2. *Onir. Athen. Lib.* 7.

[5.] αὐτῆς. MS.

[6.] τριοδῖτις —— & ἐπόπτις. MS. [7.] ζῳδίων, MS.

τῦ δ' ἡλίυ διὰ τῆς ἡμέρας μόνον φαινομένυ, αὐτὴν καὶ νυκτὸς καὶ σκότυς ὁρωμένην καὶ [8.] μεταβάλλυσαν, νυχίαν τε, καὶ νυκτιπόλον, καὶ χθονίαν ἐκάλεσαν. καὶ τοῖς καταχθονίοις θεοῖς δεῖπνα ἐμφέροντες, [9.] αὐτῇ ἤρξαντο συντιμᾶν. προσανεπλάσθη δὲ τούτῳ καὶ τὸ μιαίνεσθαι τὴν αὐτὴν, καὶ μιαίνειν ὥσπερ τοὺς κατοιχομένους. καὶ τὸ ταῖς [10.] φαρμακίσι συνεργεῖν, καὶ ἐπάγεσθαι ταῖς οἰκίαις. εἶτα τελευταῖον τὸ πένθεσι καὶ φόνῳ χαίρειν. ἐξ οὗ τινὲς προήχθησαν, καὶ τὸ θυσίαις αὐτὴν ἀτόποις καὶ σφαγιασμοῖς ἀνθρώπων ἱλάσκεσθαι θέλειν. καθιέρωσαν δὲ καὶ τρίγλας αὐτῇ, διὰ τοὔνομα. ἐνοδία δέ ἐστιν οὐ δι' ἄλλο τι, ἢ [11.] Διὸς καὶ Ἀπόλλωνος Ἀγυιᾶς. δοκεῖ δὲ καὶ πλείστοις ἡ αὐτὴ εἶναι καὶ Εἰλήθυια, ἀπαύστως εἰλουμένη, καὶ θέουσα περὶ τὴν γῆν. ἣν εὔχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι, λύουσαν τὸ ἐσφιγμένον τῶν κόλπων πρὸς τὸ ῥᾷον,

Sol autem cùm interdiu solùm conspiciatur, ipsa autem noctu videatur, accidit ut eam *νυχίαν*, id est nocturnam, & *νυκτιπόλον*, id est noctu cursum suum peragentem, & terrestrem eam appellarent. Et simul cum ipsa cœperunt colere deos terrestres, quibus cœnas apponunt. Finxerunt quoque veteres lunam pollui, & id eò quòd polluat & prophanet, non secus ac mortui. Testantur etiam Dianam operam suam præstare sagis, & è cœlo ad domos deduci. Additum est, ipsam luctu & cæde gaudere plurimúm. Hinc quidam moti, ut ejus numen placarent, sanguine humano, hominúmque victimis litarunt, qui sanè cultus immanissimus est. Nominis autem ratione ducti *τρίγλαν*, id est piscem mullum ei dedicarunt. Trivia autem nullâ alia ratione vocatur, quàm quòd & ipsa sicut Jupiter & Phœbus, viis præsideat. Hæc eadem à quibusdam existimatur esse *Εἰλήθυια*, id est Lucina, quasi indesinenter *εἰλυμένη*, id est volvatur circa terram, eandémque ambiat. Hanc precantur sibi occurrere placidam parturientes, petúntque ut sinus constrictos leviter solvat,

[8.] καταβάλλυσαν MS.

[9.] Locus iste videtur corruptus; tacente MS°. lego αὐτὴν——& mox τῦτο διὰ τὸ μιαίν—Hecates cœnam Lucian. commemorat in *Dial.* τὴν ἔναν ταύτην MS.

[10.] φαρμακείαις MS. mox lego ταῖς ἐπῳδαῖς.

[11.] ἢ διότι καὶ Ἀπόλλων. MS. Cæterum Εἰλήθυια est ab origine Hebr. *Bochartus*, & *Heinsius*.

καὶ

καὶ ἀπονώτερον [12.] ποιοῦσαν ποιεῖν τὸ κυϊσκόμενον, λεγομένης αὐτῆς καὶ Ἐλευθοῦς. πλείους δ' Εἰλείθυιαι παραδέδονται, καθ' ὃν λόγον καὶ πλείους Ἔρωτες. πολύτροποι γὰρ οἱ τοκετοὶ τῶν γυναικῶν, ὡς τῶν ἐρώντων αἱ ἐπιθυμίαι. [13.] φανερὸν δ' ἡ σελήνη τελεσφορεῖσθαι ποιεῖ τὰ συλλαμβανόμενα. καὶ ταύτης, [14.] τό, τε αὔξειν αὐτὰ, καὶ τὸ ἀπολλύειν, καὶ τὸ φανερῶς πεπονθέναι. οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ κατ' ἄλλην μὲν ἔμφασιν [1.] ἀρχαίαν ὑπενόησαν τὴν Ἄρτεμιν, ἄχραντον καὶ ἁγνὴν οὖσαν ὁμοίως τῷ ἡλίῳ. κατ' ἄλλην δὲ [2.] ἐπίκουρον τῶν τικτουσῶν, ἐπ' αὐτῇ κειμένου τοῦ εὐτοκεῖσθαι τὰ τικτόμενα. κατὰ τρίτην δὲ θηριῶδές τι καὶ χαλεπὸν ἔχουσα, οἷον ἔφαμεν περὶ [3.] τῆς Ἑκάτης, ὑπόνοιαν εἶ.

facilémque minúsque laboriosum largiatur partum, quæ eadem & Ἐλευθοῦσα, id est veniens, scilicet ad parturientes, nominatur. Plures autem traduntur esse Lucinæ, sicuti etiam complures & varii sunt Amores. Ut enim variæ multæque sunt amantium cupiditates, ità varii multíque mulierum sunt partus. Liquet autem Lunam efficere, ut conceptus ad maturitatem perfectam veniant. Ejusdem etiam est, embryonibus dare incrementum, & eosdem perdere, ídque manifestè facere. Nec mirum videatur, si Diana propter aliquam causam antiquam creditur puritate & castitate nihil à sole differre: & propter aliam causam parturientibus præesse, quasi in ipsa sit qtum, ut mulieres facilè pariant: porro propter aliam, quasi horrendum aliquid & austerum præ se ferat, sicuti supra de Hecate commemoravimus.

[12.] ποιεῖν MS. [13.] φανερῶς δ' MS.
[14.] εἰ ποτὲ MS. & ἀπολύειν τῶν φερουσῶν πεσανθέντα. MS.
[1.] Pro ἀρχαίαν MS. παρθένον. [2.] ἐπίκουρον MS.
[3.] ὡς ἔφην, MS. n. dixit hoc p. 7.

ΠΕΡΙ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ἍΔΟΥ.

DE INFERNO.

Τελευταῖον δὲ, τὸν δεχόμενον τὰς ψυχὰς ἀέρα Ἅδην, ὡς ἔφησαν, διὰ τὸ ἀειδὲς προσηγόρευσαν. μὴ φαινομένων δ᾽ ἡμῖν τῶν ἀπὸ γῆς, ἐκεῖσε χωρούντων, διαλλάττοντα [4.] ἐβόησαν [5.] κλύμενος ὁ αὐτὸς λέγεται, τῷ αἴτιος εἶναι τοῦ κλύειν. ἀὴρ γὰρ πεπληγμένος ἡ φωνή. εὔβουλον δὲ καὶ εὐβουλέα, κατ᾽ ἀποδυσπέτησιν ὠνόμασαν αὐτὸν, ὡς καλῶς περὶ τῶν ἀνθρώπων [6.] βουλομένων, διὰ τὸ παύειν αὐτοὺς ποτὲ τῶν πόνων καὶ τῶν φροντίδων. ἐπονομάζεται [7.] δὲ ἐπιθετικῶς καὶ πολυδέκτης, καὶ [8.] πολυδεγαίων καὶ πολύαρχος· πολλούς τε δεχόμενος, καὶ τῶν [9.] λεγομένων πλείονας, ἢ πολλῶν ἀρχῶν. [10.] Πυλάρ-

Aerem autem infimum, qui morientium animas excipit, veteres Ἅδην, id est infernum nuncupavêre, διὰ τὸ ἀειδὲς, id est propter suam obscuritatem, quòd non conspiciatur. Cùm autem non appareant nobis animæ in Orcum proficiscentes, aliud nomen sortitus est. eúmque vocant διαλλάττοντα, id est reconciliantem, aut reconciliatorem. Idem & Clymenus nuncupatur, quòd τοῦ κλύειν, id est sonandi; sive ut sonus reddatur, author sit. Aër enim repercussus, est vox. Nominant eundem & Eubulum, & εὐβουλέα, id est bonum consiliarium, ut qui optimè de hominum salute consulat, quòd eos à laboribus, & miseriis & curis liberet. Cognominatur quoque epitheticè Πολυδέκτης, & Πολυδεγαίων & Πολύαρχος, ut qui multos excipiat, & plures quàm relinquuntur; sive qui pluribus imperitet. Homerus Πυλάρτην dixit,

[4.] τοὺς διαλλάττοντας ἐβόησαν. ter. inquit σχ. Hom.
[5.] κλύμενος ὁ Ἅδης. MS. [6.] βουλευόμενος διὰ τοῦ MS.
[7.] Hæc quæ, ad finem usque sequuntur habet Cod. Ox. α. n. 125. vidit etiam in suo Gyraldus.
[8.] Πολυδέκτης, ut Isis, quæ Terra est, Platoni dicitur Πανδεχής. pro Πολυδεγαίων lego Πολυδέγμων.
[9.] An fortè δεχομένων. Gyraldus noluit vertere hunc locum. ego γινομένων in versione expressi.
[10.] τὸν τὰς πύλας ἰσχυρῶς ἐπαρτῶντα σχ. Hom. Λ. Odyss. v. 276. quæ quidem verba Porphyrii sunt, ut patet ex Grammaticis Græcis MSS. in Bibl. Regis, ad S. Jacobum.

τὴν δὲ αὐτὸν ὁ ποιητὴς προσηγόρευσεν ὡς ἀκριβῶς ἡρμοσμένας τὰς πύλας ἔχοντα καὶ μηδένα ἀνιέντα. ὁ δὲ Χάρων ἴσως μὲν κατ᾽ ἀντίφρασιν ἐκ τῆς χαρᾶς ὠνομάσθη· δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς χώρας, ἢ τοῦ [11.] χανδάνειν τὸ ἔτυμον ἔχειν. ἢ ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι. ὁ δὲ Ἀχέρων ἀπὸ τῶν γινομένων ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι ἀχῶν προσήχθη, καὶ ἡ Ἀχερουσία λίμνη. φανερὸν δὲ πόθεν καὶ ὁ Κωκυτὸς καὶ ὁ πυριφλεγέθων τὴν κλῆσιν ἔσχον, πάλαι [12.] καιόντων τοὺς νεκροὺς, καὶ κωκυτοὺς ἐγειρόντων τῶν Ἑλλήνων. Διὰ τοῦτο καὶ Δαίμονας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ κεκαῦσθαι καλοῦντες. ἡ δὲ Ἄορνος λίμνη φυσικώτερον ἴσως ἀπὸ τοῦ ἀέρος προσηγορεύθη. καί τοι καὶ τὸν σκότον, ἔσθ᾽ ὅτε καὶ τὴν ὁμίχλην, ἀέρα οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν· οὐ μὴν ἰδίαν οὕτως [13.] ἀπεχρήσατο τῇ τοῦ ἀέρος ἐγγύτητι ὡς ἐκ τῶν λεγομένων φασγανίων στέφουσι τὸν Πλούτωνα, στέφουσι δὲ αὐτὸν τῷ ἀδιάντῳ πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ ἀναίνεσθαι [14.] τοὺς τελευτῶντας, καὶ μηκέτι διερὸν ἰσχύειν· στέρεσθαι δὲ τῆς παραιτίας τοῦ ἀνακαινίζεσθαι καὶ θάλλειν ἰκμάδος. ἐντεῦθεν καὶ [15.] ἀλίβαντα μεμυθεῦσθαι, διὰ τὴν τῆς λιβάδος ἀμεθεξίαν τῶν νεκρῶν. οἰκείως δὲ τοῖς

ut qui portas diligenter clauſas cuſtodiat, nemine permiſſo exire. Nominari autem videtur Charon ἀπὸ τῆς χαρᾶς, per antiphraſin. Licèt & ἀπὸ τῆς χώρας vel τοῦ χανδάνω, aut ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι, id eſt hiando, ſuum fortè etymon habeat; ità etiam & Ἀχέρων & Ἀχερουσία palus deduci poſſunt ἀπὸ τῶν ἀχῶν à doloribus, qui pro mortuis fiunt. Manifeſtum porro eſt unde Κωκυτὸς, & Πυριφλέγεθων denominationem ſortiantur. ex eo n. quod Græci olim mortuos comburebant, luctúſque ſuper eis ciebant; proinde etiam Δαίμονας dixêre, ad combuſtionis negotium reſpicientes. Porro Ἄορνος palus non ſine Phyſicâ ratione ab aëre denominatur. Sanè veteres & tenebras & caliginem vocabant ἀέρα. Quin imò aëris vicinitate ità abuſi ſunt ad has res, ut etiam herbis Phaſganiis Ditem coronarent, ut & Adianto, ad ſubinnuendum quòd mortui exaruerint, nihílq; habeant ſucci, careántq; omni humiditate, quæ ſolet efficere ut res renoventur & refloreſcant. Hinc etiam Ἀλίβαντα fingi, quoniam mortui nè guttam quidem habeant in ſe humoris. Sed &

[11.] Hîc mihi aqua hæret, & ut puto, Gyraldo. Χάζω, unde κεχανδώς, eſt χωρῶ· χανδὸν κόλαξ apud Euſtath. an ergo ἢ ἀπὸ τοῦ χανδὸν? aut χανδάνω?

[12.] σχ. ιλ. α. v. 52. Hercules morem invexit.

[13.] Lego ἀπεχρήσαντο——— [14.] ἀναίνεσθαι—l. αὐαίνεσθαι.

[15.] Legit Gyraldus Ἀλίβαντα, & de Plutone intelligit; ego ἀλίβαντας. & mox ἀμεθεξίαν———

κατοι-

κατοιχομένοις καὶ ὁ Νάρκισσος ἔχειν ἔδοξε, καὶ Ἐριννῦν ἔφασαν αὐτῷ [1.] στεφάνωμα εἶναι, προσεμφάσαντες τῇ παραθέσει τῆς νάρκης καὶ τὸ οἷον διαναρκᾶν τοὺς ἀποθνήσκοντας. οὕτω δ' ἂν εἰδέναι καὶ τἆλλα τῶν μυθικῶς παραδεδόσθαι περὶ θεῶν δοκούντων ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὰ [2.] παραδεδειγμένα; ὦ παῖ, δύναιο· πεισθεὶς ὅτι οὐχ οἱ τυχόντες ἐγένοντο οἱ παλαιοὶ, ἀλλὰ καὶ συνιέναι τὴν τοῦ κόσμου φύσιν ἱκανοὶ, καὶ πρὸς τὸ διὰ συμβόλων καὶ αἰνιγμάτων φιλοσοφῆσαι περὶ αὐτῆς εὐεπίφοροι. Διὰ πλειόνων δὲ καὶ ἐξεργαστικωτέρως εἴρηται τοῖς πρεσβυτέροις [3.] φιλοσόφοις, ἐμοῦ νῦν ἐπιτετμημένως αὐτὰ παραδιδοῦναι σοι βουληθέντος. Χρησίμη γὰρ αὐτῶν καὶ ἡ ἐπὶ τοσοῦτον προχειρότης ἐστί. περὶ δὲ ἐκείνων καὶ περὶ τῆς θεραπείας τῶν θεῶν καὶ τῶν οἰκείων εἰς τιμὴν αὐτῶν γινομένων, καὶ τὰ πάτρια καὶ τὸν ἐντελῆ λήψῃ λόγον, οὕτω μόνον, ὡς εἰς τὸ εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὸ δεισιδαιμονεῖν εἰσαγομένων τῶν

Narcissus satis propriè videtur mortuis attribui, (unde & Erinnyn eo coronari dixêrunt) volunt utique per appositionem τῆς νάρκης occultò significare, quòd mortui obrigescant. Et hoc pacto, ô fili, alia omnia quæ de Diis fabulosè tradita fuêre, potes ad veritatem revocare juxta hæc quæ jam dicta sunt, persuasissimúmque hoc habeas, quod veteres non fuêre contemnenda capita, sed ad naturam Mundi cognoscendam idonei, eámque explicandam Symbolis & figuris ingeniosè felices. sed veteres Philosophi de his omnibus fusiùs & operosiùs commentati sunt; mihi autem impræsentiarum compendio uti visum est. Nam & usum suum habet, opinor, iste hactenus procedens de iis libellus. Cæterùm & hæc Patris tui breviter dicta, & quæ alii perfectiori plenioríque sermone concepêre de Symbolis, & de deorum cultu, déque iis quæ sacra peculiari ratione alicui numini habentur, ità intelliges omnia, ut cupiamus ad veram religioné formare adolescentes, non ad superstitioné,

[1.] στεφάνωμα εἶναι. lego στεφανοῦσθαι——

[2.] ἐπὶ τὰ παραδεδομένα. puto, juxta ea quæ hîc tradita fuêre.

[3.] Id fecisse videtur Alexander Aphrodisiensis, (v. Problem.) Andreas [apud *Athen.*] Antigonus Carystius, Apollonides, Archelaus Ægyptius, Cleanthes, Damascius Damascenus, Dorotheus, Euanthes, Euphorion, Heraclides Ponticus, Heraclitus, [&] Jamblichus [περὶ θεῶν,] Isigonus [apud Arist.] Julianus παραβάτης, Melissus, Metrodorus Lampsacenus, Myrsilus Lesbius, Lamiscus Samius, Palæphatus, Polemon [apud Athen.] Ptolomæus [σχ. Arati,] Silenus Chius, Sotion, aliique.

νέων, καὶ θύειν καὶ εὔχεσθαι καὶ προσκυνεῖν, καὶ ὀμνύειν κατὰ τρόπον, καὶ ἐν τοῖς ἐπιβαλλομένοις καιροῖς, καθ' ἣν ἁρμόττει συμμετρίαν, διδασκομένων.

volumus utique docere eos rem ſacram & preces facere; ut adorent deos caſtè; ut jurent ritè, & quando, & quatenus deceat.

ΤΕ'ΛΟΣ.

FINIS.

INDEX

IN

Palæphatum, Heraclitum, Anonymum,

ET

Cornutum. C hîc notat Cornutum.

Coelo

Malis

M.

N.

O.

P.

R.

S.

Sire-

FINIS.

ΣΑΛΛΟΥΣΤΊΟΥ ΦΙΛΟΣΌΦΟΥ

ΠΕΡῚ

ΘΕΩ͂Ν ΚΑῚ ΚΌΣΜΟΥ.

SALLUSTII PHILOSOPHI

DE

DIIS & MUNDO.

LEO ALLATIUS

Nunc primus è tenebris eruit, & Latinè vertit.

Juxta exemplar Romæ impressum.



S:M:

CANTABRIGIÆ:
Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,
Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

Clarissimo & Eruditissimo viro,

LUCÆ HOLSTENIO

GABRIEL NAUDÆUS

S. P. D.

CIrcumspicienti mihi diligenter, cuinam ex amicis potiori jure committendus esset hic Philosophus, quem velut è fracta navi in littus expulsum, & pictâ se veste tuentem, summus equidem Vir Leo Allatius jam dudum hospitio suo exceperat; Tu profectò unus omnium, *eruditissime Holsteni*, mihi visus es summoperè idoneus, quem præ cæteris ad istud negotii deligerem. Sive enim studiorum, quæ te pariter ac illum exercent oblectántque suavissimè, mutuam inter se consensionem attendo; tales omnino vos esse fatendum est, ut qui vestram amborum industriam in eruendis à situ & pulvere antiquiorum auctorum monumentis, non æstimet esse singularem, is meo quidem judicio parùm intelligere videatur, quantùm intersit Reipublicæ literariæ, naufragium istud ingens, omni ope & consilio reparari, cujus occasione factum est, ut quæ olim à doctissimis Viris magno labore elucubrata fuerant, ea nostram ad ætatem pervenire omnia minimè potuerint: Sive necessitudinem considero, quæ præclaris ac illustribus officiis arctissima dudum inter vos coaluit, & novis quotidiè confirmata, indissolubilis

deinceps futura eſt ; næ ego , qui utriuſque etiam veſtrûm amantiſſimus ſemper extiti, haud ſatìs ex munere meo feciſſe viderer, ſi hanc occaſionem nactus, quânam inter nos ſimus animi propenſione atque affectu, omnibus ſignificandi, ad aliquem alium converſus, effluere mihi atque elabi permitterem: Sive denique in Salluſtium ipſum reſpicio, qui incredibili quâdam virtute de rebus arduis & ſublimibus dicendi, non omnium quidem, ſed doctiſſimorum manibus attrectari gaudet, nè, quod gemmis & unionibus contingit, ſi non inter κειμήλια aſſervetur, continuò vileſcat; quî meliùs, amabò, ejus voluntatem exhaurire potui, quàm ſi dum à Leone Allatio diſcedit, homine ſupra vulgus eruditorum noto, eum ad te tranſmittam, qui non poſtremus quoque inter ſcientiarum proceres cluis, atque eo potiſſimum nomine Eminentiſſimo tuo Principi FRANCISCO BARBERINO maximo & unico literatorum hâc tempeſtate fautori, ac ingeniorum cenſori acerrimo, gratiſſimus meritò acceptiſſimúſque haberis? Enimvero ad haſce cauſas, quæ me in tui cultum & obſequium ſponte currentem impulerunt, ut acceptum ante aliquot annos ab homine mihi amiciſſimo, & fidei meæ atque diligentiæ concreditum hunc libellum, in tuo nomine apparere vellem; acceſſerunt etiam aliæ, quæ ſatìs per ſe mihi, ut iſtud facerem, in animum inducere poterant: linguæ ſiquidem Græcæ peritiſſimus es, juxtáque decretorum veteris Philoſophiæ, quibus noſter hic Salluſtius adeò variè frequentérque ſuas opiniones fulcire & illuſtrare deprehenditur, ut qui aſſiduâ ſtudiorum contentione in ſingulis Philoſophorum ſcholis perſpecta hæc, multúmque antè cognita uſu & explorata non habebit, is plurimùm certè de illa voluptate remittat, quæ tibi abſque ullo obice quoſvis antiquorum libros evolventi, liquidiſſima plerunque ac ſuaviſſima contingit. Quamobrem cùm de iſtius

istius Auctoris præstantiâ dubitare non possis; reliquum modò est, ut hunc, cui longa jam series temporum emensa, & doctrinæ vis, ac maximorum virorum Damascii, Suidæ, aliorúmque testimonia non minimùm suffragantur ad laudem, tuâ pariter commendatione ornatiorem esse velis: Méque præterea, & Leonem Allatium, qui tibi tuísque eximiis virtutibus favemus impensè, mutuò etiam redames, eóque affectu prosequaris, quem hactenus in te sumus experti valdè cumulatum & constantem. Vale.

Dabam Romæ vi. Id. Jul. MDCXXXVIII.

 Imprimatur,

Imprimatur, ſi videbitur Reverendiſſ. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. B. Epiſc. Cam. Viceſg.

C*Vm juſſu Reverendiſſimi Patris Domini mei Nicolai Riccardii Sacri Palatii Magiſtri lucubrationem* De Diis, & Mundo *Salluſtii Philoſophi Cynici à Leone Allatio V. C. Latino idiomate è Græco tranſmiſſam viderem, admiratus ſum elegantiam, & inter tenebras ethniciſmi tot lumina virtutis & veritatis. Itaque typis dignam duxi ad augendum literatorum penu vetera perſcrutantium. Datum Romæ* XII. *Cal. Julii, Ann.* MDCXXXVIII.


BARTHOLOM. TORTOL.

Imprimatur,

Fr. Nicolaus, Riccardius Sac. Palatii Apoſtolici Magiſter.

ΠΕΡΙ' ΣΑΛΛΟΥΣΤΙ'ΟΥ ΔΑΜΑ'ΣΚΙΟΣ Παρὰ ΦΩΤΙ'Ω ἐν τῇ μυριοβίβλῳ.

Τμήμ. σμβ'.




Σαλλούστιος κυνίζων οὐ τὴν εἰθισμένην ὁδὸν ἐπορεύετο τῆς φιλοσοφίας, ἀλλὰ τὴν κεχαραγμένην πρὸς ἔλεγχόν τε καὶ λοιδορείαν, καὶ τὸν μάλιστα δὴ πόνον ὑπὲρ ἀρετῆς. ὑπεδέδετο δ' οὗτος σπανιάκις, ἢ τὰς Ἀττικὰς ἰφικρατίδας, ἢ τὰ συνήθη σανδάλια περιδεδεμένος· ἐφαίνετο δὲ οὐδέποτε ἐπὶ πλεῖστον χρόνον οὔτε ἀρρωστῶν τὸ σῶμα, οὔτε ταλαιπωρούμενος τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον ἐυλόφῳ αὐχένι τὴν ἄσκησιν ὑπέμενε, καλὰ καὶ ἀξιέπαινα πολιτεύματα, καὶ ὅσα τοιαῦτα φιλανθρωπεύματα.

Καὶ αὖθις.

Ὅτι ὁ Σαλλούστιος εἰς τοὺς τῶν ἐντυγχανόντων ὀφθαλμοὺς ἀφορῶν, προέλεγεν ἑκάστοτε τὴν βία γενησομένην ἑκάστῳ τελευτήν. τὴν δὲ

DE SALLUSTIO DAMASCIUS Apud Photium in Bibliothecâ.

Cod. CCXLII.



Allustius cynico more vivens, non tritam Philosophiæ viam tenuit, sed eam quæ ad reprehendendum obtrectandúmque apta est, & ad sustinendos pro virtute labores peridonea. Rarò vel iphicratidas Atticas, vel usitata sandalia induebat. Neque illum quispiam vel corpore diu infirmum, vel animo ægrum, & anxium vidit: sed, quod dici solet, erectâ cervice laborem subibat, honesta item & laudabilia studia, & id genus alia homine digna.

Rursus.

Sallustius oculos obviorum inspiciens, frequenter singulis mortem violentam prænunciabat; cau-

αἰτίαν

αἰτίαν τῆς προγνώσεως οὐδ' αὐτὸς εἶχε φράζειν. καίτοι ἐπεπειρᾶτο ἐρωτώμενος τὸ σκοτεινὸν τῶν ὀφθαλμῶν αἰτιᾶσθαι, καὶ ἀχλυῶδες, καὶ νοτισμοῦ μεστὸν, οἷς ἐπὶ πένθεσι, ταῖς κόραις αὐταῖς ἐμφερόμενον.

fam verò, quâ antè prænofceret, nè ipfe quidem dicere poterat, licèt interrogatus conaretur, & oculorum obfcuritatem & tenebras, & humoris, qui in luctu pupillis ipfis oculorum contineretur, in illis abundantiam, prænotionis caufam effe contenderet.

Καὶ αὖθις.

Ὁ δὲ Σαλλούστιος οὐκέτι τοῦ δικανικοῦ, ἀλλ' ἤδη τοῦ σοφιστικοῦ βίῳ προσεῖχε τὸν νοῦν. ἐξέμαθε δὲ καὶ τοὺς δημοσίους ἅπαντας τοῦ Δημοσθένους λόγους. καὶ δὴ λέγειν αὖ ἱκανὸς, οὐ τοὺς νέους μιμούμενος σοφιστὰς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον τόνον τῆς λογογραφίας ἁμιλλώμενος. ἀμέλει καὶ ἔγραψε λόγους οὐ πολύ τι ἐκείνων λειπομένους. ἀνυπόδετος περιῄει τὴν οἰκουμένην, ὡς φάναι λόγον, ἅπασαν.

Rurfus.

Salluftius non ampliùs forenfis, fed Sophifticæ vitæ rationi animum intendit. De rebus publicis etiam Demofthenis orationes memoriæ mandavit omnes. Adhæc fatìs erat difertus, non recentiores Sophiftas imitans, fed cum vetere fcriptionis fplendore certans; Orationéfque fcripfit non multò illis inferiores. Nudis pedibus orbem terrarum fermè univerfum ambiit.

Ἐκ τοῦ Σουΐδα.

Σαλλούστιος φιλόσοφος ὃς ἔφη ἀνθρώποις οὐ ῥᾴδιον εἶναι φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον. τοῦτον ἀκούσας, ἀπέστυξα δὴ τοῦτον τὸν λόγον, ὡς οὔτε ἀληθῆ λεγόμενον, οὔτε λέγεσθαι ἄξιον. ἀλλὰ γὰρ ὁ Σαλλούστιος ᾔδει τὸ ἐμὸν εἰπεῖν. οὐ γὰρ διεβέβλητο πρὸς φιλοσόφους ἁπλῶς, ἀλλὰ φύσει μισοπόνηρος ἦν, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον ὀχλολοίδορος, καὶ πᾶσιν ἐπιθέμενος τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ ὁπωσοῦν, ἐκ πάσης προφάσεως ἐλέγχων ἑκάστους, καὶ διακωμῳδῶν. ἐνίοτε μὲν σπου-

Ex Suida.

Salluftius Philofophus, qui dicebat, philofophari hominibus non effe facile, fed potiùs impoffibile. Quo ego audito, fermonem hunc fum averfatus, ut neque verum, neque dictu dignum. Cœterum Salluftius fciebat, ut ipfe dico. Nec enim apud Philofophos malè prorfus audiebat, fed erat naturâ inimicus improborum, &, ut aiebat Heraclitus, Turbæ conviciator, omniúmque delinquentium infectator, & quovis modo, quâvis occafione quoflibet arguens, & comicè perftringens; interdum quidem fe-

διάξων, τὰ δὲ πολλὰ τῷ γελοίῳ χαίρων ἤθει καὶ φιλοσκώμμονι. καὶ γὰρ ἦν ὁ Σαλλούστιος εὐτράπελος ἱκανῶς, καὶ σκώπτειν εὐφυέστατός τε καὶ προχειρότατος, ἐξαιρέτως μὲν ἔχων αὐτός, ἐκ γένους δὲ ὅμως τὰς τοιαύτας χάριτας. ὁ γάρτοι πέμπτην ἀρετὴν ὀνομάσας τὴν περὶ Θεῶν δόξαν ἀληθῆ, δοκοῦσαν ἐνεῖναί ποτε τοῖς πονηροτάτοις Σαλλούστιός ἐστιν. ἔτι δὲ πρὸς ἐνίους τῶν ἀλλοφύλων, τὰ μὲν ἄλλα αὐτοῦ ἐπαινοῦντας, ἓν δὲ αὐτῷ λείπειν εἰρηκότας, μὴ δοξάζειν περὶ Θεῶν τὰ αὐτὰ τοῖς πολλοῖς· ἐᾶτε, ἔφη, τοῦτό γε διὰ τὴν νέμεσιν προσεῖναί μοι. τῷ δὲ Παμπρεπίῳ μέγιστον ἤδη δυναμένῳ ἐντυχών, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ὡραϊζόμενος, τί Θεοὶ πρὸς ἀνθρώπους ἔφη; τίς δὲ ἔφη οὐκ οἶδεν, ὡς οὐκ ἐγὼ πώποτε Θεὸς ἐγενόμην, οὔτε σὺ ἄνθρωπος; ταῦτα περὶ Σαλλουστίου. κυνικώτερον δὲ ἐφιλοσόφει.

riò rem gerens, plerumque verò ridiculis, & dicteriorum amantibus moribus gaudens. Etenim Salluſtius admodum facetus erat, & ad deridendum etiam ingenioſiſſimus atque promptiſſimus: Hujuſmodi verò gratias egregiè quidem ipſe ex ſe & ex genere habebat. Qui enim quintam virtutem nominârit, opinionem de Diis veram, quæ interdum improbiſſimis ineſſe videatur, Salluſtius eſt. Præterea verò quibuſdam peregrinis qui cætera quidem ejus laudabant, unum verò ei deeſſe dicebant; quòd non ita de Diis, ut vulgus ſentiret, reſpondit: Hæc ſaltem propter Nemeſin adeſſe mihi ſinite. Cùm autem Pamprepium maximâ potentiâ jam præditum adiiſſet, & ille, qui elegans videri volebat, ei dixiſſet: Quid Dii ad homines? Quis verò, inquit, ignorat, neque me unquam Deum, neque te hominem fuiſſe? Hæc de Salluſtio. Philoſophabatur autem Cynico ferè more.

Καὶ πάλιν.

Σαλλούστιος. οὗτος εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἧκεν Ἀθήνηθεν σὺν Ἰσιδώρῳ τῷ φιλοσόφῳ. παράδοξος δὲ ὁ τρόπος Σαλλουστίου πᾶσιν ἀνθρώποις, τὰ μὲν φιλοσοφοῦντος ἐπὶ τὸ καρτερώτερον, τὰ δὲ παίζοντος ἐπὶ τὸ γελοιότερον. ἑκάτερον οἶμαι πέρα τοῦ μετρίου. καὶ δεῖ κρίσεως εἴπερ τινὶ ἄλλῳ τῷδε τῷ βίῳ. καὶ δὴ Σαλλούστιος τὰ μὲν πατρόθεν ὥρμητο ἀπὸ Συρίας· τὰ δὲ πρὸς μητρὸς Ἐμεσηνὸς ἐγε-

Et rurſus.

Salluſtius. Hic Athenis Alexandriam cum Iſidoro Philoſopho venit. Salluſtii verò mores omnibus hominibus admirabiles fuerunt. quia partim quidem conſtantiſſimè philoſophabatur, partim verò perridiculè jocabatur: utrumque, opinor, ultra modum. Hæc enim vita, ſiqua alia, judicium requirit. Salluſtius igitur paternum quidem genus à Syria ducebat, maternum verò ab urbe E-

γόνει.

γόνει. ὁ πατὴρ δὲ αὐτῷ Βασιλίδης ὀνομάζετο, Θεόκλεια δὲ ἡ μήτηρ. εὐφυὴς δὲ ἐπὶ πολλὰ γεγονὼς, καὶ τὸ ἦθος αὐστηρὸς, καὶ φιλότιμος, τὰ μὲν πρῶτα ἀπέβλεπεν εἰς τὴν πολυάρατον δικανικὴν, καὶ ἐπαιδεύετο λόγοις ῥητορικοῖς ὑπὸ Εὐνοΐῳ Σοφιστῇ, τότε ὄντι κατ' Ἐμέσαν. ὕστερον δὲ οὐκέτι δικανικῷ, ἀλλ' ἤδη τῷ Σοφιστικῷ βίῳ προσεῖχε τὸν νοῦν, καὶ ἐπὶ τούτῳ διεμελέτα τοὺς λόγους, οὐδὲν ἧττον τῆς φύσεως ἐπὶ τοῖς πόνοις θαυμαζόμενος. τοὺς μὲν γὰρ δημοσίους τοῦ Δημοσθένους λόγους ὁμοῦ πάντας ἐξέμαθεν. ἀλλὰ πρὸς τούτῳ καὶ λέγειν ἦν ἱκανὸς, οὐ τοὺς νεωτέρους ἐκμιμούμενος Σοφιστὰς, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον τύπον τῆς λογογραφίας ἁμιλλώμενος. ἀμέλει καὶ ἔγραψε τοὺς λόγους οὐ πολύ τι ἐκείνων ἐκλειπομένους. τὸν δὲ ἡμέτερον πολίτην Μάρκελλον, ἑταῖρον τοῦ Εὐνοΐου, καὶ τοῦτον ἐκμαθόντα μὲν ἀπεμνημόνευε τὰ ὀκτὼ βιβλία τῆς Θουκυδίδου ἱστορίας, οὐ μήν τι καὶ λέγοντα ἄξιον ἀκοῆς. καὶ Νόννον δέ φασιν ἐκμαθόντα ἑξάκις ὅλον τὸν Δημοσθένην, μηδὲ διάραι τὸ στόμα, δυνάσθαι πρός γε λόγων ἐπιεικῶν σύνθεσιν. οὐ γὰρ εἶναι ταυτὸν εἰς πλῆθος ἀποστηθίζειν, καὶ γράφειν εἰς κάλλος. ὁ δὲ Σαλλούστιος ἁδρότερον ἤδη ἁπτόμενος τῆς τέχνης, ἐλάττω ἢ καθ' ἑαυτὸν ὑπολαβὼν τὸν Εὐνόϊον, ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ἀπεπειρᾶτο τῶν ῥητορικῶν διδασκάλων.

meſa. Ejus pater Baſilides vocabatur, & mater Theoclea. Fuit autem ingenioſus ad multa, & moribus auſteris, & ambitioſis. Ac initio quidem vehementer expetitam Juriſprudentiam ſpectabat, & eloquentiæ præceptis ab Eunoio Sophiſta, qui tum Emeſæ degebat, erudiebatur. Poſtea verò non ampliùs ad forenſem, ſed ad Sophiſticam vitam animum appulit, & ad hæc ſua ſtudia referebat, cum non minore induſtriæ, quàm ingenii admiratione. Publicas enim Demoſthenis Orationes ſimul omnes edidicit. Sed præterea ſatìs erat diſertus, non recentiores Sophiſtas imitans; ſed cum illo antiquo ſcribendi genere certans. nam & Orationes ſcripſit non multò inferiores illis. Sed noſter ille civis Marcellus Eunoii ſodalis octo libros hiſtoriæ Thucydidis edidicit, nihil tamen auditu dignum enunciavit. Nonnum etiam, aiunt, ſexies totum Demoſthenem edidiciſſe, ſed tamen ne os quidem aperire potuiſſe ad commodarum Orationum compoſitionem. Haud enim idem eſt ad populum memoriter recitare quæ edidiceris, & eleganter ſcribere. Salluſtius autem huic arti ſedulam operam jam navans, cum Eunoium exiſtimaret ſibi meliùs inſtituendo imparem eſſe, Alexandriam abiit, & eloquentiæ magiſtros tentavit, corúmque peritiæ periculum fecit.

Καὶ

Καὶ πάλιν ἐν τῇ, Ἀθηνόδωρος.

Ὅτι τῷ Ἀθηνοδώρῳ πάντα παρεσκεύαστο πρὸς φιλοσοφίαν, τά τε ἀπὸ φύσεως, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐπιεικοῦς προαιρέσεως, ὅτε Πρόκλος ἔζη, καὶ διαφανῶς ἐξηγεῖτο τοῖς πλησιάζουσιν. ὃν ὁ Σαλούστιος θαυμάζων ἐπὶ σπουδῇ, ἔλεγεν, ὅτι πυρὶ ἄρα ἐῴκει ὁ ἄνθρωπος ἐξάπτοντι πάντα τὰ παρακείμενα. ἀλλ᾽ ὅμως ἔπεισεν Ἀθηνόδωρον μὴ φιλοσοφῆσαι.

Et rursus in voce, *Athenodorus.*

Athenodoro autem omnia ad Philosophiam erant parata, cùm ipsius naturæ, tum etiam ipsius rectæ voluntatis dona, quibus erat instructus, cùm Proclus vivebat, & perspicuè exponebat illis, qui ad ipsum accedebant; quem Sallustius admiratus ob studium, hunc hominem profectò igni similem esse dicebat, omnia adjacentia incendenti: Verumtamen Athenodoro persuasit, ne philosopharetur.

Καὶ πάλιν ἐν τῇ, Ζήνων Ἀλεξανδρεύς.

Ἦν δὲ καὶ ἕτερος Ζήνων τοῦ Πρόκλου ἑταῖρος κατὰ τὸν χρόνον, τῷ μὲν γένει Περγαμηνός, τῇ δὲ φύσει καὶ αὐτὸς ἐνδεέστερος τάγε πρὸς ἐπιστήμην. ἐπιεικὴς δέ, καὶ τὰ ἤθη κατηρτυμένος. ὁπότερος δὲ αὐτοῖν ἀφορμὴν τῇ διαστάσει παρέσχετο Σαλουστίῳ πρὸς τὸν Πρόκλον οὐκ ἔχω φράζειν.

Et rursus in voce, *Zeno Alexandrinus.*

Fuit & alius Zeno Procli socius per id tempus, genere quidem Pergamenus, sed ipse naturâ ad dicendum tardiore, bonus tamen, & moribus compositus. Uter verò ipsorum Sallustio causam à Proclo diffidendi præbuerit, dicere non possum.

Καὶ πάλιν ἐν τῇ, Μαρκελλῖνος.

Μαρκελλίνῳ δυνάστῃ Δαλματίας, ὃς ἦν αὐτόνομος, μετὰ δικαιοσύνης ἐξηγούμενος τῶν ὑπηκόων, παρῆν δὲ αὐτῷ καὶ φρόνησις ἱκανὴ, πολίτευμα, καὶ ἀνδρεία θαυμαστὴ μεμελετηκυῖα τὰ πρὸς πόλεμον, συνῆν Σαλούστιος ὁ φιλόσοφος.

Et rursus in voce, *Marcellinus.*

Marcellino Dalmatiæ Principi, qui erat sui juris, & populis suo imperio subjectis justè præerat, & in quo erat satìs prudentiæ, & reipublicæ gubernandæ peritia; & admiranda fortitudo, quâ res bellicas exercuerat, familiaris erat Sallustius Philosophus.

Cùm Suidas ex Damascio, unde sua eum hausisse constat, tradat hunc Sallustium *Orationes* satìs celebres conscripsisse, nescio quâ ratione referat in Bibliotheca Gesnerus, & cum Gesnero Epitomatores Simlerus, & Frisius, Suidam nullius illius scripti meminisse. *Sallustii Philosophi Cynici meminit Suidas, sed nihil ab eo scriptum refert.*

ΣΑΛΛΟΥ-

ΣΑΛΛΟΥΣΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ, ΠΕΡΙ ΘΕΩΝ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΥ.

SALLUSTII PHILOSOPHI De Diis, & Mundo.

Interprete *LEONE ALLATIO.*

ΚΕΦ. α.

Οἷον δεῖ εἶναι τὸν ἀκροατήν, καὶ περὶ κοινῆς ἐννοίας.

ΤΟΥ͂Σ περὶ Θεῶν ἀκούειν ἐθέλοντας, δεῖ μὲν ἐκ παίδων ἦχθαι καλῶς, καὶ μὴ ἀνοήτοις συντρέφεσθαι δόξαις· δεῖ δὲ καὶ τὴν φύσιν ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ ἔμφρονας, ἵνα ὀρθῶς προσέχωσι τοῖς λόγοις. δεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ τὰς κοινὰς ἐννοίας εἰδέναι. κοιναὶ δέ εἰσιν ἔννοιαι, ὅσας πάντες ἄνθρωποι ἐρωτηθέντες ὁμολογήσουσιν· οἷον, ὅτι πᾶς Θεὸς ἀγαθὸς, ὅτι ἀπαθὴς, ὅτι ἀμετάβλητος· πᾶν γὰρ τὸ μεταβαλλόμενον, ἢ ἐπὶ τὸ κρεῖττον, ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον. καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τὸ χεῖρον, κακοῦται· εἰ δὲ ἐπὶ τὸ κρεῖττον, τὴν ἀρχὴν ἦν κακόν.

CAP. I.

Qualē oporteat esse Auditorē: & de communi notione.

QUIBUS id in animo est, ut de Diis sermones audiant, eos à pueris benè informatos esse oportet, neć insipientum opinionibus postmodùm connutriri. Naturæ item probitate, ac prudentià munitum pectus gerere addecet, ut aptè congruentérque sermones percipiant. Eisdem præterea communium notionum cognitio necessaria est: illæ verò universales sententiæ erunt, quas universi homines, si perquirantur, confitebuntur; quélibet nempe Deum bonum, nihil pati, nulli mutationi esse obnoxium: quodcunque enim mutatur, aut in melius mutatur, aut in pejus: si in pejus, deterius fiat: si in melius, jam principio erat malum.

ΚΕΦ. β'.

Ὅτι ὁ Θεὸς ἀμετάβλητος, ἀγένητος, ἀΐδιος, ἀσώματος, οὐδὲ ἐν τόπῳ.

ΚΑὶ ὁ μὲν ἀκούων ἔστω τοιοῦτος· οἱ δὲ λόγοι τοιοίδε γινέσθωσαν. Αἱ τῶν Θεῶν οὐσίαι, οὐδὲ ἐγένοντο· τὰ γὰρ ἀεὶ ὄντα οὐδέποτε γίνονται. ἀεὶ δέ εἰσιν, ὅσα δύναμίν τε ἔχει τὴν πρώτην, καὶ πάσχειν οὐδὲν πέφυκεν· οὐδὲ ἐκ σωμάτων εἰσί· καὶ γὰρ τῶν σωμάτων αἱ δυνάμεις ἀσώματοι. οὐδὲ τόπῳ περιέχονται· σωμάτων γὰρ τοῦτό γε. οὐδὲ τῆς πρώτης αἰτίας, ἢ ἀλλήλων χωρίζονται· ὥσπερ οὐδὲ νοῦ αἱ νοήσεις, οὐδὲ ψυχῆς αἱ ἐπιστῆμαι.

ΚΕΦ. γ'.

Περὶ Μύθων, καὶ ὅτι θεῖοι· καὶ διὰ τί.

ΤΙ δήποτε οὖν τούτους ἀφέντες τοὺς λόγους, οἱ παλαιοὶ Μύθοις ἐχρήσαντο, ζητεῖν ἄξιον· καὶ τοῦτο πρῶτον ἐκ τῶν μύθων ὠφελεῖσθαι, τό γε ζητεῖν, καὶ μὴ ἀργὸν τὴν διάνοιαν ἔχειν. Ὅτι μὲν οὖν θεῖοι οἱ Μῦθοι, ἐκ τῶν χρησαμένων ἔστιν εἰπεῖν. καὶ γὰρ τῶν Ποιητῶν οἱ θεόληπτοι, καὶ τῶν Φιλοσόφων οἱ ἄριστοι, οἵ τε τὰς τελετὰς καταδείξαντες, καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν χρησμοῖς οἱ Θεοὶ, Μύθοις ἐχρήσαντο.

CAP. II.

Deum immutabilem eſſe, ingenitum, ſempiternum, incorporeum: nullóque loco circumſcribi.

ET hic quidem, qui audit, eſto talis. Sermones hac ratione procedant. Deorum naturæ, neque factæ ſunt: quæ enim ſemper ſunt, nuſquam fiunt: ſemper verò ſunt, quæcunq; primam facultatem poſſident, & naturâ ſuâ pati aliquid non poſſunt: neque ex corporibus conflantur; corporum etenim vires expertes corporis ſunt: neque loco circumſcribuntur; id namque corporibus ineſt: neque à prima cauſa, vel à ſe invicem ſeparantur; quemadmodum neque à mente notiones, neque ab animo diſciplinæ.

CAP. III.

De Fabulis, eas divinas eſſe; & propter quid.

QUamnam igitur ob cauſam hiſce ſermonibus neglectis, veteres fabulis uſi ſint, non indignum fuerit inveſtigatione: & hæc prima ex fabulis utilitas progignetur, inveſtigare nempe, nec ſegnem, ſed exercitatum intellectum habere. Divinas itaque fabulas eſſe ex illis, qui eas uſurparũt, explicatu non admodũ difficile eſt. Ex Poetis etenim, numine afflati; & ex Philoſophis, optimi quique; & qui ſacra ac ceremonias divulgarunt; Dii etiam ipſi in fundẽdis oraculis fabulis uſi ſunt.

Διατί δὲ θεῖοι οἱ Μῦθοι, φιλοσοφίας ζητεῖν. Ἐπεὶ τοίνυν πάντα τὰ ὄντα ὁμοιότητι μὲν χαίρει, ἀνομοιότητα δὲ ἀποστρέφεται, ἐχρῆν καὶ τοὺς περὶ Θεῶν λόγους ὁμοίους εἶναι ἐκείνοις· ἵνα τῆς τε οὐσίας αὐτῶν ἄξιοι γίνωνται, καὶ τοῖς λέγουσι τοὺς Θεοὺς ποιῶσιν εὐμενεῖς. ὅπερ καὶ διὰ τῶν Μύθων μόνως ἂν γένοιτο. Αὐτοὺς μὲν οὖν τοὺς Θεοὺς κατά τε τὸ ῥητόν τε, καὶ ἄῤῥητον, ἀφανές τε, καὶ φανερὸν, σοφόν τε, καὶ κρυπτόμενον οἱ Μῦθοι μιμοῦνται, τὴν τῶν Θεῶν ἀγαθότητα. ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰ μὲν ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἀγαθὰ κοινὰ πᾶσιν ἐποίησαν, τὰ δὲ ἐκ τῶν νοητῶν μόνοις τοῖς ἔμφροσιν, οὕτως οἱ Μῦθοι τὸ μὲν εἶναι Θεοὺς πρὸς ἅπαντας λέγουσι, τίνες δὲ οὗτοι καὶ ὁποῖοι, τοῖς δυναμένοις εἰδέναι. Καὶ τὰς ἐνεργείας δὲ μιμοῦνται τῶν Θεῶν. ἔξεστι γὰρ καὶ τὸν Κόσμον Μῦθον εἰπεῖν· σωμάτων μὲν, καὶ χρημάτων ἐν αὐτῷ φαινομένων, ψυχῶν δὲ καὶ νοῶν κρυπτομένων. πρὸς δὲ τούτοις, τὸ μὲν πάντας τὴν περὶ Θεῶν ἀλήθειαν διδάσκειν ἐθέλειν, τοῖς μὲν ἀνοήτοις, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι μανθάνειν, καταφρόνησιν, τοῖς δὲ σπουδαίοις ῥαθυμίαν ἐμποιεῖ· τὸ δὲ διὰ Μύθων τἀληθὲς ἐπικρύπτειν, τοὺς μὲν καταφρονεῖν οὐκ ἐᾷ, τοὺς δὲ φιλοσοφεῖν ἀναγκάζει. Ἀλλὰ διατί μοιχείας, καὶ κλοπὰς, καὶ πατέρων δεσμοὺς, καὶ τὴν ἄλλην ἀτοπίαν ἐν τοῖς Μύθοις εἰρήκασιν; ἢ καὶ τοῦτο ἄξιον θαύματος, ἵνα διὰ τῆς φαινομένης ἀτοπίας, εὐθὺς ἡ ψυχὴ τοὺς μὲν λόγους ἡγήσηται περικαλύμματα,

Cur verò fabulæ divinæ ſint, Philoſophi eſt inquirere. Cùm igitur omnia, quæ ſunt, ſimilitudine delectantur, diſſimilitudinem averſantur, de Diis ſermones, Diis quàm ſimillimos eſſe neceſſe erat: ut tantâ majeſtate digni fierent, reddeséntq; enunciantibus propitios Deos: quod nonniſi fabulis comparari potuit. Deos ergo ipſos, ſecundùm fandum, infandumque, occultum, ac patens, nec non doctum, & ignoratum fabulæ & Deorum bonitatem imitantur. Quemadmodum enim Dii, quæ ex ſenſilibus bona proveniunt, omnibus; quæ verò ex intellectualibus, prudentibus impertiti ſunt; ſic fabulæ Deos quidem eſſe omnibus divulgant; at quinam illi ſint, & quales, illis tantum, qui myſterium capere poſſunt. Operationes quoque æmulantur Deorum. Licet enim & Mundum hunc fabulam nuncupare; cùm in eo corpora, reſque conſpiciantur, animi, mentéſque abſconditæ lateant. Præterea, ad veritatem de Diis univerſos informare, in inſipientibus, cùm ad eam addiſcendam inepti ſint, contemptum, in ſtudioſis ſegnitiem parit: at fabulis veritatem occultare, illos, ne contemnant, prohibet; hos, ut philoſophentur, compellit. Sed quamobrem adulteria, furta, genitorum vincula, & reliqua improbitatis facinora fabulis complexi ſunt? Neque hoc indignum admiratione, ut, quâ apparet abſurditate, ſtatim animus ſermones involucra eſſe

τὸ δὲ ἀληθὲς ἀπόῤῥητον εἶναι νομίσῃ.

ΚΕΦ. δ'.

Ὅτι πέντε τὰ εἴδη τῶν Μύθων, καὶ ἑκάστου ὑποδείγματα.

Τῶν δὲ Μύθων οἱ μέν εἰσι Θεολογικοὶ, οἱ δὲ Φυσικοὶ, οἱ δὲ Ψυχικοί τε, καὶ Ὑλικοὶ, καὶ ἐκ τούτων Μικτοί. Εἰσὶ δὲ Θεολογικοὶ μὲν, οἱ μηδενὶ σώματι χρώμενοι, ἀλλὰ τὰς οὐσίας αὐτὰς τῶν Θεῶν θεωροῦντες· οἷον αἱ τοῦ Κρόνου καταπόσεις τῶν παίδων· ἐπειδὴ νοερὸς ὁ Θεὸς, πᾶς δὲ νοῦς εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, τὴν οὐσίαν ὁ Μῦθος αἰνίττεται τοῦ Θεοῦ. Φυσικῶς δὲ τοὺς Μύθους ἐστὶ θεωρεῖν, ὅταν τὰς περὶ τὸν Κόσμον ἐνεργείας λέγῃ τις τῶν Θεῶν· ὥσπερ ἤδη τινὲς χρόνον μὲν τὸν Κρόνον ἐνόμισαν, τὰ δὲ μέρη τοῦ χρόνου, παῖδας τοῦ ὅλου καλέσαντες, καταπίνεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοὺς παῖδας φασίν. Ὁ δὲ Ψυχικὸς τρόπος ἐστὶν, αὐτῆς τῆς ψυχῆς τὰς ἐνεργείας σκοπεῖν. ὅτι καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν αἱ νοήσεις, κἂν εἰς τοὺς ἄλλους προέλθωσιν, ἀλλ' οὖν ἐν τοῖς γεννήσασι μένουσιν. Ὑλικὸς δέ ἐστι, καὶ ἔσχατος, ᾧ μάλιστα Αἰγύπτιοι δι' ἀπαιδευσίαν ἐχρήσαντο, αὐτὰ τὰ σώματα Θεοὺς νομίσαντες, καὶ καλέσαντες. καὶ Ἶσιν μὲν τὴν γῆν, Ὄσιριν δὲ τὸ ὑγρὸν, Τυφῶνα δὲ τὴν θερμότητα. ἢ Κρόνον μὲν ὕδωρ, Ἄδωνιν δὲ καρποὺς,

exiſtimans, veritatem ex iis, quæ ſilentio involvenda ſunt, eſſe intelligat.

Cap. IV.

Quinq; Fabularũ ſpecies eſſe, & uniuſcujuſq; exempla.

Fabularum porrò aliæ quidem Theologicæ, aliæ Naturales, Animales aliæ, & Materiales, & ex his Mixtæ ſunt. Theologicæ nullius corporis uſu, ipſas Deorum naturas ſpeculantur; quales ſunt à Saturno filii devorati, Dei intellectualis, cùm in ſemetipſum intellectus revertatur, naturam fabula inſinuat. Naturaliter fabulæ pertractantur, cùm Deorum circa Mundum operationes effamur: quemadmodum jam plerique χρόνον *tempus* Saturnum, temporis partes univerſi filios appellantes æſtimarunt, ſicque filios à parente devorari tradunt. Animali modo ipſius animi operationes contemplamur, quòd & animorum noſtrorum intelligentiæ, licet in alios excurrant, in parentibus tamen manent. Poſtrema erit materialis, quâ Ægyptii præcipuè per inſcitiam uſi ſunt, corporibus, Diis exiſtimatis, nuncupatiſque: Iſide nempe terrâ, Oſiride humido, Typhone caliditate: vel Saturno quidem aquâ, Adonide fructibus,

Διόνυσον δὲ οἶνον. Ταῦτα δὲ ἀνακεῖσθαι μὲν Θεοῖς λέγειν, ὥσπερ καὶ βοτάνας, καὶ λίθους, καὶ ζῶα, σωφρονούντων ἐστὶν ἀνθρώπων· Θεοὺς δὲ καλεῖν, μαινομένων. εἰ μὴ ἄρα ὥσπερ τοῦ ἡλίου τὴν σφαῖραν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς σφαίρας ἀκτῖνα ἥλιον ἐν συνηθείᾳ καλοῦμεν. Τὸ δὲ Μικτὸν εἶδος τῶν Μύθων ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἐστὶν ἰδεῖν· καὶ μέντοι καὶ ἐν τῷ συμποσίῳ φασὶ τῶν Θεῶν τὴν Ἔριν μῆλον ῥῖψαι χρυσοῦν, καὶ περὶ τούτου τὰς Θεὰς φιλονεικούσας ὑπὸ τοῦ Διὸς πρὸς τὸν Πάριν πεμφθῆναι κριθησομένας. τῷ δὲ καλὴν φανῆναι τὴν Ἀφροδίτην, καὶ ταύτῃ δοῦναι τὸ μῆλον. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν συμπόσιον τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις δηλοῖ τῶν Θεῶν. καὶ διὰ τοῦτο μετ' ἀλλήλων εἰσί. τὸ δὲ χρυσοῦν μῆλον τὸν Κόσμον, ὃς ἐκ τῶν ἐναντίων γινόμενος, εἰκότως ὑπὸ τῆς Ἔριδος λέγεται ῥίπτεσθαι. Ἄλλων δὲ ἄλλα τῷ Κόσμῳ χαριζομένων Θεῶν, φιλονεικεῖν ὑπὲρ τοῦ μήλου δοκοῦσιν. ἡ δὲ κατ' αἴσθησιν ζῶσα ψυχή, τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ Πάρις, τὰς μὲν ἄλλας ἐν τῷ κόσμῳ δυνάμεις οὐχ ὁρῶσα, μόνον δὲ τὸ κάλλος τῆς Ἀφροδίτης τὸ μῆλον εἶναί φησι. Πρέπουσι δὲ τῶν Μύθων οἱ μὲν Θεολογικοὶ Φιλοσόφοις· οἱ δὲ Φυσικοί, καὶ Ψυχικοί, ποιηταῖς· οἱ δὲ μικτοί, τελεταῖς. ἐπειδὴ καὶ πᾶσα τελετὴ πρὸς τὸν Κόσμον ἡμᾶς, καὶ πρὸς τοὺς Θεοὺς συνάπτειν ἐθέλει. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἕτερον μῦθον εἰπεῖν, τὴν Μητέρα τῶν Θεῶν φασὶ τὸν Ἄττιν παρὰ τῷ Γάλλῳ κείμενον ἰδοῦσαν

Baccho vino. Hæc porrò Diis dicata eſſe aſſeverare, quemadmodum & herbas, & ſaxa, & animalia, ſapientum; ſed Deos illa vocare furentium eſt: niſi eâ ratione loquantur, quâ & nos Solis orbem, & ob orbe exilientem radium, Solem ex more vocamus. Mixtam fabularum ſpeciem cùm multis aliis deprehendere licet; tum in eo quod narrant Diſcordiam in Deorum convivium pomum aureum conjeciſſe, & pro eo inter Deas diſſidio orto, Deas ab Jove miſſas ad Paridem judicandas, Paridi pulcram Venerem viſam pomum habuiſſe. Hîc enim convivium cœleſtes Deorum indicat facultates, ideóque unà ſimul habitant; pomum aureum Mundum, qui dum ex contrariis conflatur, non immeritò à Diſcordiâ conjici narratur. Verùm cùm alia alii Dii mundo impartiantur, pro pomo turbas illas concitare videntur. Et animus ſecundum ſenſum vivens, hic namque Paris eſt, cæteras in mundo poteſtates haud intuens, ſolam Veneris pulcritudinem pomum eſſe determinat. Ex fabulis autem Theologicæ Philoſophis conveniunt; Naturales & Animales Poëtis; Mixtæ ceremoniis: quandoquidem ceremoniæ omnes cum Mundo nos, Diiſque conjungere nituntur. Quòd ſi alia etiam fabula enarranda eſt; Deorum Matrem Attidem apud fluvium Gallum commorantem intui-

ποταμῷ,

ποταμῷ, ἐρασθῆναί τε, καὶ λαβοῦσαν τὸν ἀστερωτὸν αὐτῷ περιθεῖναι πῖλον, καὶ τὸ λοιπὸν μεθ' ἑαυτῆς ἔχειν. Ὁ δὲ Νύμφης ἐρασθεὶς τὴν Θεῶν μητέρα ἀπολιπὼν, τῇ Νύμφῃ συνῆν. καὶ διὰ τοῦτο ἡ μήτηρ τῶν Θεῶν ποιεῖ μανῆναι τὸν Ἄττιν, καὶ τὰ γόνιμα ἀποκοψάμενον ἀφεῖναι παρὰ τῇ Νύμφῃ· πάλιν δὲ ἀνελθόντα αὐτῇ συνοικεῖν. ἡ μὲν οὖν Μήτηρ τῶν Θεῶν ζωογόνος ἐστὶ Θεὰ, καὶ διὰ τοῦτο μήτηρ καλεῖται. ὁ δὲ Ἄττις τῶν γινομένων, καὶ φθειρομένων δημιουργὸς, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῷ Γάλλῳ λέγεται εὑρεθῆναι ποταμῷ, ὁ γὰρ Γάλλος τὸν Γαλαξίαν αἰνίττεται κύκλον, ἀφ' οὗ τὸ παθητὸν ἔρχεται σῶμα. τῶν δὲ πρώτων Θεῶν τελειούντων τοὺς δευτέρους, ἐρᾷ μὲν ἡ Μήτηρ τοῦ Ἄττεως, καὶ οὐρανίους αὐτῷ δίδωσι δυνάμεις. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ πῖλος. ἐρᾷ δὲ ὁ Ἄττις τῆς Νύμφης· αἱ δὲ Νύμφαι γενέσεως ἔφοροι· πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον ῥεῖ. ἐπεὶ δὲ ἔδει στῆναι τὴν γένεσιν, καὶ μὴ τῶν ἐσχάτων γενέσθαι τὸ χεῖρον, ὁ ταῦτα ποιῶν δημιουργὸς, δυνάμεις γονίμους ἀφεὶς εἰς τὴν γένεσιν, πάλιν συνάπτεται τοῖς Θεοῖς. Ταῦτα δὲ ἐγένετο μὲν οὐδέποτε, ἔστι δὲ ἀεί. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἅμα πάντα ὁρᾷ, ὁ δὲ λόγος τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα λέγει. Οὕτω δὲ πρὸς τὸν Κόσμον οἰκείως ἔχοντος τοῦ μύθου, ἡμεῖς τὸν Κόσμον μιμούμενοι, πῶς γὰρ ἂν μᾶλλον κοσμηθείημεν; ἑορτὴν ἄγομεν διὰ ταῦτα. καὶ πρῶτον μὲν καὶ αὐτοὶ πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τῇ Νύμφῃ

tam, ferunt cupidine exarsisse, illique stellato pileo imposito, in posterum unà secum habuisse. Attis Nympham deperiens, neglectâ Deorum matre, cum Nymphâ consuescebat; Deorum Mater eum ad insaniam adegit, qui abscissa genitalia apud Nympham dereliquit, reversusque illi operam dabat. Mater itaque Deorum vivifica Dea est, ideoque Mater vocatur. Attis eorum, quæ fiunt & corrumpuntur opifex; hinc apud Gallum flumen compertus traditur: Gallus enim Galaxiam seu lacteum orbem, unde corpus patibile descendit, indicat. Primis autem Diis secundos perficientibus, Mater Attidis amore correpta, cœlestes illi facultates largitur: is enim pileus est. Attis autem Nympham deperit: cùm Nymphæ generationi præsint: nam quodcunque fit, fluit. Quoniam verò generatio sistenda erat, ne extrema semper deterius progignerent; ea molitus opifex, facultates ad generandum fœcundas dimittens, iterum Diis conjungitur. Et hæc quidem nunquam facta sunt, cùm semper sint: & mens quidem omnia simul conspicit, at sermo hæc quidem priùs, illa posteriùs effert. Hâc ratione cùm aptissimè Mundo fabula respondeat, nos Mundi imitatores, quânam enim aliâ ratione nitidiùs ornaremur? propter illa festum diem agimus. Et primùm sanè ipsi, è cœlo delapsi, & cum Nympha

ζῶντες ἐν κατηφείᾳ ἐσμὲν, σίτου τε, καὶ τῆς ἄλλης παχείας, καὶ ῥυπαρᾶς τροφῆς ἀπεχόμεθα· ἑκάτερα γὰρ ἐναντία ψυχῇ· εἶτα δένδρου τομαὶ, καὶ νηστεία, ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἀποκοπτομένων τὴν περαιτέρω τῆς γενέσεως πρόοδον. ἐπὶ τούτοις γάλακτος τροφὴ, ὥσπερ ἀναγεννωμένων· ἐφ' οἷς ἱλαρεῖαι, καὶ στέφανοι, καὶ πρὸς τοὺς Θεοὺς οἷον ἐπάνοδος. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις, καὶ ὁ τῶν δρωμένων καιρὸς. περὶ γὰρ τὸ ἔαρ, καὶ τὴν ἰσημερίαν δρᾶται τὰ δρώμενα, ὅτε τοῦ μὲν γίνεσθαι παύεται τὰ γινόμενα· ἡμέρα δὲ μείζων γίνεται τῆς νυκτὸς, ὅπερ οἰκεῖον ἀναγομέναις ψυχαῖς. Περὶ γοῦν τὴν ἐναντίαν ἰσημερίαν ἡ τῆς Κόρης ἁρπαγὴ μυθολογεῖται γενέσθαι, ἣ δὲ κάθοδός ἐστι τῶν ψυχῶν. Τοσαῦτα περὶ μύθων εἰποῦσιν ἡμῖν αὐτοί τε οἱ Θεοὶ, καὶ τῶν γραψάντων τοὺς μύθους αἱ ψυχαὶ ἵλεῳ γένοιντο.

consuescentes in mœrore vivimus, à frumento, alióque crasso ac sordido alimento abstinentes, quandoquidem utraque animo sunt contraria. Deinceps arboris incisiones, & jejunium, quasi nos ipsi ulteriorem generationis progressum amputaremus; tandem ex lacte alimentum, quasi renascéremur. Hinc festivitates, & coronæ, & ad Deos veluti reditio. Hisce & tempus, quo fiunt, testimonium exhibet: circa enim ver atque æquinoctium ea, quæ diximus, conficiuntur, cùm, quæ fiunt, fieri cessant, diésque nocte magìs ac magìs protenditur: quod animis qui ad sublimiora gradum faciunt, proprium est. Sic circa oppositum æquinoctium raptus Proserpinæ successisse fingitur; qui descensus est animorum. Hæc nobis de fabulis pertractantibus Dii ipsi, & Scriptorum fabularum animi propitii sint.

ΚΕΦ. ε'.
Περὶ τῆς πρώτης αἰτίας.

Ἀκόλουθον δὲ τούτοις ἐστὶ, τήν τε πρώτην αἰτίαν εἰδέναι, καὶ τὰς μετ' ἐκείνην τάξεις τῶν Θεῶν, καὶ τὴν Κόσμου τὴν φύσιν, Νοῦ τε, καὶ Ψυχῆς, καὶ Οὐσίας, Πρόνοιάν τε, καὶ Εἱμαρμένην, καὶ Τύχην, Ἀρετήν τε, καὶ Κακίαν, καὶ τὰς ἐκ τούτων γινομένας ἀγαθάς τε καὶ φαύλας Πολιτείας ἰδεῖν· καὶ πόθεν ἄρα τὰ κακὰ εἰς τὸν Κόσμον ἀφίκετο. Τούτων δὲ ἕκαστον λόγων δεῖται πολλῶν καὶ μεγάλων, ὡς ἐν βραχέ-

Cap. V.
De primâ causâ.

Sequitur posthac, ut primam causam, & subsequentes Deorum ordines cognoscamus; tum Mundi, Mentis, Animísque naturam; Providentiam deinceps, Fatum, & Fortunam, Virtutem, & Vitium, natásque ex illis probas pravásque Rerumpublicarum formas, & undénam mala in Mundum irrepserint, inspiciamus. Ex his quodlibet multis ingentibúsque sermonibus indiget: attamen ut brevibus expediatur, ne rerum

σιν εἰπεῖν, καὶ πρὸς τὸ μὴ παντελῶς ἀνηκόους εἶναι, οὐδὲν ἴσως λέγειν κωλύει. Τὴν πρώτην αἰτίαν μίαν τε εἶναι προσήκει. παντὸς γὰρ πλήθους ἡγεῖται μονάς, δυνάμει τε καὶ ἀγαθότητι πάντα νικᾷ· καὶ διὰ τοῦτο πάντα μετέχειν ἐκείνης ἀνάγκη. οὐδὲν γὰρ αὐτὴν ἄλλο κωλύσει διὰ τὴν δύναμιν, οὐδὲ ἑαυτὴν ἀφέξει διʼ ἀγαθότητα. ἀλλʼ εἰ μὲν ἦν ψυχή, πάντα ἂν ἔμψυχα ἦν· εἰ δὲ καὶ νοῦς, πάντα νοερά· εἰ δὲ οὐσία, πάντα οὐσίας μετεῖχε. τοῦτο γὰρ ἐν πᾶσιν ἰδόντες τινές, ἐκεῖνο οὐσίαν ἐνόμισαν. Εἰ μὲν οὖν ἦν μόνον τὰ ὄντα, ἀγαθὰ δὲ οὐκ ἦν, ἀληθὴς ἦν ὁ λόγος. εἰ δὲ διʼ ἀγαθότητα ἐστί τε τὰ ὄντα, καὶ μετείληχεν ἀγαθοῦ, ὑπερούσιον μὲν ἀγαθὸν δὲ εἶναι τὸ πρῶτον ἀνάγκη. Σημεῖον δὲ μέγιστον· τοῦ γὰρ εἶναι διὰ τὸ ἀγαθὸν αἱ σπουδαῖαι καταφρονοῦσι ψυχαί, ὅταν ὑπὲρ πατρίδος, ἢ φίλων, ἢ ἀρετῆς κινδυνεύειν ἐθέλωσι. Μετὰ δὲ τὴν οὕτως ἄρρητον δύναμιν αἱ τῶν Θεῶν τάξεις εἰσί.

harum omninò expertes esse homines videantur, nihil impediet hâc ratione disserere. Primam causam unam esse convenit; multitudini namque universæ unitas præit facultate & bonitate omnia superans, ideóque omnibus communicari necesse est. Neque enim aliquid facultate illam impediet; neque ipsa propter bonitatem separabitur. Siquidem si animus esset, omnia utique essent animata; sin intellectus, omnia intellectualia; si substantia, omnia substantiæ participarent. quod cùm quidam in omnibus deprehendissent, substantiam illud esse existimârunt. Si itaque res tantùm essent, neque bonitatem haberent, sermo hic à veritate non aberraret. Verùm si per bonitatem res sunt, & bonum participant; supernaturale utique, sed bonum, primum omnium esse necesse est; indicio, eóque maximo erit; animis quippe virtute præditis propter bonum nihil curæ est quòd sint; quando pro patria, amicis, vel virtute pericula subeunt. Post hanc Virtutem, quæ verbis haud exprimi potest, Deorũ ordines subsequuntur.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Περὶ τῶν ὑπερκοσμίων, καὶ ἐγκοσμίων Θεῶν.

Τῶν δὲ Θεῶν, οἱ μὲν εἰσιν Ἐγκόσμιοι, οἱ δὲ Ὑπερκόσμιοι. Ἐγκοσμίους δὲ λέγω, αὐτοὺς τοὺς τὸν Κόσμον ποιοῦντας Θεούς. τῶν δὲ ὑπερκοσμίων, οἱ μὲν οὐσίας ποιοῦσι Θεῶν, οἱ δὲ Νοῦν, οἱ δὲ Ψυχάς. καὶ διὰ τοῦτο τρεῖς ἔχουσι

Cap. VI.

De cœlestibus, & mundanis Diis.

Deorum verò, hi mundani, cœlestes alii. Mundanos eos voco, qui mundum conficiunt. Cœlestium hi Deorum substantias, alii mentem, alii animos procreant; ideóque trino ordine

τάξεις, καὶ πάσας ἐν τοῖς περὶ τούτων λόγοις ἔστιν εὑρεῖν. Τῶν δὲ Ἐγκοσμίων, οἱ μὲν εἶναι ποιοῦσι τὸν Κόσμον, οἱ δὲ αὐτὸν ψυχοῦσιν, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων ὄντα ἁρμόζουσιν, οἱ δὲ ἡρμοσμένον φρουροῦσι. Τούτων δὲ ὄντων τεσσάρων πραγμάτων, καὶ ἑκάστου πρῶτα ἔχοντος, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα, καὶ τοὺς διοικοῦντας δώδεκα εἶναι ἀνάγκη· οἱ μὲν οὖν ποιοῦντες τὸν Κόσμον, Ζεὺς, καὶ Ποσειδῶν ἐστι, καὶ Ἥφαιστος, οἱ δὲ ψυχοῦντες Δημήτηρ, καὶ Ἥρα, καὶ Ἄρτεμις· οἱ δὲ ἁρμόζοντες Ἀπόλλων, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἑρμῆς· οἱ δὲ φρουροῦντες Ἑστία, καὶ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἄρης. Αἰνίγματα δὲ τούτων ἐν τοῖς ἀγάλμασιν ἔστιν ἰδεῖν. ὁ μὲν γὰρ Ἀπόλλων λύραν ἁρμόζει, ὁπλίζεται δὲ ἡ Ἀθηνᾶ, γυμνὴ δὲ ἡ Ἀφροδίτη, ἐπειδὴ ἁρμονία μὲν τὸ κάλλος ποιεῖ· τὸ δὲ κάλλος ἐν τοῖς ὁρωμένοις οὐ κρύπτεται. τούτων δὲ πρώτως ἐχόντων τὸν Κόσμον, καὶ τοὺς ἄλλους ἐν τούτοις ἡγητέον εἶναι Θεοὺς· οἷον Διόνυσον μὲν ἐν Διΐ, Ἀσκληπιὸν δὲ ἐν Ἀπόλλωνι, Χάριτας δὲ ἐν Ἀφροδίτῃ. Καὶ σφαίρας δὲ τούτων ἔστιν ἰδεῖν, Ἑστίας μὲν Γῆν, Ποσειδῶνος δὲ ὕδωρ, Ἥρας Ἀέρα, Ἡφαίστου δὲ Πῦρ. ἓξ δὲ τὰς ἀνωτέρας, ὧν ἔθος νομίζειν Θεῶν. Ἀπόλλωνα γὰρ καὶ Ἄρτεμιν ἀνθ' ἡλίου καὶ σελήνης ληπτέον· τὸν Κρόνου δὲ Δήμητρι δοτέον· Ἀθηνᾶ μὲν τὸν αἰθέρα· ὁ δὲ οὐρανὸς πάντων κοινός· Αἱ μὲν οὖν τάξεις, καὶ δυνάμεις, καὶ σφαῖραι τῶν δώδεκα Θεῶν, οὕτως εἴρηνταί τε, καὶ ὕμνηνται.

diſcriminantur, omnéſque in ſermonibus de eis inventu faciles ſunt. Mundanorum hi efficiunt, ut Mundus ſit; alii eundem animant; alii ex variis diverſiſque compactum adaptant; alii adaptatum cuſtodiunt. quæ cùm quatuor ſint, & unumquodque ex primis, mediis, extremiſque conſiſtat; qui ea diſponunt, neceſſe eſt ut duodecim ſint. Mundum itaque efficiunt Jupiter, Neptunus, Vulcanus: animant Ceres, Juno, Diana: adaptant Apollo, Venus, Mercurius: cuſtodiunt Veſta, Pallas, Mars. Horum indicia ac figuræ, quaſi in ænigmate in ſtatuis conſpiciuntur. Etenim Apollo lyram adaptat, Pallas armatur, nudáque Venus objicitur: quando concentus pulcritudinem gignit, & pulcritudo in illis, quæ oculis objiciuntur, non abditur. Hi cùm ante alios Mundum poſſideant, cæteros in his Deos eſſe exiſtimemus: Bacchum videlicet in Jove; Æſculapium in Apolline, Gratias in Venere. Orbes quoque eorum intueamur, Veſtæ terram, Neptuni aquam, Junonis aërem, Vulcani ignem. Sex autem ſuperiores Diis illis, quibus id in uſu eſt, attribuamus: quippe qui Apollinem ac Dianam pro Sole & Luna deſumimus; at Saturni orbem Cereri vindicamus, Palladi ætherem: cœlum verò commune eſſe omnibus dicemus. Ordines igitur, & virtutes, ac duodecim Deorum orbes hâc ratione exponuntur, & veluti divinum quid cantibus ac hymnis celebrantur.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ζ.

Περὶ τῆς φύσεως τοῦ Κόσμου, καὶ ἀϊδιότητος.

ΑὐΤὸν δὲ τὸν Κόσμον ἄφθαρτόν τε, καὶ ἀγένητον εἶναι ἀνάγκη. Ἄφθαρτον μὲν, ὅτι οὐκ ἔστι τούτου φθαρέντος, ἢ χείρονα, ἢ κρείττονα ποιῆσαι, ἢ τὸν αὐτὸν, ἢ ἀκοσμίαν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν χείρονα, κακὸς ὁ ἐκ κρείττονος χεῖρον ποιῶν· εἰ δὲ κρείττονα, ἀδύνατος, ὁ μὴ τὴν ἀρχὴν τὸ κρεῖττον ποιήσας· εἰ δὲ τὸν αὐτὸν, μάτην ποιήσει· εἰ δὲ ἀκοσμίαν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀκούειν τοῦτό γε θέμις. Ἀγένητον δὲ, ἱκανὰ μὲν δεῖξαι ταῦτα· εἰ γὰρ μὴ φθείρεται, οὐδὲ γέγονεν· ἐπειδὴ πᾶν τὸ γινόμενον φθείρεται· καὶ ὅτι ἀνάγκη διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα ὄντος τοῦ Κόσμου, ἀεί τε τὸν Θεὸν ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τὸν Κόσμον ὑπάρχειν· ὥσπερ ἡλίῳ μὲν καὶ πυρὶ συνυφίσταται φῶς, σώματι δὲ σκιά. Τῶν δὲ ἐν τῷ Κόσμῳ σωμάτων, τὰ μὲν Νοῦν μιμεῖται, καὶ κύκλῳ κινεῖται· τὰ δὲ Ψυχὴν, καὶ ἐπ᾽ εὐθείας. καὶ τῶν μὲν ἐπ᾽ εὐθείας, Πῦρ μὲν καὶ Ἀὴρ ἄνω· Γῆ δὲ, καὶ Ὕδωρ κάτω. τῶν δὲ κύκλῳ, ἡ μὲν ἀπλανὴς ἀπ᾽ ἀνατολῆς, αἱ δὲ ἑπτὰ ἐκ δύσεως φέρονται. Αἰτίαι δὲ τούτου πολλαὶ μὲν καὶ ἄλλαι, καὶ τὸ μὴ ταχείας τῆς περιόδου τῶν σφαιρῶν γινομένης ἀτελῆ τὴν γένεσιν εἶναι. διαφόρου δὲ τῆς κινήσεως οὔσης, διαφέρειν καὶ τὴν φύσιν τῶν

CAP. VII.

De naturâ Mundi, & æternitate.

MUndum porrò ipſum incorruptibilem, atq; ingenitum eſſe neceſſum eſt. Incorruptibilem; eo namq; corrupto, aut meliorem, aut deteriorem, vel hunc eundem, vel ſine ornatu confuſionem efficiet. Si deteriorem, næ ille fuerit pravus, qui ex meliori deterius facit. Si meliorem, utiq; viribus non præſtitit, qui ipſo principio, quod melius eſt, non produxit. Si eundem, fruſtrà operam ſumpſerit. Si confuſionem, at id aures propter nefas perhorreſcunt. Ingenitum illum ſatis abundè hæc probant. Etenim, ſi non corrumpitur, neq; factus eſt; cùm omne quod factum eſt, corrumpatur. Ad hæc, cùm per Dei bonitatem Mundus ſit, neceſſe eſt, ſemper Deum bonum eſſe, & Mundum exiſtere: quemadmodum cum Sole, & igne ſimul unà lumen ſubſiſtit, & corpore umbra. Corporum, quæ in Mundo ſunt, alia mentem imitantur, & circulatim moventur; alia animum, & rectà diriguntur. Ex iis quæ rectà moventur, ignis & aër ſurſum; terra & aqua deorſum aguntur: ex iis quæ circulatim, ſphæra inerrans ab ortu, ſeptem reliquæ ab occaſu feruntur. Hujuſce cauſæ multæ aliæ ſunt, at illa non poſtrema; ne ſcilicet ſi velox orbium circumitio fiat, imperfecta generatio maneat. Sed cùm motus diverſus ſit, diverſam quoque

σωμάτων ἀνάγκη· καὶ μήτε καίειν, μήτε ψύχειν τὸ οὐράνιον σῶμα, μηδὲ ἄλλό τι ποιεῖν, ἃ τῶν τεσσάρων στοιχείων. Σφαίρας δὲ οὔσης τοῦ Κόσμου, ὁ γὰρ Ζωδιακὸς δείκνυσι τοῦτο, ἐπειδὴ σφαίρας πάσης τὸ κάτω μέσον ἐστὶ, πανταχόθεν γὰρ πλεῖστον ἀφέστηκε. τά τε βαρέα φέρεται κάτω· φέρεται δὲ εἰς γῆν. Ταῦτα δὲ πάντα ποιοῦσι μὲν Θεοὶ, τάττει δὲ Νοῦς, κινεῖ δὲ Ψυχή. Καὶ περὶ μὲν Θεῶν ἤδη εἴρηται.

corporum naturam eſſe oportet; & corpus cœleſte, neque comburere, neque frigefacere, neque aliud præterea facere, quod quatuor elementorum proprium fuerit. Et cùm Mundus ſphæricus ſit, cujus argumentum Zodiacus eſt; & cujuſcunque orbis pars inferior medium ſit; ex omnibus namque partibus plurimùm diſtat; gravia deorſum, & in terrã agũtur. Et hæc quidẽ omnia Dii cõficiunt, mens ordinat, animus movet. Et de Diis hæc dicta ſunto.

ΚΕΦ. η'.

Περὶ Νοῦ, καὶ ψυχῆς· καὶ ὅτι ἀθάνατος.

Ἔστι δέ τις δύναμις, οὐσίας μὲν δευτέρα, ψυχῆς δὲ προτέρα, ἔχουσα μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τὸ εἶναι, τελειοῦσα δὲ τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἥλιος τὰς ὄψεις. Τῶν δὲ Ψυχῶν αἱ μέν εἰσι λογικαὶ, καὶ ἀθάνατοι· αἱ δὲ ἄλογοι, καὶ θνηταί. καὶ αἱ μὲν ἐκ τῶν πρώτων, αἱ δὲ ἐκ τῶν δευτέρων παράγονται Θεῶν. πρῶτον δὲ ὅ, τι πότ' ἐστι Ψυχὴ ζητητέον. ᾧ τοίνυν διαφέρει τὰ ἔμψυχα τῶν ἀψύχων, τοῦτό ἐστι Ψυχή. διαφέρει δὲ κινήσει, αἰσθήσει, φαντασίᾳ, νοήσει. Ἔστιν ἄρα Ψυχὴ, ἄλογος μὲν ζωὴ αἰσθητικὴ καὶ φανταστική· λογικὴ δὲ, αἰσθήσεως καὶ φαντασίας ἄρχουσα, καὶ λόγῳ χρωμένη. καὶ ἡ μὲν ἄλογος τοῖς σωματικοῖς ἕπεται πάθεσιν· ἐπιθυμεῖ γὰρ ἀλόγως, καὶ ὀργίζεται· ἡ δὲ λογικὴ τοῦ τε σώματος

CAP. VIII.

De mente, & Animâ: & Animum immortalem eſſe.

Est autem quædam vis eſſentiâ quidem inferior, ſed nobilior animo: ab eſſentiâ habens, quòd ſit, animum verò ita perficiens, ut oculos Sol. Animorum porrò alii ſunt rationis compotes, & immortales; alii expertes, mortaléſque: primi ex primis, ſecundi ex ſecundis Diis producuntur. At primùm, quid ſit animus, inveſtigandum. Illud itaque animus erit, quo animata ab inanimatis differunt. Differunt autem motu, ſenſu, phantaſiâ, intelligentiâ. Eſt ergò animus rationis expers vita ſenſibus, ac viſis ſerviens: rationis compos, in ſenſus, ac phantaſiam dominans & ratione utens. Et ratione quidem vacuus animus corporis ſequitur affectiones: deſiderat enim abſque ratione, & iraſcitur; at rationis compos corpus

μετὰ

μετὰ λόγου καταφρονεῖ, καὶ πρὸς τὴν ἄλογον μαχομένη, κρατήσασα μὲν Ἀρετὴν, ἡττηθεῖσα δὲ, Κακίαν ποιεῖ. Ἀθάνατον δὲ αὐτὴν εἶναι ἀνάγκη, ὅτι τε γινώσκει Θεούς· θνητὸν δὲ οὐδὲν ἀθάνατον οἶδε· τῶν τε ἀνθρωπίνων πραγμάτων ὡς ἀλλοτρίων καταφρονεῖ, καὶ τοῖς σώμασιν, ὡς ἀσώματος ἀντιπέπονθε· καλῶν μὲν γὰρ καὶ νέων ὄντων ἁμαρτάνει, γηρώντων δὲ ἐκείνων ἀκμάζει. καὶ πᾶσα μὲν σπουδαία ψυχὴ κέχρηται νῷ· νοῦν δὲ οὐδὲν σῶμα γεννᾷ· πῶς γὰρ ἂν τὰ ἀνόητα νοῦν γεννήσοι; ὀργάνῳ δὲ χρωμένη τῷ σώματι, οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ· ὥσπερ οὐδὲ ὁ μηχανοποιὸς ἐν τοῖς μηχανοποιήμασι· καίτοι πολλὰ τῶν μηχανημάτων οὐδενὸς ἁπτομένου κινεῖται. εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ σώματος παρατρέπεται πολλάκις, θαυμάζειν οὐ δεῖ. καὶ γὰρ αἱ τέχναι τῶν ὀργάνων βλαβέντων, ἐνεργεῖν οὐκ ἂν δύναιντο.

cum ratione aspernatur, & cum animo rationis experte decertans, superior factus, virtutem, devictus, militiam efficit. Hunc verò immortalem esse necesse est, quòd Deos cognoscat; mortalium autem nullum novit immortale: & res humanas ac si alterius essent contemnit, & corporà incorporeus ipse abhorret: quæ si pulcra ac recentia fuerint, delinquit; si senuerint illa, ipse virescit. Et quilibet industrius animus mente utitur: mens verò à corpore non gignitur. Quanam enim ratione, quæ mente carent, mentem gignent? Et quamvis illi corpus tanquam instrumentum subserviat, in corpore tamen non est. Simili modo machinarum opifex in ipsis machinis nullus est; & nihilominùs machinarum pleræque, quas nemo tangit, sede moventur. Quòd si per corpus sæpenumerò à recto abducitur, non est cur miremur: namque artes instrumentis læsis operatione frustrantur.

ΚΕΦ. θ'.

Περὶ Προνοίας, καὶ Εἱμαρμένης, καὶ Τύχης.

ΤΗν δὲ τῶν Θεῶν Πρόνοιαν ἔστι μὲν καὶ ἐκ τούτων ἰδεῖν. Πόθεν γὰρ ἡ τάξις τῷ Κόσμῳ, εἴπερ μηδὲν ἦν τὸ τάττον; πόθεν δὲ τὸ πάντα τινὸς ἕνεκα γίνεσθαι, οἷον ἄλογον μὲν Ψυχὴν, ἵνα αἴσθησις ᾖ· λογικὴν δὲ, ἵνα κοσμῆται ἡ γῆ; Ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῆς περὶ τὴν

CAP. IX.

De Providentiâ, Fato, & Fortunâ.

DEorum insuper Providentiam & ex his colligere licet. Unde enim Mundo ordo inditur, si nullum est, quod ordinat? Unde etiam illud erit, omnia alicujus causâ produci: animam scilicèt rationis expertem, ut sensus sit; rationis compotem, ut terra cohonestetur? Ex ipsa quoque erga

φύσιν Προνοίας ἰδεῖν. τὰ μὲν γὰρ ὄμματα διαφανῆ πρὸς τὸ βλέπειν κατεσκεύασται· ἡ δὲ ῥὶς ὑπὲρ τὸ στόμα, διὰ τὸ κρίνειν τὰ δυσώδη. τῶν δὲ ὀδόντων οἱ μέσοι μὲν ὀξεῖς, διὰ τὸ τέμνειν· οἱ δὲ ἔνδον πλατεῖς, διὰ τὸ τρίβειν τὰ σιτία. καὶ πάντα δὲ ἐν πᾶσιν οὕτω κατὰ λόγον ὁρῶμεν. Ἀδύνατον δὲ ἐν μὲν τοῖς ἐσχάτοις τοσαύτην εἶναι Πρόνοιαν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις μὴ εἶναι. αἵ τε ἐν τῷ Κόσμῳ μαντεῖαι, καὶ θεραπεῖαι σωμάτων γινόμεναι, τῆς ἀγαθῆς Προνοίας εἰσὶ τῶν Θεῶν. Τὴν δὲ τοιαύτην περὶ τὸν κόσμον ἐπιμέλειαν οὐδὲν βουλομένους, οὐδὲ πονοῦντας τοὺς Θεοὺς ἡγητέον ποιεῖσθαι. ἀλλ᾽ ὥσπερ τῶν σωμάτων τῶν δύναμιν ἐχόντων αὐτῷ τῷ εἶναι ποιεῖ, ἃ ποιεῖ· οἷον ἥλιος φωτίζει, καὶ θάλπει αὐτῷ μόνῳ τῷ εἶναι· οὕτω πολὺ μᾶλλον ἡ τῶν Θεῶν Πρόνοια αὐτῇ τε ἀπόνως, καὶ τοῖς προνοουμένοις ἐπ᾽ ἀγαθῷ γίνεται. ὥστε καὶ αἱ τῶν Ἐπικουρείων λέλυνται ζητήσεις. τὸ γὰρ θεῖον, φασὶν, οὐδὲ αὐτὸ πράγματα ἔχειν, οὐδὲ ἄλλοις παρέχειν. καὶ ἡ μὲν ἀσώματος περί τε τὰ σώματα, καὶ τὰς ψυχὰς Πρόνοια τῶν Θεῶν ἐστὶ τοιαύτη· ἡ δὲ ἐκ τῶν σωμάτων, καὶ ἐν τοῖς σώμασιν, ἑτέρα τε ταύτης ἐστὶ, καὶ Εἱμαρμένη καλεῖται, διὰ τὸ μᾶλλον τοῖς σώμασι φαίνεσθαι τὸν εἱρμόν· περὶ ἣν καὶ ἡ Μαθηματικὴ εὕρηται τέχνη. Τὸ μὲν οὖν μὴ μόνον ἐκ Θεῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν θείων σωμάτων διοικεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, καὶ μάλιστα τὴν σωματικὴν

naturam providentiâ deprehendere poſſumus. Oculi quippe pellucidi ad videndum; nares ſuper os, ut malè olentia diſcernant; ex dentibus medii acuti conſtructi ſunt ad ſecandum, interiores plani ad alimenta comminuenda. Et hâc ratione omnia in omnibus non abſque ratione fieri conſpicimus. Fieri verò nequit, cùm in extremis hiſce tanta inſit providentia, in primis deficere. In Mundo præterea vaticinationes, & ſanationes corporum ex probâ Deorum providentiâ ſuccedunt. Similem autem erga Mundum curam, ac diligentiam à Diis neque aliquid inde ſperantibus, neque operantibus provenire cenſendum eſt; ſed ut corpora facultate prædita, quæcunque agunt ipsâ ſubſtantiâ operantur: quemadmodum Sol, eo ſolùm quod eſt, illuminat, & calefacit: ſic multò magìs Deorum providentia ſibi ipſi abſque labore ac moleſtiâ, & rebus quæ providentiæ ſubſunt, bona ſuppeditat. His Epicureorum diſſolvuntur quæſtiones: Numen enim, inquiunt, neque ſibi, neque aliis moleſtiæ eſt. Atqui incorporea circa corpora & animos Deorum providentia hæc eſt: ſed quæ ex corporibus, & in corporibus, diverſa ab eâ, Fatum nuncupatur: quòd magìs in corporibus illius ſeries illuceat, propter quam & ars Mathematica adinventa eſt. Non tantùm itaque ex Diis, ſed ex divinis quoque corporibus humana dirigi, & naturam potiſſimùm corpoream,

φύσιν,

φύσιν, εὔλογόν τε ἐστὶ καὶ ἀληθές. καὶ διὰ τοῦτο ὑγίειαν τε καὶ νόσον, εὐτυχίας τε καὶ δυστυχίας κατ᾽ ἀξίαν ἐκεῖθεν γίνεσθαι, ὁ λόγος δείκνυσι. τὸ δὲ ἀδικίας τε, καὶ ἀσελγείας ἐκ τῆς Εἱμαρμένης διδόναι, ἡμᾶς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ Θεοὺς ποιεῖν ἐστὶ κακούς. εἰ μὴ ἄρα ἐκεῖνο λέγειν ἐθέλοι τις, ὡς ὅλως μὲν τῷ Κόσμῳ, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν ἐπ᾽ ἀγαθῷ γίνεται πάντα· τὸ δὲ τραφῆναι κακῶς, ἢ τὴν φύσιν ἀσθενεστέρως ἔχειν τὰ παρὰ τῆς Εἱμαρμένης ἀγαθὰ εἰς τὸ χεῖρον μεταβάλλει. ὥσπερ τὸν ἥλιον ἀγαθὸν ὄντα πᾶσι, τοῖς ὀφθαλμιῶσιν, ἢ πυρέσσουσι βλαβερὸν εἶναι συμβαίνει. διὰ τί γὰρ Μασσαγέται μὲν τοὺς πατέρας ἐσθίουσιν, Ἑβραῖοι δὲ περιτέμνονται, Πέρσαι δὲ τὴν εὐγένειαν σώζουσι; πῶς δὲ Κρόνον τε καὶ Ἄρην κακοποιοὺς λέγοντες, πάλιν ποιοῦσιν ἀγαθοὺς, φιλοσοφίαν τε καὶ βασιλείας, στρατηγίας τε καὶ θησαυροὺς εἰς ἐκείνους ἀνάγοντες; Εἰ δὲ τρίγωνα καὶ τετράγωνα λέξουσιν, ἄτοπον τὴν μὲν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν πανταχοῦ τὴν αὐτὴν μένειν, τοὺς δὲ Θεοὺς ἐκ τῶν τόπων μεταβάλλεσθαι. τὸ δὲ καὶ πατέρων εὐγένειαν, ἢ δυσγένειαν προλέγειν, ὡς οὐ πάντα ποιούντων, τινὰ δὲ σημαινόντων μόνων τῶν ἀστέρων διδάσκει. Πῶς γὰρ ἂν τὰ περὶ τῆς γενέσεως ἐκ τῆς γενέσεως γένοιτο; ὥσπερ τοίνυν Πρόνοια, καὶ Εἱμαρμένη ἐστὶ, καὶ περὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, ἔστι δὲ καὶ περὶ ἕκαστον ἄνθρωπον, οὕτω καὶ Τύχη, περὶ ἧς καὶ λέγειν ἀκόλουθον.

rationi veritatíque conſonum eſt: ideóque ſanitatem, & ægritudinem; proſperas, adversáſque fortunas pro cujuſque dignitate indè provenire ratio dictat. At injuſtitias, & per laſciviam ac petulantiam commiſſa ſcelera ad Fatum referre, nos quidem probos, Deos verò nequam, ac ſceleſtos efficiet. Niſi quis illud reſpondere velit, Mundo in univerſum, & iis, qui naturâ Mundo reſpondent, omnia in bonum produci, ſed malè altum, educatúmque, vel naturam etiam imbecilliorem bona à Fato emanata in deterius mutare; quemadmodum Sol bonus ſit licèt, lippientibus tamen, ac febrientibus noxius fit. At quid enim Maſſagetæ parentes vorant, Hebræi circumciduntur, Perſæ nobilitatem conſervant? Quomodo verò Saturnum, atque Martem maleficos pronunciantes, rurſus Philoſophiam, Regnum, rei militaris imperia, ac Theſauros ad illos deferentes, beneficos prædicant? Si triangula, & quadrata afferant; abſurdum eſt, dum humana virtus ubicunque ſemper eadem perdurat, Deos ex locis immutari. At enim parentum nobilitatem, aut ignobilitatem prædicere, id ſtellas non omnia efficere, ſed nonnulla tantùm ſignificare docet. Quomodo enim quæ ante ortum ſunt, ex ipſo ortu fieri poterunt? Quemadmodum ergo Providentia, & Fatum circa nationes, & Urbes, tum etiam circa quemlibet hominem eſt; ita & Fortuna, de quâ ſermonem habere ſeries orationis poſtulat.

Ἡ τοίνυν

Ἡ τοίνυν τὰ διάφορα, καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα γινόμενα πρὸς ἀγαθὸν τάττουσα δύναμις τῶν Θεῶν, Τύχη νομίζεται. καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα κοινῇ τὰς πόλεις τὴν Θεὸν προσήκει τιμᾶν. πᾶσα γὰρ πόλις ἐκ διαφόρων πραγμάτων συνίσταται. ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην δὲ τὴν δύναμιν ἔχει. ἐπειδὴ ὑπὲρ σελήνην οὐδὲ ἓν ἐκ Τύχης ἂν γένοιτο. Εἰ δὲ κακοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, ἀγαθοὶ δὲ πένονται, θαυμάζειν οὐ δεῖ. οἱ μὲν γὰρ πάντα, οἱ δὲ οὐδενὸς πλοῦτον ποιοῦσι. καὶ τῶν μὲν κακῶν ἡ εὐτυχία, οὐκ ἂν ἀφέλοι τὴν κακίαν, τοῖς δὲ ἀγαθοῖς ἡ ἀρετὴ μόνον ἀρέσκει.

Igitur diverſa, ac præter expectationem accidentia ad bonum vis Deorum diſponens, Fortuna exiſtimatur; ideóque potiſſimùm Urbes hanc Deam honoribus afficere generatim universéque addecet. Quælibet enim Urbs ex diverſis rebus coaleſcit. Ea ſub Lunâ poteſtatem exercet; quando ſuper Lunam nihil omninò fortuitò accidit. At ſi mali proſpero Fortunæ flatu utantur, probi inopiâ rerum laborent, admirandum haud eſt: illi enim maximi, hi nihili divitias æſtimant; & à malis quidem res proſperæ nihil unquam auferent de pravitate: probis ſola virtus ſuffecerit.

ΚΕΦ. ι'.

Περὶ Ἀρετῆς, καὶ Κακίας.

ΟΙ δὲ περὶ τῆς Ἀρετῆς καὶ Κακίας λόγοι πάλιν τῶν περὶ Ψυχῆς δέονται. Τῆς γὰρ ἀλόγου οὔσης εἰς τὰ σώματα, καὶ θυμὸν εὐθὺς, καὶ ἐπιθυμίαν ποιούσης, ἡ λογικὴ τούτοις ἐφεστηκυῖα, τριμερῆ ποιεῖ τὴν ψυχὴν, ἐκ λόγου, καὶ θυμοῦ, καὶ ἐπιθυμίας. Ἀρετὴ δὲ, λόγου μὲν φρόνησις, θυμοῦ δὲ ἀνδρεία, ἐπιθυμίας δὲ σωφροσύνη, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνη. Δεῖ γὰρ τὸν λόγον κρίνειν τὰ δέοντα, τὸν δὲ θυμὸν λόγῳ πειθόμενον τῶν δοκούντων δεινῶν καταφρονεῖν, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν μὴ τὸ φαινόμενον ἡδὺ, ἀλλὰ τὸ μετὰ λόγου διώκειν. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ὁ βίος γίνεται δίκαιος· ἡ γὰρ περὶ

CAP. X.

De Virtute, & Vitio.

DE Virtute autem, & Vitio ſermones, eos quos de animo habuimus, rurſus expoſcunt. Namque dum rationis vacuus animus in ipſis corporibus iram ſtatim, ac cupidinem procreat, rationis particeps eorum præſes, tripartitum animum ex ratione, irâ, atque cupidine facit. Virtus autem rationis eſt prudentia, iræ fortitudo, cupidinis temperantia, & totius animi juſtitia: oportet ſiquidem rationem ea, quæ addecent, dijudicare; iram rationis audientem, quæ videntur horribilia contemnere; cupidinem non quod volupe apparet, ſed quod cum ratione eſt, ſequi. Hæc dum ita ſe habent, vivendi ratio juſta evadit: etenim circa

χρήματα

χρήματα δικαιοσύνη, μικρόν τι μέρος ἐστὶν Ἀρετῆς. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν μὲν τοῖς πεπαιδευμένοις, πάσας ἐστὶν ἰδεῖν, ἐν δὲ τοῖς ἀπαιδεύτοις, ὁ μὲν ἐστὶν ἀνδρεῖος, καὶ ἄδικος· ὁ δὲ σώφρων, καὶ ἀνόητος· ὁ δὲ φρόνιμος, καὶ ἀκόλαστος. ὥσπερ οὐδὲ ἀρετὰς προσήκει καλεῖν, λόγου τε ἐστερημένας, καὶ ἀτελεῖς οὔσας, καὶ τῶν ἀλόγων τισὶ παραγινομένας. Ἡ δὲ Κακία ἐκ τῶν ἐναντίων θεωρείσθω· λόγου μὲν ἄνοια, θυμοῦ δὲ δειλία, ἐπιθυμίας δὲ ἀκολασία, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἀδικία. Γίνονται δὲ αἱ μὲν Ἀρεταὶ ἐκ πολιτείας ὀρθῆς, καὶ τοῦ τραφῆναι καλῶς, καὶ παιδευθῆναι. αἱ δὲ Κακίαι ἐκ τῶν ἐναντίων.

pecunias juſtitia, pars eſt puſilla virtutis; ideóque in caris, eruditiſque hominibus omnes aſpicies; in ignaris, atque incultis, hic fortis eſt, & injuſtus; alius temperans, & mente captus; ille prudens, & intemperans: quas quidem neque virtutes meritò dixeris, dum ratione deſtituuntur, nec partibus ſuis abſolutæ ſunt, & in animantibus etiam rationis expertibus illuceſcunt. Vitium ex oppoſitis conſideratur; rationis inſipientia, iræ pavor, cupidinis intemperantia, totius denique animi injuſtitia. Naſcuntur porrò Virtutes ex rectâ vivendi ratione, rectâque educatione, ac inſtitutione: Vitia ex contrariis.

ΚΕΦ. ιαʹ.

Περὶ ὀρθῆς Πολιτείας, καὶ φαύλης.

Καὶ αἱ Πολιτεῖαι δὲ κατὰ τὴν τριμέρειαν γίνονται τῆς ψυχῆς. ἐοίκασι γὰρ οἱ μὲν ἄρχοντες τῷ λόγῳ, οἱ δὲ στρατιῶται τῷ θυμῷ, οἱ δὲ δῆμοι ταῖς ἐπιθυμίαις. Καὶ ὅπου μὲν κατὰ λόγον πράττεται πάντα, καὶ ὁ πάντων ἄριστος ἄρχει, Βασιλεία γίνεται· ὅπου δὲ κατὰ λόγον τε, καὶ θυμὸν πλείους ἑνὸς ἄρχουσιν, Ἀριστοκρατίαν εἶναι συμβαίνει· ὅπου δὲ κατ' ἐπιθυμίαν πολιτεύονται, καὶ αἱ τιμαὶ πρὸς τὰ χρήσιμα γίνονται, Τιμοκρατία ἡ τοιαύτη πολιτεία καλεῖται. ἐναντία δὲ,

Cap. XI.

De probâ, improbáque Republicâ.

Rerum autem publicarum formæ ex tripartito animo comparantur. Namque qui principatum obtinent, rationi aſſimilantur; milites iræ; plebes cupiditatibus. Ubi ergò ex ratione cuncta peraguntur, & omnium optimus imperat, Regnum oritur; ubi ex ratione, & irâ uno plures dominantur, optimorum dominium eſt: ubi ex cupidine gubernantur, & honores commodorum intuitu deferuntur, hæc Reſpublica Timocratia vocatur. Contraria verò

Βασιλείᾳ

Βασιλείᾳ μὲν Τυραννίς· ἡ μὲν γὰρ μετὰ λόγου πάντως, ἡ δὲ οὐδὲν κατὰ λόγον ποιεῖ. Ἀριστοκρατίᾳ δὲ Ὀλιγαρχία· ὅτι οὐχ οἱ ἄριστοι, ἀλλ' ὀλίγοι κάκιστοι ἄρχουσιν. Τιμοκρατίᾳ δὲ Δημοκρατία, ὅτι οὐχ οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες, ἀλλ' ὁ δῆμος κύριός ἐστι πάντων.

ΚΕΦ. ιβ'.

Πόθεν τὰ κακὰ, καὶ ὅτι κακοῦ φύσις οὐκ ἔστιν.

Ἀλλὰ πῶς Θεῶν ἀγαθῶν ὄντων, καὶ πάντα ποιούντων, τὰ κακὰ ἐν τῷ Κόσμῳ; ἢ πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο ῥητέον, ὅτι Θεῶν ἀγαθῶν ὄντων, καὶ πάντα ποιούντων, κακοῦ φύσις οὐκ ἔστιν, ἀπουσίᾳ δὲ ἀγαθοῦ γίνεται. ὥσπερ καὶ σκότος αὐτὸ μὲν οὐκ ἔστιν, ἀπουσίᾳ δὲ φωτὸς γίνεται. ἀνάγκη δὲ εἴπερ ἐστὶν, ἢ ἐν Θεοῖς, ἢ νοῖς, ἢ ψυχαῖς, ἢ σώμασιν. ἀλλ' ἐν μὲν Θεοῖς οὐκ ἔστιν· ἐπειδὴ πᾶς Θεὸς ἀγαθός. εἰ δὲ νοῦν τις φησὶ κακὸν, νοῦν ἀνόητον λέγει· εἰ δὲ ψυχὴν, χείρονα ποιήσει σώματος· πᾶν γὰρ σῶμα καθ' ἑαυτὸ κακίαν οὐκ ἔχει. εἰ δὲ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἄλογον, κεχωρισμένα μὲν μὴ εἶναι κακὰ, συνελθόντα δὲ κακίαν ποιεῖν. Εἰ δὲ Δαίμονάς τις λέγει κακοὺς, εἰ μὲν ἐκ Θεῶν τὴν δύναμιν ἔχουσιν, οὐκ ἂν εἶεν κακοί· εἰ δὲ ἀλλαχόθεν, οὐ πάντα ποιοῦσιν οἱ Θεοί. Εἰ δὲ μὴ πάντα ποιοῦσιν, ἢ βουλόμενοι οὐ δύνανται, ἢ δυνάμενοι οὐ βούλονται·

Regno Tyrannis; illa enim ex ratione omnia, hæc nihil ex ratione perficit. Optimatum dominio paucorum dominium; quòd non optimi quique ſed pauci, iique peſſimi gubernant. Timocratiæ Democratia; quòd non qui facultatibus præcellunt, ſed multitudo omnia ad nutum moderatur.

CAP. XII.

Unde mala oriantur: & mali naturam nullam eſſe.

Sed quanam ratione cùm Dii boni ſint, omniaque ipſi operentur, mala ſunt in Mundo? Aut primùm id dicere debemus, cùm Dii boni ſint, & omnia perficiant, mali naturam haud eſſe, ſed boni abſentiâ adeſſe; quemadmodum tenebræ ex ſe ipſæ nullæ ſunt, ſed carentiâ luminis procreantur. Quòd ſi daretur, neceſſariò aut in Diis, aut in mentibus, aut in animis, aut corporibus eſſet. At in Diis non eſt; cùm Deus quilibet bonus ſit. Quod ſiquis mentem diceret malam, mentem abſq; mente fateretur: ſi animum, corpore deteriorem animum affirmaret; nullum namque corpus in ſe malum habet: ſi ex corpore, & animo aſſeverârit; abſonum erit, quæ ſeparata mala non ſunt, ipſa coitione mala fieri dicere. Porrò ſi quiſpiam Dæmonas malos fateretur, illi, ſi à Diis vires ſumunt, mali non erunt; ſi aliunde non omnia ergò Dii producunt. Quòd ſi non omnia producunt, aut volentibus vires non ſuppetunt; aut cùm facultas adeſt, nolunt.

ὧν

ὧν οὐδέτερον πρέπει Θεῷ. Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἐν τῷ Κόσμῳ φύσει κακόν, ἐκ τούτων ἐστὶν ἰδεῖν. Περὶ δὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐνεργείας, καὶ τούτων οὐ πάντων, οὐδὲ ἀεὶ φαίνεται τὰ κακά. Ταῦτα δὲ εἰ μὲν δι' αὐτὸ τὸ κακὸν ἡμάρτανον ἄνθρωποι, αὐτὴ ἂν ἦν ἡ φύσις κακή. εἰ δὲ ὁ μὲν μοιχεύων, τὴν μὲν μοιχείαν ἡγεῖται κακόν, τὴν δὲ ἡδονὴν ἀγαθόν. ὁ δὲ φονεύων, τὸν μὲν φόνον ἡγεῖται κακόν, τὰ δὲ χρήματα ἀγαθά· ὁ δὲ ἐχθρὸν κακῶς ποιῶν, τὸ μὲν κακῶς ποιῆσαι, κακόν, τὸ δὲ τὸν ἐχθρὸν ἀμύνασθαι, ἀγαθόν. καὶ πάντα οὕτως ἁμαρτάνει ψυχή, καὶ δι' ἀγαθότητα γίνεται τὰ κακά· ὥσπερ διὰ τὸ φῶς μὴ εἶναι γίνεται σκότος φύσει μὴ ὄν. ἁμαρτάνει μὲν οὖν ψυχή, ὅτι ἐφίεται ἀγαθοῦ. πλανᾶται δὲ περὶ τὸ ἀγαθόν, ὅτι μὴ πρώτη ἐστὶν οὐσία. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ πλανᾶσθαι, καὶ πλανηθεῖσαν θεραπεύεσθαι, πολλὰ παρὰ Θεῶν γινόμενά ἐστιν ἰδεῖν. καὶ γὰρ Τέχναι, καὶ Ἐπιστῆμαι, καὶ Ἀρεταί, Εὐχαί τε, καὶ Θυσίαι, καὶ Τελεταί, Νόμοι τε, καὶ Πολιτεῖαι, Δίκαι τε, καὶ Κολάσεις, διὰ τὸ κωλύειν ψυχὰς ἁμαρτάνειν ἐγένοντο· καὶ τοῦ σώματος ἐξελθούσας Θεοὶ καθάρσιοι, καὶ Δαίμονες τῶν ἁμαρτημάτων καθαίρουσι.

Sed neutrum Deo convenit. Nihil itaque in mundo naturâ malum eſſe ex his facilè deprehendes. Verùm circa hominum, eorúmque non omnium operationes, nec ſemper mala videntur. Quòd ſi propter ipſum malum homines delinquerent, ipſa utique natura mala eſſet; ſed cùm adulterans, adulterium quidem malum, voluptatem bonam; homicida, cædem quidem malam, ſed pecunias bonas exiſtimat; & qui perniciem hoſtibus affert, perniciem quidem afferre malum, ulciſci verò inimicum bonum, & hâc ratione animus delinquit; bonitatis ergò causâ mala ſubſequuntur, quemadmodum, dum lumen abeſt, tenebræ, quæ naturâ nullæ ſunt, irrepunt. Delinquit ergò animus, quia bonum appetit, ſed circa bonum aberrat, quòd prima eſſentia non eſt. Sed ne aberret, & ſi aberrârit, adhibitis remediis reſipiſcat, plurima Deos machinari deprehendes. Etenim artes, ſcientiæ, diſciplinæ, virtutes, precationes, ſacrificia, ceremoniæ, leges, rerum publicarum inſtitutiones, judicia, & punitiones ad impediendos animos, ne delinquant, inventæ ſunt; & corpore egreſſos Dii expiatores, ac Dæmones à ſceleribus purgant.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιγ'.

Πῶς τὰ ἀΐδια λέγεται γίνεσθαι.

ΠΕρὶ μὲν οὖν Θεῶν, καὶ Κόσμου, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τοῖς μήτε διὰ φιλοσοφίας ἀχθῆναι δυναμένοις, μηδὲ τὰς ψυχὰς ἀνιάτοις ἀρκέσει ταῦτα. Περὶ δὲ τοῦ μὴ γενέσθαι ταῦτα ποτὲ, μηδὲ ἀλλήλων χωρίζεσθαι, λείπεται λέγειν· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς λόγοις ὑπὸ τῶν πρώτων τὰ δεύτερα εἴπομεν γίνεσθαι. Πᾶν τὸ γινόμενον, ἢ τέχνῃ, ἢ φύσει, ἢ κατὰ δύναμιν γίνεται. τὰ μὲν οὖν κατὰ τέχνην, ἢ φύσιν ποιοῦντα, πρότερα εἶναι τῶν ποιουμένων ἀνάγκη· τὰ δὲ κατὰ δύναμιν μεθ' ἑαυτῶν συνίστησι τὰ γινόμενα· ἐπειδὴ καὶ τὴν δύναμιν ἀχώριστον ἔχει. ὥσπερ δὴ ἥλιος μὲν φῶς, πῦρ δὲ θερμότητα, χιὼν δὲ ψυχρότητα. εἰ μὲν οὖν τέχνῃ τὸν Κόσμον ποιοῦσι Θεοὶ, οὐ τὸ εἶναι, τὸ δὲ τοιόνδε εἶναι ποιοῦσι. πᾶσα γὰρ τέχνη τὸ εἶδος ποιεῖ. πόθεν οὖν τὸ εἶναι τῷ Κόσμῳ; εἰ δὲ φύσει, πῶς τὸ φύσει ποιοῦν, ἑαυτοῦ τι δίδωσι τῷ γινομένῳ; ἀσωμάτων δὲ τῶν Θεῶν ὄντων, ἐχρῆν, καὶ τὸν Κόσμον ἀσώματον εἶναι. Εἰ δὲ τοὺς Θεοὺς σώματα λέγοι τις, πόθεν τῶν ἀσωμάτων ἡ δύναμις; εἰ δὲ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, φθειρομένου τοῦ Κόσμου τὸν ποιήσαντα φθείρεσθαι ἀνάγκη,

CAP. XIII.

Quonam modo ſempiterna fieri dicantur.

DE Diis itaque, & Mundo, & rebus humanis iis, qui per Philoſophiam ſublevari non poſſunt, nec immedicabiles animis ſunt, hæc ſufficiant. Hæc autem nunquam fuiſſe facta, neque à ſeipſis ſeparari, reliquum eſt ut dicamus: quandoquidem nos ipſi ſuprà diximus, à primis ſecunda procreari. Omne quod fit, aut arte, aut naturâ, aut facultate quadam fit. Quæ igitur arte, aut naturâ operantur, ea præcedere, quæ efficiuntur, neceſſe eſt; quæ facultate, res ipſas unà ſecum producunt; quandoquidem facultatem, quæ ſeparari nequit, ſecum habent; veluti ſol lumen, ignis caliditatem, nix frigiditatem. Si itaque arte Mundum Dii producunt, non ut ſit, ſed ut talis ſit, efficiunt. Nam quælibet ars ſpeciem edit. Undénam ergo Mundo, ut ſit? Quodſi naturâ; quomodo quod naturâ agit, ex ſemetipſo aliquid rei effectæ impartitur? & cùm Dii incorporei ſint, oportebat & Mundum incorporeum eſſe. Quòd ſi quis Deos corporeos dixerit, undénam incorporeorum facultas? Et ſi id concederemus; corrupto Mundo, ejuſdem etiam opifex neceſſariò corrumperetur, ſi naturâ ille quidem agit. Si ergò neque arte,

εἰ γὰρ

εἰ γὰρ κατὰ φύσιν τὸν Κόσμον ποιοῦσι Θεοί. Δυνάμει λείπεται μόνον. πᾶν δὲ τὸ δυνάμει γινόμενον τῷ τὴν δύναμιν ἔχοντι συνυφίσταται. καὶ οὐδὲ ἀπολέσθαι ποτὲ τὰ οὕτως γινόμενα δύναται, εἰ μή τις τοῦ ποιοῦντος ἀφέλοι τὴν δύναμιν. ὥστε οἱ τὸν Κόσμον φθείροντες, Θεοὺς μὴ εἶναι λέγουσιν, ἢ Θεοὺς εἶναι λέγοντες, τὸν Θεὸν ποιοῦσιν ἀδύνατον. δυνάμει μὲν οὖν πάντα ποιῶν ἑαυτῷ συνυφίστησι πάντα. μεγίστης δὲ τῆς δυνάμεως οὔσης, οὐκ ἀνθρώπους ἔδει καὶ ζῶα μόνα ποιεῖν, ἀλλὰ Θεούς τε, καὶ ἀνθρώπους, καὶ Δαίμονας. καὶ ὅσῳ τῆς ἡμετέρας φύσεως διαφέρει ὁ πρῶτος Θεός, τοσούτῳ πλείους εἶναι τὰς μεταξὺ ἡμῶν τε κἀκείνου δυνάμεις ἀνάγκη. πάντα γὰρ πλεῖστον ἀλλήλων κεχωρισμένα πολλὰ ἔχει τὰ μέσα.

neque naturâ Mundum Dii producunt, ſequitur facultate tantùm producere. Et omne quod facultate producitur, unà cum eo, quod facultatem habet, ſubſiſtit. Neque hâc ratione producta corrumpi unquam poſſunt, niſi quis facultate producentem privaverit. Quapropter qui Mundum corruptioni obnoxium tradunt, Deos eſſe planè negant: aut Deos eſſe aſſerentes, Deum imbecillem fatentur. Qui ergò facultate efficit univerſa, univerſa ſimul ſecum ſubſiſtere facit. Et cùm maxima facultas ſit, non homines & animantia modò producenda erant, ſed Dii, & homines, & Dæmones; & quantum noſtram naturam primus Deus præcellit, tantò plures medias inter nos & ipſum facultates eſſe oportet. Quæcunque enim plurimùm inter ſe diſtant, plurima inter ſe media habent.

ΚΕΦ. ιδʹ.

Πῶς οἱ Θεοὶ μὴ μεταβαλλόμενοι, ὀργίζεσθαι καὶ θεραπεύεσθαι λέγονται.

Εἰ δέ τις τὸ μὲν Θεοὺς μὴ μεταβάλλεσθαι εὔλογόν τε ἡγεῖται καὶ ἀληθές, ἀπορεῖ δὲ πῶς ἀγαθοῖς μὲν χαίρουσι, κακοῖς δὲ ἀποστρέφονται· καὶ ἁμαρτάνουσι μὲν ὀργίζονται, θεραπευόμενοι δὲ ἵλεῳ γίνονται, ῥητέον, ὡς οὐ χαίρει Θεός· τὸ γὰρ χαῖρον, καὶ λυπεῖται. οὐδὲ ὀργίζεται· πάθος γὰρ καὶ τὸ ὀργίζεσθαι. οὐδὲ δώροις θεραπεύεται· ἡδονῇ γὰρ ἂν ἡττηθείη. οὐδὲ θέμις

Cap. XIV.

Quanam ratione Dii, qui non immutantur, iraſci, & mulceri dicuntur.

Quòd ſi quis Deos immutabiles eſſe rationi veritatíq;conſonũ ducens, dubitat, quomodo illi bonis quidem lætantur, mala averſantur, & delinquentibus item iraſcuntur, & delinitionibus redduntur propitii: dicendum eſt, Deum omnino non lætari; namq; quod lætatur, & mœrore afficitur: neque iraſci; iraſci enim motus animi; neq; mulceri muneribus; id enim eſſet delectationibus vinci: neque fas eſſe

ex

ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, οὔτε καλῶς, οὔτε κακῶς ἔχειν τὸ Θεῖον. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀγαθοί τε εἰσὶν ἀεὶ, καὶ ὠφελοῦσι μόνον· βλάπτουσι δὲ οὐδέποτε, κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἔχοντες· ἡμεῖς δὲ ἀγαθοὶ μὲν ὄντες δι' ὁμοιότητα Θεοῖς συναπτόμεθα, κακοὶ δὲ γινόμενοι δι' ἀνομοιότητα χωριζόμεθα· καὶ κατ' ἀρετὰς ζῶντες, ἐχόμεθα τῶν Θεῶν, κακοὶ δὲ γινόμενοι ἐχθροὺς ἡμῖν ποιοῦμεν ἐκείνους. οὐκ ἐκείνων ὀργιζομένων, ἀλλὰ τῶν ἁμαρτημάτων Θεοὺς μὲν ἡμῖν οὐκ ἐώντων ἐλλάμπειν, Δαίμοσι δὲ κολαστικοῖς συναπτόντων. Εἰ δὲ εὐχαῖς, καὶ θυσίαις λύσιν τῶν ἁμαρτημάτων εὑρισκομεν, καὶ τοὺς Θεοὺς θεραπεύομεν, καὶ μεταβάλλομεν, ἀλλὰ διὰ τῶν δρωμένων, καὶ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον ἐπιστροφῆς τὴν ἡμετέραν κακίαν ἰώμενοι, πάλιν τῆς τῶν Θεῶν ἀγαθότητος ἀπολαύομεν, ὥστε ὅμοιον τὸν Θεὸν λέγειν τοὺς κακοὺς ἀποστρέφεσθαι, καὶ τὸν ἥλιον τοῖς ἐστερημένοις τῶν ὄψεων κρύπτεσθαι.

ex rebus humanis Numen vel benè, vel malè ſe habere. Sed illi quidem boni ſunt ſemper, & tantùm proficui, noxii nunquam, ſemperque in omnibus eodem modo ſe habent. Nos verò dum ſumus boni, propter ſimilitudinem Diis conjungimur; dum mali, propter diſſimilitudinem ſeparamur: & dum ex virtute vivimus, Diis adhæremus; dum vitiis inquinamur, nobis illos hoſtes comparamus; non quòd illi iraſcantur, ſed quòd delicta Deos impediunt, ne nobis illuceant, & Dæmonibus torroribus dedunt. Si verò precibus & ſacrificiis delictorum veniam conſequamur, Deóſque placemus & convertamus, hujuſmodi operibus, & noſtrâ ad Deum converſione noſtris malis curationem adhibentes, rursùs divinæ bonitatis participes efficimur. Quare idem erit dicere, Deum malos averſari, & ſolem oculis privatis abſcondi.

ΚΕΦ. ιε´.

Διατὶ ἀνενδεεῖς ὄντας τοὺς Θεοὺς τιμῶμεν.

Ἐκ δὲ τούτων καὶ ἡ περὶ Θυσιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς Θεοὺς γινομένων λέλυται ζήτησις. Αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ Θεῖον ἀνενδεές· αἱ δὲ τιμαὶ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ἕνεκα γίνονται. καὶ ἡ μὲν Πρόνοια τῶν Θεῶν διατείνει πανταχῇ, ἐπιτηδειότητος δὲ μόνον πρὸς ὑποδοχὴν δεῖται. πᾶσα δὲ ἐπιτηδειότης, μιμήσει, καὶ ὁμοιότητι γίνεται. διὸ οἱ μὲν ναοὶ τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ βωμοὶ μιμοῦνται τὴν γῆν, τὰ δὲ ἀγάλματα τὴν ζωὴν, καὶ διὰ τοῦτο ζώοις ἀπείκασται, αἱ δὲ εὐχαὶ τὸ νοερὸν, οἱ δὲ χαρακτῆρες τὰς ἀρρήτους ἄνω δυνάμεις, βοτάναι δὲ καὶ λίθοι τὴν ὕλην, τὰ δὲ θυόμενα ζῶα τὴν ἐν ἡμῖν ἄλογον ζωήν. Ἐκ δὲ τούτων ἁπάντων τοῖς μὲν Θεοῖς πλέον οὐδέν· τί γὰρ ἂν πλέον γένοιτο Θεοῖς; ἡμῖν δὲ πρὸς ἐκείνους γίνεται συναφή.

Cap. XV.

Quare Deos nullius indigentes honoramus.

Ex his de Sacrificiis, aliiſque quæ in Deorum cultum conamur, dubitatio ſolvitur. Numen etenim ipſum nullius indiget; cultus verò, atque honores noſtri commodi tantùm gratiâ deferuntur: & cùm providentia Deorum quaquaverſum ſit diffuſa, habitudine ſolùm, ut recipi poſſit, opus eſt; Habitudo verò omnis imitatione & ſimilitudine comparatur; quare Templa quidem Cœlum, Aræ Terram æmulantur, Statuæ vitam, ideóque animantibus ſimiles ſunt; preces intellectuale; characteres ſuperiores poteſtates, quæ verbis exprimi nequeunt; herbæ, ac lapides materiam; animalia quæ ſacrificantur, vitam in nobis ſed rationis expertem. Ex his omnibus, nihil ultrà Diis accidit: quid enim Deo ultrà accidere poteſt? Sed nobis cum illis conjunctio ſequitur.

ΚΕΦ. ις´.

Περὶ Θυσιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν· ὅτι Θεοὺς μὲν οὐδὲν, ἀνθρώπους δὲ ὠφελοῦμεν.

Ἄξιον δὲ οἶμαι περὶ Θυσιῶν βραχέα προσθεῖναι. πρῶτον μὲν ἐπειδὴ πάντα παρὰ Θεῶν ἔχομεν, δίκαιον δὲ τοῖς διδοῦσι τῶν διδομένων ἀπάρχεσθαι, χρημάτων μὲν δι' ἀναθημάτων, σωμάτων δὲ διὰ κόσμου, ζωῆς δὲ διὰ θυσιῶν ἀπαρχόμεθα. ἔπειτα αἱ μὲν χωρὶς θυσιῶν εὐχαὶ, λόγοι μόνον εἰσὶν, αἱ δὲ μετὰ θυσιῶν ἔμψυχοι λόγοι· τοῦ μὲν λόγου τὴν ζωὴν δυναμοῦντος, τῆς δὲ ζωῆς τὸν λόγον ψυχούσης. Ἔτι παντὸς πράγματος εὐδαιμονία ἡ οἰκεία τελειότης ἐστίν· οἰκεία δὲ τελειότης ἑκάστῳ ἡ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν συναφή. καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς εὐχόμεθα συναφθῆναι Θεοῖς. Ἐπεὶ τοίνυν ζωὴ πρώτη ἡ τῶν Θεῶν ἐστι, ζωὴ δέ τις καὶ ἡ ἀνθρωπίνη· βούλεται δὲ αὕτη συναφθῆναι ἐκείνῃ, μεσότητος δεῖται. οὐδὲν γὰρ τῶν πλεῖστον διεστώτων ἀμέσως συνάπτεται. ἡ δὲ μεσότης ὁμοία εἶναι τοῖς συναπτομένοις ὀφείλει. ζωῆς οὖν μεσότητα, ζωὴν ἐχρῆν εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο ζῶα θύουσιν ἄνθρωποι, οἵ τε νῦν εὐδαίμονες, καὶ πάντες οἱ πάλαι· καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἑκάστῳ Θεῷ τὰ πρέποντα, μετὰ πολλῆς τῆς ἄλλης θρησκείας. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανά.

CAP. XVI.

De sacrificiis, aliisque honoribus, quibus, Diis nullo, hominibus commodo sumus.

NOn erit tamen abs re, pauca, & illa brevia de Sacrificiis hîc adnectere; & primùm cùm à Diis omnia nobis suggerantur, æquúmque sit exhibentibus ex iis, quæ exhibentur, primitias offerre; de pecuniis per offerrumenta, de corporibus per ornamenta, de vitâ per sacrificia primitias damus. Prætereà sine sacrificiis preces, verba tantummodò; cum sacrificiis, verba sunt animata; verbo quidem vitam corroborante, vitâ verò verbum animante. Item cujuscunque rei beatitas, propria perfectio est; propria cuicumque perfectio ad summet ipsius causam est conjunctio: ideóque nos, ut cum Diis copulemur, supplicamus. Quando igitur vita prima Deorum est, vita etiam quodammodò & hominum est, & hæc cum illâ sociari appetit, medio indiget. Nihil enim ex iis, quæ plurimùm inter se distant, sine medio connectitur, medium verò iis, quæ conjunguntur, simile debet esse. Vitæ ergò medium, vitam esse oportuit: ideóque animantia homines, & illi qui nunc fortunati censentur, & veteres omnes sacrificant; eaque non temerè, & nullo habito delectu, sed utì cuilibet Deo conveniunt, cum aliis multis ceremoniis, ac religione. Et de his quidem satis.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ιζ'.

Ὅτι φύσει ἄφθαρτος ὁ Κόσμος.

Τὸν δὲ Κόσμον ὅτι μὲν οὐκ ἂν Θεοὶ φθερεῦσιν εἴρηται. ὅτι δὲ καὶ τὴν φύσιν ἄφθαρτον ἔχει, λέγειν ἀκόλουθον. πᾶν γὰρ τὸ φθειρόμενον, ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ φθείρεται, ἢ ὑπὸ ἄλλου. εἰ μὲν οὖν ὑφ' ἑαυτοῦ ὁ Κόσμος φθείρεται, ἔδει καὶ τὸ πῦρ ἑαυτὸ καίειν, καὶ τὸ ὕδωρ ἑαυτὸ ξηραίνειν. εἰ δὲ ὑπὸ ἄλλου, ἢ σώματος, ἢ ἀσωμάτου. ἀλλ' ὑπὸ μὲν ἀσωμάτου, ἀδύνατον. τὰ γὰρ ἀσώματα σώζει τὰ σώματα. οἷον φύσις, καὶ ψυχή· οὐδὲν δὲ ὑπὸ τοῦ φύσει σώζοντος φθείρεται. εἰ δὲ ὑπὸ σώματος, ἢ ὑπὸ τῶν ὄντων, ἢ ὑπὸ ἑτέρων. καὶ εἰ μὲν ὑπὸ τῶν ὄντων, ἢ ὑπὸ τῶν κύκλῳ κινουμένων τὰ ἐπ' εὐθείας, ἢ ὑπὸ τῶν ἐπ' εὐθείας τὰ κύκλῳ. ἀλλ' οὐδὲ τὰ κύκλῳ φθαρτικὴν ἔχει φύσιν· διατί γὰρ μηδὲν ὁρῶμεν ἐκεῖθεν φθειρόμενον; οὐδὲ τὰ ἐπ' εὐθείας ἐκείνων ἅψασθαι δύναται· διατί γὰρ ἄχει νῦν οὐκ ἠδυνήθη; ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐπ' εὐθείας ὑπ' ἀλλήλων φθείρεσθαι δύναται. ἡ μὲν ἄλλου φθορὰ, ἄλλου γένεσίς ἐστι· τοῦτο δὲ φθείρεσθαι μὲν οὐκ ἔστι, μεταβάλλεσθαι δέ. εἰ δὲ ὑπ' ἄλλων σωμάτων ὁ Κόσμος φθείρεται, πόθεν γινομένων, ἢ ποῦ νῦν ὄντων, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον, ἢ εἴδει, ἢ ὕλῃ φθείρεται. ἔστι δὲ εἶδος μὲν

Cap. XVII.

Naturâ Mundum esse incorruptibilem.

Deos porrò nunquam Mundum destructuros, dictum est. Ordo tamen postulat, ut eum naturam incorruptibilem habere dicamus. quodcunque enim destruitur, aut à seipso, aut ab alio destruitur. Si itaq; à seipso Mundus destruitur, necessariò & Ignis seipsum combureret, & Aqua seipsam exsiccaret. si ab alio; aut à corpore, aut ab incorporeo. sed ab incorporeo id fieri nequit; incorporea enim, corpora conservant, veluti natura, & animus; nihilq; ab eo, quod naturâ suâ conservat, destruitur. Si à corpore, aut ab iis, quæ sunt, aut ab aliis: si ab iis, quæ sunt, aut ab iis quæ circulatim moventur, destruentur quæ recto motu dirigũtur; aut à rectâ se moventibus, quæ circulatim. Sed quæ circulatim feruntur, naturam corruptricem non habent; ideóque nihil indè corruptum videmus: & quæ rectâ procedunt, illa attingere nequeunt: quanam enim ratione ad hanc usq; diem non potuerunt? Sed neq; quæ recto motu moventur, à semetipsis destrui possunt: alterius enim corruptio alterius generatio est; at hoc destrui utique non est, sed immutari. Si verò ab aliis corporibus Mundus corrumpitur, undenam illa facta, aut ubi nunc sunt, certè non suppetit quid dicamus. Præterea quidquid corrũpitur, aut formâ, aut materiâ corrumpitur: est autem forma

τὸ σχῆμα, ὕλη δὲ τὸ σῶμα. καὶ τῶν μὲν εἰδῶν φθειρομένων, τῆς δὲ ὕλης μενούσης, ἕτερα ὁρῶμεν γινόμενα. εἰ δὲ ὕλη φθείρεται, πῶς ἐν τοσούτοις ἔτεσιν οὐκ ἐπέλιπεν; εἰ δὲ ἀντὶ τῆς φθειρομένης ἑτέρα γίνεται, ἢ ἐκ τῶν ὄντων, ἢ ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεται. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐκ τῶν ὄντων, τῶν ὄντων μενόντων ἀεὶ, καὶ ἡ ὕλη ἐστὶν ἀεί. εἰ δὲ καὶ τὰ ὄντα φθείρεται, οὐ τὸν Κόσμον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πάντα λέγουσι φθείρεσθαι. εἰ δὲ ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἡ ὕλη, πρῶτον μὲν ἀδύνατον ἐκ τῶν μὴ ὄντων εἶναι τί. εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, καὶ δυνατὸν ἐκ τῶν μὴ ὄντων εἶναι τὴν ὕλην, ἕως ἂν ᾖ τὰ μὴ ὄντα, ἔσται καὶ ἡ ὕλη. οὐ γὰρ δήποτε καὶ τὰ μὴ ὄντα ἀπόλλυται. εἰ δὲ ἀνείδεον λέγουσι μὲν τὴν ὕλην, πρῶτον μὲν, διατί οὐ κατὰ μέρη, ἀλλ᾽ ὅλῳ γίνεται τοῦτο τῷ Κόσμῳ; ἔπειτα οὐ τὸ εἶναι τῶν σωμάτων, τὸ δὲ κάλλος φθείρουσι μόνον. Ἔτι πᾶν τὸ φθειρόμενον, ἢ ἀφ᾽ ὧν ἐγένετο εἰς ἐκεῖνα λύεται, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεται. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἀφ᾽ ὧν ἐγένετο, εἰς ἐκεῖνα λυθείη, πάλιν γίνεται ἕτερα. διατί γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐγένετο; εἰ δὲ εἰς τὸ μὴ ὂν ἄπεισι τὰ ὄντα, τί κωλύει καὶ τὸν Θεὸν τοῦτο παθεῖν; εἰ δὲ ἡ δύναμις κωλύει, οὐκ ἔστι δυνατοῦ ἑαυτὸν μόνον σώζειν. καὶ ὁμοίως δὲ ἀδύνατον ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεσθαι τὰ ὄντα, καὶ τὰ ὄντα εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεσθαι. Ἔτι, ἀνάγκη τὸν Κόσμον, εἰ φθείρεται, ἢ κατὰ φύσιν φθείρεσθαι, ἢ παρὰ

figura; materia corpus. & cùm formæ corrumpuntur, & materia remanet, aliam gigni videmus: quòd ſi materia corrumpitur, quomodò tot annorum ſpatio non defecit? Si pro eâ, quæ corrumpitur, alia naſcitur; aut ex his, quæ ſunt, aut ex iis, quæ non ſunt, ortum habet Si ex iis quæ ſunt, cùm ea quæ ſunt, ſemper maneant, & materia ſemper eſt. Quòd ſi ea, quæ ſunt corrumpuntur, non Mundum modò, ſed & reliqua omnia corrumpi affirmant. Si ex iis quæ non ſunt, materia; primùm quidē ex iis, quæ non ſunt, aliquid eſſe non poteſt. Quodſi id fiet, & poterit ex iis quæ non ſunt, materia eſſe; quouſque ea quæ non ſunt, erunt, erit & materia. neq; enim unquam ea, quæ non ſunt, intereunt. Et ſi informem dicunt materiam primùm quidem propter quid, non per partes, ſed univerſo id Mundo contingit? Præterea, non corpora ipſa, ſed eorum pulcritudinē tantùm deſtruunt. Item, quidquid corrumpitur, aut ex quibus coaluit, in ea diſſolvitur, aut in id, quod non eſt, diſperditur. Sed ſi, ex quibus coaluit, in ea diſſolutum fuerit, rurſus alia naſcuntur: ad quid enim principio factum eſt? Quod ſi in id, quod non eſt, ea quæ ſunt, abeunt, quid impedit, ne Deus hæc eadem ſubeat? Si poteſtas impedit, non eſt potentis ſe ipſum tantummodò ſervare: & pari ratione fieri nequit, ut ex iis quæ non ſunt ea quæ ſunt, procreentur: & ea quæ ſunt, in id quod non eſt, evaneſcant. Item neceſſe eſt, Mundum ſi corrumpitur, aut ſecundum naturam, aut præter naturam corrumpi;

φύσιν.

φύσιν. οὐδὲ τὸ παρὰ φύσιν πρότερον ἔχει τῆς φύσεως. εἰ δὲ παρὰ φύσιν, δεῖ ἑτέραν εἶναι τὴν μεταβάλλουσαν τοῦ Κόσμου τὴν φύσιν· ὅπερ οὐ φαίνεται. Ἔτι, πᾶν τὸ φύσει φθειρόμενον, καὶ ἡμεῖς φθείρειν δυνάμεθα. τοῦ δὲ Κόσμου τὸ μὲν κυκλικὸν σῶμα, οὔτε ἔφθειρέ τις ποτὲ, οὔτε μετέβαλλε. τῶν δὲ στοιχείων μεταβάλλειν μὲν δυνατὸν, φθείρειν δὲ ἀδύνατον. Ἔτι, πᾶν τὸ φθειρόμενον ὑπὸ χρόνου μεταβάλλεται, καὶ γηρᾷ· ὁ δὲ Κόσμος ἐν τοσούτοις ἔτεσιν ἀμετάβλητος μένει. Τοσαῦτα καὶ πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρων ἀποδείξεων δεομένους εἰπόντες, αὐτὸν ἡμῖν εὐχόμεθα ἵλεων τὸν Κόσμον γενέσθαι.

neque id, quod eſt præter naturam priùs ipsâ naturâ poſſidet. Si præter naturam; aliam eſſe naturam oportet, quæ Mundi naturam, quod non videtur, immutet. Item quidquid naturâ corrumpitur, id nos quoque corrumpere poſſumus: ſed Mundi circulare corpus neque corrupit quis unquam, neque immutavit: at elementare immutare quis poteſt, corrumpere nequit. Præterea, quodcunque corrumpitur, à tempore immutatur, & ſeneſcit: ſed Mundus tot annorum curriculo immutabilis permanet. His ad eos, quibus validiores demonſtrationes opus ſunt, dictis, nobis ipſi eundem Mundum exoremus, ut propitius ſit.

ΚΕΦ. ιη'.

Διὰ τί Θυσίαι γίγνονται, καὶ ὅτι Θεὸς οὐ βλάπτεται.

ΚΑΙ μὴν οὐδὲ τὸ, Ἀθείας περὶ τινὰς τόπους τῆς γῆς γενέσθαι, πολλάκις δὲ ὕστερον ἔσεσθαι, ἄξιον ταράττειν τοὺς ἔμφρονας. ὅτι τε οὐκ εἰς Θεοὺς γίνεται ταῦτα. ὥσπερ οὐδὲ αἱ τιμαὶ ἐκείνους ὠφελοῦσαι ἐφάνησαν, καὶ διὰ τὸ ἀδυνατεῖν, μέσης οὐσίας οὖσαν τὴν ψυχὴν, ἀεὶ κατορθοῦν. καὶ τὸ μὴ δύνασθαι πάντα τὸν Κόσμον τῆς τῶν Θεῶν προνοίας ἀπολαύειν ὁμοίως· ἀλλὰ τὰ μὲν, αἰωνίως, τὰ δὲ, κατὰ χρόνον· καὶ τὰ μὲν, πρώτως, τὰ δὲ, δευτέρως μετέχειν ἐκείνης. ὥσπερ καὶ τῶν αἰσθήσεων πασῶν μὲν ἡ κεφαλὴ,

CAP. XVIII.

Quare ſacrificia fiunt: & Deum non lædi.

INſuper, Impietas quæ nonnulla Orbis loca invaſit, & ſæpiùs in poſterum futura eſt, non videtur tanti eſſe, ut prudentes perturbet: quòd non in Deos illa aguntur, quemadmodum nec honores illis unquam emolumento fuiſſe comperti ſunt: & quòd animus, qui mediæ naturæ eſt, non valet ſemper rectè & abſq; errore ſuſceptum opus conficere. Nec poteſt Mundus univerſus Deorum providentiam æquè participare: ſed hæc quidem ſempiternè, alia in tempore: & hæc primo, alia ſecundo loco illam poſſidere. quemadmodum & ſenſus omnes caput,

μιᾶς δὲ ὅλον τὸ σῶμα αἰσθάνεται. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, οἱ τὰς Ἑορτὰς καταστησάμενοι, καὶ Ἀποφράδας ἐποίησαν, ἐν αἷς τὰ μὲν ἤργει τῶν ἱερῶν, τὰ δὲ ἐκλείετο. τῶν δὲ καὶ τὸν κόσμον ἀφῄρουν, πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἡμετέρας ἀφοσιούμενοι φύσεως. Καὶ κολάσεως δὲ εἶδος εἶναι Ἀθεΐαν οὐκ ἀπεικός. τοὺς γὰρ γνόντας Θεοὺς, καὶ καταφρονήσαντας, εὔλογον ἐν ἑτέρῳ βίῳ καὶ τῆς γνώσεως στέρεσθαι, καὶ τοὺς ἑαυτῶν Βασιλέας ὡς Θεοὺς τιμήσαντας, ἔδει τὴν δίκην αὐτῶν ποιῆσαι τῶν Θεῶν ἐκπεσεῖν.

ΚΕΦ. ιθʹ.

Διατί οἱ ἁμαρτάνοντες οὐκ εὐθέως κολάζονται.

Εἰ δὲ μηδὲ τούτων, μηδὲ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων εὐθὺς αἱ δίκαι ἁμαρτήσασιν ἕπονται, θαυμάζειν οὐ δεῖ. ὅτι οὐ Δαίμονές εἰσι μόνον οἱ κολάζοντες τὰς ψυχὰς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ὑπάγει τῇ δίκῃ. καὶ ὅτι μένουσι τὸν ἅπαντα χρόνον, οὐκ ἔχρην ἐν ὀλίγῳ πάντων τυχεῖν. καὶ διὰ τὸ δεῖν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν εἶναι. εἰ γὰρ τοῖς ἁμαρτήσασιν εὐθὺς ἠκολούθουν αἱ δίκαι, φόβῳ δικαιοπραγοῦντες ἄνθρωποι ἀρετὴν οὐκ ἂν εἶχον. κολάζονται δὲ τοῦ σώματος ἐξελθοῦσαι· αἱ μὲν ἐνταῦθα πλανώμεναι, αἱ δὲ εἰς τινας τόπους τῆς γῆς θερμοὺς, ἢ ψυχροὺς, αἱ δὲ ὑπὸ Δαιμόνων ταραττόμεναι.

unum corpus totum perſentiſcit. ideóque ut autumo, qui dies feſtos inſtituerunt, dies etiam nefaſtos determinârunt; quibus pleraq; ſacrorum intermittebantur, templa obſerabantur; nonnullorum etiam ornatus à noſtræ naturæ imbecillitatem expiantibus convellebatur. Punitionis quoq; ſpeciem impietatem eſſe, non inconveniens fuerit. etenim qui Deos agnoverunt, & aſpernati ſunt, eos in aliâ vitâ eorum cognitione privari, non abſq; ratione eſt. Et qui proprios reges ut Deos coluerunt & obſervarunt, non aliâ pœnâ quàm Deorum amiſſione multandi erant.

Cap. XIX.

Quare delinquentes non ſtatim puniuntur.

Neque debemus admirari, ſi eos aberrantes non tantùm pro his, ſed pro aliis etiam ſceleribus pœnæ ſtatim non conſequantur. quòd non Dæmones tantùm ſunt, qui puniunt animos, ſed ipſi ſemetipſos pœnis etiam ſubigunt. & qui toto tempore perſeverant, iis non erat operæpretium momento modico omnia conſequi. Oportebat prætereà, & humanam virtutem adeſſe: nam ſi delinquentes ſubitò pœnæ committerentur, timore homines juſta exequentes, virtutem non haberent. Puniuntur autem corpore egreſſi: ſiquidem alii hîc oberrant; alii in locis quibuſdam terræ calidis, aut frigidis; alii à Dæmonibus divexantur;

πάντως

πάντως δὲ μετὰ τοῦ ἀλόγου ὑπομένουσι, μεθ' ἧπερ καὶ ἥμαρτον· δι' ἣν καὶ τὸ σκιοειδὲς σῶμα ὑφίσταται, ὃ περὶ τοὺς τάφους, καὶ μάλιστα τῶν κακῶς ζησάντων ὁρᾶται.

omninò verò cum animo rationis vacuo pœnas ſuſtinent, cum quo deliquerunt; & propter quem tenebricoſum corpus ſubſiſtit, quod circa ſepulcra, & potiſſimùm eorum, qui malè vitam traduxerunt, conſpicitur.

ΚΕΦ. κʹ.

Περὶ Μετεμψυχώσεως. καὶ πῶς εἰς ἄλογα λέγονται φέρεσθαι.

Αἱ δὲ Μετεμψυχώσεις, εἰ μὲν εἰς λογικὰ γένοιντο, αὐτὸ τοῦτο ψυχαὶ γίνονται τῶν σωμάτων. εἰ δὲ εἰς ἄλογα, ἔξωθεν ἕπονται, ὥσπερ καὶ ἡμῖν οἱ εἰληχότες ἡμᾶς Δαίμονες. οὐ γὰρ μή ποτε λογικὴ ἀλόγου ψυχὴ γένοιτο. Τὴν δὲ Μετεμψύχωσιν ἐκ τῶν ἐκ γενετῆς παθῶν ἔστιν ἰδεῖν. διατί γὰρ οἱ μὲν τυφλοί, οἱ δὲ παρειμένοι, οἱ δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν κακῶς ἔχοντες τίκτονται; καὶ ἐκ τῆς φύσεως ἐχούσας ἐν σώματι πολιτεύεσθαι τὰς ψυχάς, μὴ δεῖν ἅπαξ ἐλθούσας τὸν ἅπαντα αἰῶνα μένειν ἐν ἀργείᾳ. Εἰ γὰρ μὴ πάλιν αἱ ψυχαὶ εἰς σώματα φέροιντο, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι, ἢ τὸν Θεὸν ἀεὶ ἑτέρας ποιεῖν. ἀλλ' οὐδὲ ἄπειρόν τι ἐν τῷ Κόσμῳ· ἐν γὰρ πεπερασμένῳ ἄπειρόν τι οὐκ ἂν γένοιτο. οὐδὲ ἄλλας γίνεσθαι δυνατόν· πᾶν γὰρ ἐν ᾧ τι γίνεται καινόν, καὶ ἀτελὲς εἶναι ἀνάγκη. τὸν δὲ Κόσμον ἐκ τελείου γινόμενον τέλειον εἶναι προσήκει.

CAP. XX.

De Animorũ tranſmigratione: & quomodo in ea, quæ ratione carent, ferri dicuntur.

Animorum autem tranſmigrationes, ſi ad ea, quæ ratione utuntur, venerint, animi corporum evadunt: ſi in vacua ratione, deforìs ſubſequuntur, quemadmodum nobis Dæmones, qui nos obtinent, aſſiſtunt. nunquam enim rationis compos, rationis expertis animus fiet. Verùm animorum tranſmigrationem ex defectibus, qui ab ortu ingenerantur, dignoſcere poſſumus. Propter quid enim alii cæci, alii luxatis membris, alii etiam animo ipſo laborantes naſcuntur? &, cùm naturâ ſuâ animi id habeant, ut in corpore muneribus ſuis fungantur, haud decet ſemel egreſſos per omne ævum otioſos conſidere. Etenim, ſi non denuò animi in corpus recurrunt, infinitos eſſe neceſſe eſt; aut Deum continuò alios atq; alios procreare. Sed nullũ infinitum in mundo; in finito enim nullum infinitum unquã exiſtet. Sed nec alios edi fieri poteſt; quodcunq; enim, in quo novum aliquid fit, imperfectũ neceſſariò erit; verùm Mundum à perfecto productum perfectum eſſe oportet.

ΚΕΦ. κα'.

Ὅτι καὶ ζῶντες καὶ τελευτήσαντες εὐδαίμονες οἱ ἀγαθοί.

Αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν ζήσασαι Ψυχαὶ, τά τε ἄλλα εὐδαιμονοῦσαι, καὶ τοῦ ἀλόγου χωρισθεῖσαι, καὶ καθαραὶ παντὸς γενόμεναι σώματος, Θεοῖς τε συνάπτονται, καὶ τὸν ὅλον Κόσμον συνδιοικοῦσιν ἐκείνοις. Καί τοι καὶ εἰ μηδὲν αὐταῖς τούτων ἐγίνετο, αὐτή γε ἡ Ἀρετὴ, καὶ ἡ ἐκ τῆς Ἀρετῆς ἡδονή τε καὶ δόξα, ὅ, τε ἄλυπος καὶ ἀδέσποτος βίος εὐδαίμονας ἤρκει ποιεῖν τοὺς κατ' ἀρετὴν ζῆν προελομένους, καὶ δυνηθέντας.

Cap. XXI.

In hac vitâ, & poſtquam ex eâ exceſſerint, probos eſſe beatos ac fortunatos.

Animi verò qui ſecundum virtutem vixerunt, in aliis fortunati ac beati ab eo etiam, qui rationis expers eſt, ſeparati, & ab omni corpore expurgati, Diis ipſis copulantur, & Mundum univerſum unà cum illis adminiſtrant. Et quidem, licèt illis nihil ex iſtis ſuccederet, Virtus ipſa, & ex Virtute voluptas, & gloria, & abſque mœrore, ac dominorum oppreſſione vita immunis, ad eos, qui vitam ſecundum Virtutem vivere elegerunt, idque præſtare potuerunt, beatos efficiendos ſatis fuerit.

Lectori

Lectori Benevolo.

AD majorem huic Autori lucem, in nonnullis quæ inter legendum aliquibus obſcura videri poſſunt, conciliandam, loca quædam ex Platonicis Philoſophis, maximè autem Proclo, annotare libuit, quæ uberrimi commentarii loco eſſe poterunt ad eruditum & elegantiſſimum hoc Opuſculum illuſtrandum, ſi cui conferre placeat: id ſaltem hinc conſtabit, ex Procli diſciplinâ prodiiſſe Salluſtium; ita magiſtrum in philoſophando preſſo veſtigio ſequitur.

Cap. I.

DE auditore Theologiæ vide copioſiſſimè diſſerentem Proclum Theol. Plat. lib. 1. c. 2. quibus adde quæ ipſe Plato in fine lib. 5. de R. P. & principio 6. diſputat de ingenio ſtudiiſque veri Philoſophi: quæ breviter contraxit Alcinous in primum Caput libelli de doctrinâ Platonis. Plotinum quoque Ennead. 1. l. 3. cap. 3. conferre juvabit.

Inſipientum opinionibus) Fabulas cum ſuis auctoribus ideò proſcribit Plato lib. 2. de R. P. quòd perverſas hujuſmodi opiniones audientium animis inſerunt.

Communes notiones) de his Juſtus Lipſius Manuduct. ad Stoic. philoſ. l. 2. cap. 11. ſed ad Salluſtii, & Platonicorum mentem conſule Euſeb. Præp. Evang. l. 2. c. 6. & Proclum Theol. Platon. l. 1. c. 17. & Diſſertat. 2. in libros de R. P.

Cap. II.

SErmones Theologici) de his prolixiùs & diſtinctiùs Proclus Theol. Plat. lib. 1. cap. 4. & in Cratylum, cap. 117.

Cap.

Cap. III.

DE Fabulis earúmque usu) Proclus eod. c. 4. lib. 1. pag. 10. & multò copiosiùs dissert. 5. in lib. de R. P. p. 369.

Deorum bella) hujusmodi Fabularum genus omninò damnavit Plato sub finem lib. 2. de R. P. & in Euthyphrone, & Numenius apud Euseb. Præp. Evang. l. 13. cap. 5. Poetarum tamen & maximè Homeri patronum agit Proclus in dissertationibus in R. P. ubi totum hoc fabularum genus Theologicè explicare conatur: quem de Deorum bellis vide dissert. 6.

Mundus fabula) vide Iambl. Ægypt. Theol. seg. 7. c. 1. Macrob. in som. Scip. l. 1. c. 2. Julian. Imp. Orat. 5. pag. 318.

Cap. IV.

SAturnus liberos devorat) sic Macrobius Sat. l. 1. c. 8. sed Proclus Theol. Plat. l. 5. c. 37. sub finem, & in Cratylum c. 106. & Plotinus Enn. 5. l. 1. c. 7. magis theologicè explicant, quòd omnia à Deo procedentia ad eundem revertuntur.

Ægyptiorum fabulæ materiales) de his copiosè agit Euseb. Præpar. Evangel. l. 1. c. 9. ubi & fabulam de Iside atque Osiride, de Sole & Luna explicat ex Ægyptiorum mente. videndus idem lib. 5. cap. 12. & lib. 5. c. 3. Macrob. 1. Sat. c. 21. & Plutarchus libro peculiari. Synesius quoque libris duobus de providentiâ prolixam de his fabulam pertexit.

Eris in Deorum convivio) Proclus dissertat. 10. in lib. de R. P. Heraclitus libello alleg. Hom. moraliter explicat.

Fabulæ Theologicæ Philosophis conveniunt) ita Plato non quascunque fabulas admisit, sed Theologiæ convenientes, in Phædro, & lib. 2. de R. P. de qua re vide Proclum Theol. Plat. lib. 1. c. 4. pag. 10.

Naturales,

Naturales, & animales Poëtis) hoc toto libro sanè quàm elegantissimo ostendit Heraclitus. sed improbant hoc genus fabularum præter Platonem & Proclum locis citatis, Euseb. l. 3. Præp. Evang. c. 3. & sequentibus: tum etiam S. Augustinus Civ. Dei. l. 6. c. 8. cæterique qui contra nationes scripserunt.

Fabula Attidis) Julianus Imperator Oratione in Deorum matrem pag. 302. sigillatim cuncta hæc explicat quæ Sallustius paucis innuit: nec dubium quin hic sua ad verbum inde hauserit.

Festivitates) Hilaria propriè dictæ, teste Juliano Imperatore pag. 316. & Macrob. Sat. l.1. c.21. vide & I. Meursii Græciam feriatam.

Tempus Festi) Idem observat Julianus p. 322. unde hæc, ut dixi, desumpta, Festa Magnæ Matris Martio mense celebrabantur. Joannes Lydus ad 11. Kal. Aprilis. Arbor pinus à Dendrophoris ferebatur in palatium. & in veteri Kalendario Herwarti, ad dictum diem: Arbor intrat. Hilaria autem erant 8. Kal. April. testante Macrobio locò citato.

Raptus Proserpinæ autumno) 6. Non. Octobr. Festum hoc ponitur a Joanne Lydo. cæterùm Porphyrius apud Euseb. præp. Evang. l. 3. c. 11. non de animæ descensu, sed de semente in terram conjectâ explicat.

CAP. V.

PRimam causam esse unam) Proclus El. Theol. 11. quod prolixè toto lib. 2. Theol. Plat. demonstrat. & breviùs lib. 3. cap. 3. adde Plotin. Enn. 5. l. 4. c. 1. Dionys. Areopag. div. nom. c. 13.

Bonum) Proclus El. Th. 12. Theol. Plat. l. 1. cap. 18. pag. 46. & princip. 2. dissert. in R. P. Platon. & tota dissert. 36. in Tim. p. 109. Plotin. Enn. 6. l. 7. c. 23. Dionys. Areopag. div. nom. c. 4.

Animis propter bonum) Ita Plato l. 5. R. P. animam boni acquirendi causâ omnia facere, & pati docet. vide Proclum Theol. Plat. lib. 1. pag. 62. med. & in Tim. l. 2. pag. 108.

CAP. VI.

DIi Mūdani, & Cælites) Ita Proclus sæpe Deos in mūdanos, & supramundanos distinguit: sed in Theologiâ Platonicâ quatuor genera ponit, νοητοὺς, νοεροὺς, ὑπερκοσμίους, ἐγκοσμίους. de quibus postremis quatuor libris prolixè agit. quòd ait, Cælites mentes animósque fecisse, minores autem mundum visibilem, id ex Platonis Timæo desumptum; ubi opifex supremus Diis minoribus rerum inferiorum creationem permittit. vide Procl. in Tim. pag. 309. & seq.

Dii duodecim) de his copiosè Proclus Theol. Plat. l. 6. c. 22. planè ad Sallustii mentem.

Jupiter, Nept.) De his Theol. Plat. l. 6. c. 9. & 10. in Tim. p. 44. in Cratyl. c. 150. & tribus sequent.

Vulcanus) Proclus in Tim. p. 44.

Ceres) Proclus Theol. Plat. l. 6. c. 11. in Cratyl. c. 167, 168, & 179.

Juno) in Cratyl. cap. 179.

Diana) in Cratyl. c. 171. & copiosè c. 180.

Apollo) Theol. Plat. l. 6. c. 12. In Cratyl. c. 174, 176, & 177. quem vidisse haud pœnitebit.

Venus) Ibid. c. 184. & in Tim. pag. 155. extrema.

Vesta) In Cratyl. c. 138. Th. Plat. l. 6. c. 21.

Minerva) in Crat. cap. 186. & in Tim. pag. 48. & 51.

Apollo lyram adaptat) vide Plutarchum libro de generat. animæ in fine, & Proclum in Cratylum c. 174, & 176.

Concentus pulchritudinem) Proclus in Timæum lib. 3. pag. 155. in fine.

Pulchritudo non abditur) hinc Plato in Phædro pulchrum splendidissimum & evidentissimum vocat: vide insigniter hac de re philosophantem Proclum Theol. Plat. lib. 1. cap. 25. pag. 60.

Bacchus in Jove) Proclus in Tim. l. 5. pag. 334. media: vide & in Cratylum c. 184.

Æsculapius in Apolline) in Tim. l. 1. p. 49.

CAP. VII.

AUt meliorem, aut deteriorem) hoc argumentum Philo quoque affert libro de mundi incorruptibilitate. pag. 735. f. idque maximè demonstrativum, & omninò irrefragabile à multis haberi asserit.

Ingenitus quia incorruptibilis) sic Philo ibid. pag. 734. Vide & sextam Procli rationem pro mundi æternitate cum Philoponi responso.

Quia Deus semper bonus) Procl. in Tim. l. 2. pag. 111. post medium, eadem quoque prima ipsius ratio fuerat mundi æternitati adstruendæ, ut ex Philoponi responsione apparet: ubi & duo hæc exempla lucis & umbræ ab eodem allata diluit.

Cœlum mentem imitatur) hinc 13. Procli ratio ducta apud Philoponum. sed de hoc Platonis effato vide Proclum in Tim. pag. 167. & Chalcidium p. 213. Plotinum Enn. 2. l. 2. & ex Plotino Macrob. in Somn. Scip. l. 1. c. 17.

Mundus sphæricus) Procl. in Tim. p. 160. & seq. Chalcid. pag. 139. nam sphæricis cuivis noti.

CAP. VIII.

ESsentia, mens, anima) Proclus Elem. Theol. 20. & Theol. Plat. l. 1. c. 3. & l. 3. c. 6. hosce gradus ordinésque entium copiosè explicat.

Mens ut Sol) vide insignem Archytæ locum apud Iamblichum lib. 2. de sectâ Pythag. cap. 4. quo inter alia Solem, mentémque comparat, & Procl. in Tim. l. 3. p. 183. in fine.

Animi rationales à primis Deis) Alcinous prim. c. 23. Chalc. in Tim. p. 230, & 276.

Animus superior virtutem) vide duo insignia loca Theag. Pythag. ex libro de virtutibus apud Stobæum serm. 1. Plotinum Enn. l. 1. c. 8.

Anima immortalis, quia Deum cognoscit) vide Plotin. Enn. 4. l. 7. c. 10. Aristotelem, vel quisquis est auctor, de Sap. Ægypt. lib. 12. c. 4. & 8.

Quia adversatur corpori) Mars. Ficin. Theol. Plat. l. 9. c. 2. & 3.

Quia utitur mente) Arist. Theol. Ægypt. l. 2. c. 8. 9. & 10.

Non inclusa corpori) ibid. c. 1. 2. & 7. & Plotin. Enn. 1. l. 1. c. 3. & 4.

CAP. IX.

DE Providentiâ) Procl. Theol. Plat. l. 1. c. 15. p. 39. instar omnium erit.

Vaticinia & sanationes) Proclus in Timæum l. 1. p. 49. utramque hanc scientiam Minervæ hoc est providentiæ divinæ munera esse docet.

Providentia absque labore) Proclus Theol. Plat. l. 1. c. 15. pag. 41.

Dii ipsâ substantiâ agunt) Procl. El. Theol. 120. 121. & 122.

Fatum in corporibus) Anima enim supra Fatum Platoni in Tim. vide Procl. p. 321. qui pag. seq. prolixè Platonis de Fato sententiam explicat, & Chalcid. p. 235. cum sequentibus.

Si triangula) Plotin. Enn. 2. l. 3. cap. 3. hanc Astrologorum opinionem confutat, ut & Enn. 3. l. 1. c. 6. cœlestia ex situ, aut adspectuum diversitate haudquaquam variari docet.

Parentum nobilitatem) sic Origenes apud Euseb. Præp. Evang. lib. 6. pag. 291. & apud Philopon. in Hexa. l. 4. c. 19. & Chalcid. in Tim. p. 218. Plotin. Enn. 2. l. 3. c. 14. & Enn. 3. l. 1. c. 5.

Fortuna) Proclus in Timæum pag. 59. Chalcid. pag. 249.

Si malis prospera Fortuna) Plotin. Enn. 3. l. 2. cap. 6. 7. & 15.

Cap. X.

De virtutibus) Insignis dissertatio 32. Procli in R. P. Plat. p. 407. vide & ipsum Plat. de R. P. l. 4. Alcinoum c. 28. & Apuleium l. 1. de dogm. Plat.

Nascuntur virtutes ex rectâ vivendi) ad virtutis acquisitionem plurimum conferre, ut in Rep. bonis legibus instructâ quis nascatur, cum Pythagoræ & Platonis scholâ censet Sallustius: quam in rem vide insignem Hippodami Pythagorei locum ex lib. de felicit. apud Stobæum serm. 101. ubi virtutem, & felicitatem ab hac Ennomiâ, ut vocat, pendere docet: hæc illi cornu Amalthea, unde bona omnia in vitam promanant. Timæum quoque hoc nomine laudat Plato quòd in tali Civitate natus. vide Procl. in Tim. l. 1. p. 22.

Cap. XI.

Rerump. formæ) Procl. in Tim. lib. 1. pag. 11. & Chalcid. p. 326. & ipse Plato lib. 4. de R. P. & princ. lib. 8. *vide & Plotinum. En. 4. l. 4. c. 17. p. 410. ubi egregiè ad animum transfert.*

Cap. XII.

Unde mala) Procl. in Tim. pag. 113. Iambl. Theol. Æg. seg. 4. cap. 6. 7. 8. 9. & 10. Max. Tyr. diss. 25. Dionys. Areop. div. nom. c. 4.

Dæmones mali) Ita non solùm Christiani, sed & Porphyrius apud Proclum in Timæum l. 1. p. 24. & 53. sed in primis vide Eusebium Præp. Evang. l. 4. c. 15. &c. & 22. & 23. tum quoque Iamb. de Ægypt. Theol. seg. 3. c. 32. & seg. 4. cap. 7. & Dionys. Areop. div. nom. c. 4. sect. 18. & 23.

Circa hominum operationes) Proclus in Timæum p. 116. Plotin. Enn. 3. l. 2. cap. ult. malis histrionibus homines comp.

Bonitatis causâ malum) Plotin. Enn. 3. l. 3. c. 4. pag. 258. Dionys. Areop. div. nom. c. 4.

CAP. XIV.

D*Ii immutabiles) Adde Iamblich. Theol. Ægypt. seg. 1. c. 12.*

CAP. XV.

D*E sacrificiis) de totâ sacrificiorum ratione vide Iamblich. seg. 5. sed ad posteriorem hujus capitis partem dicti seg. c. 24. & 25. & Procl. in Tim. l. 1. p. 14. post medium.*

CAP. XVII.

M*Undum non interiturum) vide quos ad c. 7. citavi.*

CAP. XIX.

D*E serâ numinis vindictâ) Plutarchus peculiari libro, præsertim p. 564. de Adrastiâ & triplici suppliciorum genere.*

CAP. XX.

D*E animorum transmigr.) Proclus in Tim. l. 5. pag. 329. vide quæ congessit I. B. Crispus distrib. 3. lib. 1. quòd autem mala ab ortu ingenerata ad prioris vitæ culpam refert, eâ de re vide Plotinum Enn. 3. l. 2. c. 13. & Enn. 4. l. 3. c. 16. Iambl. de Ægypt. Theol. seg. 4. c. 4. & Hieroclis excerpta de Provid. apud Photium cod. 251.*

CAP. XXI.

A*Nimi qui secundum virtutem) Hæc præclarè illustrat Hierocles ad duos postremos versus Pythag. carm. p. 310. & Iamblich. lib. 2. de sectâ Pythag. cap. 11. & 12.*

FINIS.

Ad Caput primum Salluſtii.

PAg. 6. l. 10. κοιναὶ δέ εἰσιν ἔννοιαι. Συνυπάρχει ἡμῶν αὐτῇ τῇ οὐσίᾳ ἡ περὶ θεῶν ἔμφυτος γνῶσις. Jambl. Segm. 1. c. 3. *Myſt.* Quod autem deus mali author ſit, eſſe ψεῦδος ἀδύνατον ait, περὶ οὗ πάντες Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι τἀναντία ἀληθῶς διαδοξάζουσιν. Segm. 4. c. 6.

P. 7. L. 9. ἀσώματοι. confer cum c. 13. πόθεν τῶν ἀσωμάτων ἡ δύναμις.

Lin. pen. ἢ ἀλλήλων χωρίζονται. Jambl. contrà, Segm. 1. c. 4. Χωριστὰ καὶ ἁπλᾶ ἕκαστα ἐστὶν ἡ ἰδία τῷ παντὶ τὰ τῶν ἀεὶ ὑπαρχόντων ἰδιώματα——καὶ οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς εἷς οὐτωσοῦν, κοινὸς λόγος. eſſe tantùm quandam inter eos analogiam concedit.

P. 7. cap. 3. huc faceret Porphyrius περὶ ἀγαλμάτων. V. Euſeb. 3. præp. c. 7.

L. 9. φιλοσόφων. Orpheus, Empedocles, Pherecydes, Parmenides.

L. 11. ἐν χρησμοῖς θεοὶ—tale eſt oraculum apud *Herod.* de perjuri hominis filio.

P. 8. l. 34. φιλοσοφεῖν ἀναγκάζει. ex Jambl. S. 3. c. 15.

P. 9. l. 9. ὁ νεὸς ἔχει ἐν ἑαυτῷ πᾶσαν τὴν νοερὰν διακόσμησιν. Damaſcius. Proclus in Timæum.

L. 25. Αἰγύπτιοι. De Symbolis in communi agit Jambl. Segm. 1. c. 11. de Ægyptiacis cap. 1. Segm 7. οὗτοι τὴν φύσιν τοῦ παντὸς καὶ τὴν δημιουργίαν μιμούμενοι, καὶ αὐτοὶ [Αἰγύπτιοι] τῶν μυστικῶν καὶ ἀποκεκρυμμένων καὶ ἀφανῶν νοήσεων εἰκόνας τινὰς διὰ συμβόλων ἐκφαίνουσιν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις τοῖς ἐμφανέσιν εἴδεσι τοὺς ἀφανεῖς λόγους διὰ συμβόλων, τρόπον τινὰ, ἀπετυπώσατο. ἡ δὲ τῶν θεῶν δημιουργία, τὴν ἀλήθειαν τῶν ἰδεῶν διὰ τῶν φανερῶν εἰκόνων ὑπεγράψατο, &c.

P. 10. l. 1. ἀνακειμένας—Jambl. Segm. 5. cap. 9. Segm. 6. c. 25. Natalis Comes in Indice peculiari his de rebus. Voſſ. lib. 9. de Idol.

P. 10. l. 4. ἔρις. Empedoclis Νεῖκος. Lin. 29. lego μόνον διὰ τὸ κ.

L. 36. Συνάπτειν. Jambl. Segm. 5. c. 23.

P. 11. l. 13. φθεγγομένων—Porphyrius apud *Euſeb.* l. 3. præp. V. Damaſcium apud Photium *Bibl.* p. 1074.

P. 11. l. 22. Πῖλος. Vide Phurnutum p. 46. n. 11.

L. 25. σῆναι τὴν γένεσιν. V. Phurnutum p. 11.

L. ult. πεσόντες. Empedocles apud Plutarc.—ἐγὼ νῦν εἰμὶ φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.

P. 12. l. 1. V. Phurnutum p. 78. Gyraldum Syntag.

L. 9. Damascius apud Photium. ἐδόκουν εἶναι Ἄττης καί μοι ἐπιτελεῖσθαι παρὰ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τὴν τῶν ἱλαρείων καλουμένων ἑορτήν· ὅπερ ἐδήλου τὴν ἐξ ᾅδου γεγονυῖαν ἡμῶν σωτηρίαν.

P. 12. c. 5. ex Ægyptiorum theologiâ de prima causa sic philosophatur Jambl. Segm. 8. c. 2. πρὸ τῶν ὄντως ὄντων καὶ τῶν ὅλων ἀρχῶν ἔστι θεὸς εἷς πρῶτος — post multa, ἀρχὴ ἔτος καὶ θεὸς θεῶν, μονὰς ἐκ τοῦ ἑνός, προούσιος καὶ ἀρχὴ τῆς οὐσίας. ἀπὸ δὲ τοῦ ἑνὸς τούτου, (loquitur jam de deo secundo qui exillo primo emicuit) ὁ αὐτάρκης θεὸς ἑαυτὸν ἐξέλαμψε — αὗται μὲν οὖν εἰσὶν ἀρχαὶ πρεσβύταται πάντων, ἃς Ἑρμῆς πρὸ τῶν αἰθερίων καὶ ἐμπυρίων θεῶν προτάττει, καὶ τῶν ἐπουρανίων. Syrianus, μία πάντων ἀρχὴ τἀγαθὸν καὶ τὸ ὑπέρτατον ἕν. Damascius infinitis locis, πρέσβιστ ὁ θεὸς ἀριθμός: μονὰς ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου. Syrianus περὶ ἰδεῶν, ex Pythagoræis, idem ibid. νοῦς αὐτάρκης καὶ παντελὴς αἴτιος τῶν ὅλων προτετάχθω.

P. 13. c. 6. ὑπερκοσμίων & ἐγκοσμίων distinctionem agnoscit Jambl. Seg. 8. c. 8. Damascius passim

L. ult. idem docet Jambl. Segm. 2. c. 7. ἐν δὲ τούτοις τοῖς τρισὶν ὅροις τριπλᾶς τάξεως ἀρχῆς καὶ μεσότητος καὶ τέλους ὅλα τὰ γένη κατενείματο.

P. 14. l. 14. Syrianus ὥσπερ ὁ μουσικὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθηματικῶν ἀριθμῶν τὴν λύραν, οὕτως ἡ φύσις διὰ τῶν ἑαυτῆς φυσικῶν ἀριθμῶν τὰ ἑαυτῆς ἁρμόζει δημιουργήματα.

L. 16. Vestam Διὸς φυλακὴν dixêre Pythagorici. Aristot. de cœlo. l. 2. c. 13. Philolaus apud Stob. Ecl. Phys.

P. 14. l. 24. & 25. Damascius & Hesiodus ejusdem ἀρχῆς & σειρᾶς (ut ad Phurnutum dixi) faciunt Jovem & Apollinem. Παιήων ἢ Σωτὴρ Ἀσκληπιὸς τὴν θείαν ἔχων ἰατρικήν, δι' ἧς θεραπεύει τε καὶ ψυχὰς καὶ σώματα, τοῖς μὲν ἀεὶ τὸ προσῆκον ἀπονέμων μέτρον, τοῖς δὲ ὅταν ἡ δεκτά. Syrian. in Arist. Metaph.

P. 16. l. 16. τελευτᾷ. Jambl. Segm. 5. c. 11. ψυχὴ ἀπὸ τοῦ τελευτᾶν.

L. 20. Jambl. Seg. 8. c. 6.

P. 17. l. 17. οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ. Methodius apud Photium hanc improbat Origenis opinionem, dicentis corpus esse ψυχῆς δεσμόν.

L. 23. παρατρέπεται πολλ. de anima Jambl. Segm. 1. c. 7. ῥοπῇ καὶ σχέσει καὶ νόσῳ κρατεῖται, ὀρέξεσί τε τοῦ χείρονος, καὶ οἰκειώσει

ὤσει τῶν δευτέρων κατέχεται. V. etiam Segm. 5. c. 2. Idem apud Stobæum Ecl. Phyſ. l. 1. p. 115. ex aliena ſententia—Σῶμα, ὡς ἔμψυχος οἴαξ——

P. 18. l. 12. μαντεῖαι. Jambl. Segm. 3. c. 3.

L. 16. πωεῦνται, lego πνεῦνται.

L. 32. εἱμαρμένη—Jambl. apud Stobæum. p. 204. Alexander Aphrod. l. 2. de Anima ex Theophraſti Calliſthene idem teſtatur. egregia ſunt quæ ex Origene adfert Euſebius Præp. 6. V. Lipſium Pholoſ. Stoicâ. Menagium ad Laërtium p. 188.

L. 5. & 11. hanc ſententiam Jamblichus pluribus locis explicat. ut Segm. 1. c. 18. Segm. 4. c. 4, 5, 6, &c.

L. 15. apud Jambl. Segm. 1. c. 18.

P. 19. l. 21. κακοποιὲς—hanc Genethlialogorum opinionem Jamblichus exagitat Segm. 1. c. 18. Cæterùm de providentia Hieroclis fragmenta extant. laudatur quoque in hoc argumento Alexander Aphrodiſienſis à Cyrillo contra Julianum; penes me eſt fragmentum ejuſdem Alex. eâ de re Græcè nondum editum.

P. 20. lin. ultima. Jambl. apud ſtobæum lib. Ethic. Ecl. c. ultimo.

P. 22. c. 12. πόθεν τὰ κακά. De hac quæſtione egêre Porphyrius, Jamblichus in l. de Myſteriis, Julianus, Theophraſtus in *Metaph.* Simplicius in Epictetum. ex noſtris Maximus, Origenes, Methodius, Theodoretus, *Æneas* Gaz. Nemeſius, Auguſtinus, Lollinus Alloyſius, Mericus Caſaubonus, & quotquot περὶ ἀρχῶν & ὕλης ſcripsêre. Nota autem quod idem opus ſit, quod Maximo, Origeni, & Methodio tribuitur. Ego verò Maximi eſſe puto, fretus Euſebii & Hieronymi teſtimonio; nam Dialogi de fide (in quibus bona ejus pars continetur) non videntur eſſe Origenis; & quod ad Methodium ſpectat (cui id Photius tribuit) ait Valeſius multa in Photio, non eſſe Photii.

P. 22. l. 28. Δαίμονας κακὲς. quod ſint mali fatentur omnes; τούτων malos Chaldæi apud Plutarchum de Iſide, & Damaſcium; eorúmque principem Arimanium ſtatuunt: ex Chaldæorum mente Jamblichus Segm. 3. c. 31. Δαίμονας πονηρὲς ἀπὸ θεῶν εἰσκεῖνοντ, ὃς δὴ κ. κολάσιν ὑποθέσει, & alibi. V. Origenem περὶ ἀρχῶν. Eorum lapſum & pœnas videtur Empedocles agnoviſſe, apud Plutarchum,

Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντον δὲ διώκει,
Πόντος δ' ἐς χθονὸς ἔδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐς αὐγὰς
Ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις.
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, συγέουσι δὲ πάντες.

Jambl. Segm. 2. c. 7. inter malos dæmonas quosdam τιμωρὲς ponit, dicítque in apparitionibus τὰ εἴδη τῶν τιμωρειῶν ἐμφαίνει; & animæ ἀποκεκαθαρμένης πύειον εἶναι τύπον.

P. 24. l. 6. περὶ δὲ τῶν, l. τοῦ——

P. 25. c. 14. Hujus capitis negotium pluribus exequitur Jambl. (unde fortè Sallustius) S. 1. c. 13. S. 8. c. 8. Heraclitus apud eundem S. 1. c. 11. ἄκεα vocat sacra, quasi τὰς ψυχὰς ἐξάκεσεις ἀπεργαζόμενα τῶν ἐν τῇ γενέσει συμφορῶν. Similia (fortè ex Sallustio) Simplicius ad Epictetum, c. 28.

P. 27. c. 15. In hoc capite, Jamblichi plura habes capp. contracta ex Segm. 5. de sacrificiorum usu. V. Porphyrium 2. περὶ ἀποχ. S. 24. Simplicium ad Epict. c. 28. Vide autem *Athenag. Leg.* de fraudibus malorum dæmonum in sacrificiis ———

P. 28. c. 16. Hæc ex Jamblicho, S. 5. c. 21 & 27.

P. 29. c. 17. Caput hoc videtur ex Ocello Lucano desumptum. V. Laërtium in Zenone, ubi Panætius hujus opinionis præcipuus auctor. quomodo item & φθαρτὸς ὁ κοσμὸς, explicat Philo. V. Menag. ad Laërtium, p. 185.

P. 31. c. 18. l. 3. πολλάκις, ex Ocello, pag. 31. S. 23.

P. 32. l. 3. Ἀπεφράδας. V. Marinum *Vit.* Procli.

L. 7. πρὸς τὴν ἀσθένειαν. habes apud Jambl. Segm. 1. c. 11. hâc in re στέρησιν, ἀσχημοσύνην, ἀπρέπειαν ὕλης.

L. ead. ἀφοσιούμενοι. similis planè est Phurnuti locus. p. 65. n. 16. Confer Jambl. Segm. 1. c. 11.

P. 33. l. 4. τάφους. Porphyr. de Abst. l. 2. S. 47.

L. 11. δαίμονες. Jambl. Segm. 9. c. 1.

L. 2. οὐ γὰρ μήποτε λογικὴ ἀλόγου ψ. De migratione animarum variis philosophorum rejectis opinionibus conquiescit tandem in Jamblichi sententia Nemesius. c. 2. ὅτι οὐκ ἀπ᾽ ἀνθρώπων εἰς ἄλογα ——— αἱ μετενσωματώσεις γίνονται. Damascius περὶ ἀρχῶν fortè hunc locum habuit ob oculos, ait enim οἱ εἰληχότες ἡμᾶς δαίμονες ἀκώλυτον ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς ἐξουσίαν, ὡς καὶ οἱ ποιμένες πρὸς τὰ ποίμνια. ———

P. 34. c. 21. duabus partibus constat hoc caput, quarum primam tractat Jamblichus cap. ultimo de Mysteriis, alteram in Epist. ad Macedonium, Eclog. Eth. Stob. τὸν κατὰ νοῦν ἄρα βίον, καὶ τὸν ἐχόμενον τῶν θεῶν διαζῆν μελετητέον. οὗτος γὰρ ἡμῖν μόνος ἀποδίδωσι τὴν ἀδέσποτον τῆς ψυχῆς ἐξουσίαν, ἀπολύει τε ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων, καὶ ποιεῖ ζῆν οὐκ ἀνθρώπινόν τινα βίον, ἀλλὰ τὸν θεῖον, καὶ τῇ βουλήσει τῶν θείων (θεῶν) ἀγαθῶν ἀποπληρούμενον.

FINIS.

ὨΚΕΛΛΟΣ Ὁ ΛΕΥΚΑΝΌΣ
ΦΙΛΌΣΟΦΟΣ
Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.

OCELLUS LUCANUS
PHILOSOPHUS
De Universi Naturâ,

INTERPRETE

LUDOVICO NOGAROLA Com. Veronensi.

Ejusdem *Nogarolæ* Annotationes in *Ocellum*, & Epistola de viris illustribus Italis qui Græcè scripserunt.

EDITIO NOVA,

Collatione exemplarium melior, emendatior & auctior facta.



CANTABRIGIÆ:
Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,
Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

DE

OCELLO LUCANO Veterum Testimonia.

PHILO JUDÆUS

In Libro

ΠΕΡΙ ΑΦΘΑΡΣΙΑΣ ΚΟΣΜΟΥ,

Id est,

De Mundo non interituro, sic meminit.

"Ἔνιοι δ᾽ οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινάς. ἐγὼ δὲ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι Λευκανοῦ γένος ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον, οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν τὸν κόσμον εἶναι.

Cæterùm sunt, qui tradant opinionis hujus non Aristotelem primum auctorem, sed Pythagoreos quosdam fuisse. At mihi Ocelli genere Lucani inscriptum de universi naturâ commentarium oblatum est, in quo quidem mundum esse ingenitum, & nunquam interiturum non solùm protulit, verùm etiam exquisitissimis rationibus comprobavit.

Lucianus quoque ubi agit ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσ-

ματος, quod eſt de errato in ſalutatione, ita ſcribit (quamvis non nominet ὤκελλον, ſed οἴκελλον.)

Ὁ μέντοι θεσπέσιος ὁ Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τοῦ αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὖ πράττειν προὔγραφεν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευσεν. id eſt, *Divinus quidem Pythagoras, tametſi nullam nobis reliquit literam, ut ex Ocello Lucano, & Archytâ, aliiſque ejus diſcipulis licet conjicere, non* εὖ πράττειν, *id eſt, benè agere, ſcribi debere, ſed* ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν, *id eſt, ab ipſo valere, incipiendum eſſe precepit.*

Diogenes item Laertius quandam Archytæ Tarentini, quæ eſt ad Platonem, epiſtolam vitæ illius inſeruit, in quâ hunc philoſophum non Ocellum, ſed Ucellum nuncupat, ac nonnullos ejuſdem recenſet libros.

Καλῶς ποιεῖς, ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τῆς ἀρρωστίας. ταῦτα γὰρ ἐπέσταλκας, καί τοι περὶ Δαμασκηνὸν ἀπήγγειλαν. περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθεμες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανὼς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὠκέλλω ἐγγόνοις. τὰ μὲν οὖν περὶ νόμων, περὶ βασιλείας καὶ ὁσιότητος καὶ τῆς πάντων γενέσιος αὐτοί τε ἔχομες καὶ τινὰ ἐπεστάλκαμες. τὰ δὲ λοιπὰ οὐ τοίνυν γε δύναται εὑρεθῆμεν· ἂν δὲ εὑρεθῇ, ἥξει τοι.

Hanc ita converti :

Benè quidem eſt, quòd à morbo evaſeris. Hoc enim ex tuis literis accepi, & Damaſcenus nunciavit. De commentariis ſtudiosè egimus : ad Lucanos acceſſimus, ibique convenimus Ocelli nepotes. Quæ ab eo de Legibus, de Regno, Juſtitiâ, omniúmque rerum ortu ſcripta fuerunt, & ipſi habemus, & ex his quædam à te miſimus. Reliqua etiam nunc reperiri non poſſunt. ſi inventa fuerint, ad te perferentur.

Confirmat pariter Cenſorinus de die natali cap. 2. *quo loci dicebat :* Sed prior illa ſententia, quâ ſemper humanum genus fuiſſe creditur, auctores habet Pythagoram Samium, & Ocellum Lucanum, & Archytam Tarentinum.

Quem

Quem ibi de noſtro Ocello loquutum fuiſſe cenſeriſit Aldus Manucius Pauli filius in ſuis ad illum locum notis, dicens:

Ocellum Lucanum (cujus extat liber περὶ τῆς τοῦ Παντὸς φύσεως. malè aliàs Ceréium, vel Coceium Lucanum. *& diſertè probavit Theodorus Canterus* var. lect. lib. 1. c. 17. *qui correxit Syrianum Ariſtotelis interpretem* lib. 13. *metaph. legentem* Ἔκελλος *non* Ὄκελλος, *ut pariter legitur in codice Cenſorini edito Pariſiis* 1583. *à Lud. Carrione, & Lovanii* 1628. *ab E. Puteano, & pariter ab Henrico Lindenborgio in ſuâ editione factâ Hamburgi* 1614. *qui in ſuis notis profeſſus eſt Cenſorinum reſpexiſſe ad Ocelli verba, quæ hîc habentur* cap. 3. t. 3. *Elementa* cap. 2. *enumerata, cælique virtus in hac inferiora ibi eruditiſſimè tradita Ocellum quoque auctorem agnoſcunt. Sextus enim Empiricus, dum veterum variantes de rerum principiis ſententias recenſeret,* adv. Mathem. lib. 9. cap. ult. *dicebat:* Ἐκ πέντε δὲ Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης. συμπαρέλαβον γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον, καὶ κυκλοφορητικὸν σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ οὐράνια. ex quinque autem Ocellus Lucanus, & Ariſtoteles. ſimul enim cum quatuor elementis aſſumpſerunt quintum corpus, quod movetur in orbem, ex quo dicunt eſſe cæleſtia.)

Plato deinde reſpondens Archytæ, Ocellum, quamvìs ſuppreſſo ejus nomine, maximè laudat: dicítque Ocelli majores fuiſſe Trojanos, probos quidem viros, qui exules ſub Laomedonte Rege, Myram Lyciæ civitatem commigraverint. In Platonis Epiſtolâ his verbis ſcriptum eſt.

Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν, ὡς ἔνι μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ᾽ ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ.

Iamblichus. Λευκανοὶ, Ὄκελος καὶ Ὄκωλος ἀδελφοί. & Βυνδάκου ἀδελφὴ Ὀκκέλω καὶ Ἐκκέλῳ τῶν Λευκανῶν. De Pythagoricis ità loquitur Syrianus in Metaphysic. Aristotelis. Ὀρθῶς ἄρα καὶ ταύτην ἐνίσταντο τὴν ζήτησιν, καὶ τὴν αἰτίαν παρέδοσαν τοῦ πλήθους τῶν ὄντως ὄντων. καὶ οὔτε πρός τι τὴν ἑτέραν ἐποίουν τῶν ἀρχῶν, οὔτε τὸν περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγον πάντῃ παρελίμπανον, ὡς δηλοῖ τὰ Ἐκκέλου μὲν περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσιος, ἐξ ὧν τὰ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς μονονουχὶ μετεβεβλῆσθαι δοκεῖ· τοῦ Τιμαίου δὲ τὰ πλεῖστα, καθ' ὃν ἡ Περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ πολλὰ θεολογεῖ.

Rectè igitur huic quæstioni insistebant, & multitudinis eorum quæ verè sunt causam tradiderunt, & neque ad aliquid alterum principiorum fecerunt, neque de sensibilibus sermonem prorsus præterierunt, ut ostendunt scripta Ecceli de naturâ Universi, ex quibus Liber (Aristotelis) de Generatione & Corruptione ferè transumptus videtur; & Timæi plurima; secundùm quem Peripatetica Philosophia plerumque Theologica tractat. Hæc ex Syriano in Caiensi Bibliotheca MS°.

Syriani discipulus Proclus Commentariorum in Platonis Timæum lib. 3. Ἄλλοι δέ τινες, ὡς οἱ περὶ Ὄκκελον, τὴν τοῦ Τιμαίου πρόοδον δύο δυνάμεις ἑκάστῳ τῶν στοιχείων διένεμον, πυρὶ μὲν θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἀέρι δὲ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ὕδατι δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, γῇ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. Καὶ ταῦτα ἀναγέγραπται παρὰ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς, ἐν τῷ περὶ φύσεως.

Alii autem nonnulli, ut Occelus, qui Timæo præivit, unicuique elemento duas qualitates tribuebant, igni calidum & siccum, aëri calidum & humidum, aquæ humidum & frigidum, terræ frigidum & siccum. Et hæc ab hoc ipso viro scripta sunt in Libro de Naturâ.

Stobæus Ecl. Physic. l. c. 24. Ὄκελος ἀΐδιον τὸν κόσμον· ὡδὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως λέγει ἔτι δὲ καὶ τὸ ἀτελεύτατον καὶ τῶ σχήματος καὶ τᾶς κινάσιος, καὶ τῶ χρόνω, καὶ τᾶς ὠσίας τοῦτο πιστοῦ) διότι ἀγένητος ὁ κόσμος, καὶ ἄφθαρτος. ἅτε γὰρ τῶ σχήματος ἰδέα κύκλος· οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος· διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτατος, ἅ τε τᾶς κινάσιος κατὰ κύκλον· αὕτα δὲ ἀπαράβατος καὶ

καὶ ἀδιέξοδος, ὅτε χρόνος ἄπειρος ἐν ᾧπερ ἀκίνασις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὰν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὰν λάμψειν. ὃ δὴ ἅ τε μὰν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλατος, διὰ τὸ μή τε ἀπὸ τῶ χείρονος εἰς τὸ βελτίον, μήτε ἀπὸ τῶ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πέφυκεν μεταβάλλειν.

Ocelus æternum facit mundum. ſic enim ait l bro de Univerſi naturâ: Præterea figuræ, motûs, temporis ac naturæ æternitas initii finiſque expertem eſſe mundum confirmat. Nam & figura circuli eſt, qui ab omni parte ſimilis & æqualis eſt, ideóque principii finiſque expers. & motus in orbem fertur, qui quidem finem non habet: & infinitum eſt motûs tempus, quod nec principium habuerit, quod movetur, nec finem ſit habiturum. Jam natura rerum nullam mutationem recipit, quòd nec ex deteriore melior, nec ex meliore deterior fieri poſſit.

Ἐπειδὴ ἐν τῷ περὶ παντὶ τὸ μὲν γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσιος. καὶ γένεσις μὲν ὅπου μεταβολὰ καὶ ἔκβασις ἦν ὑποκειμένων· φανερὸν περὶ μὲν τὰν αἰτίαν γενέσιος, τότε ποιεῖν καὶ κινεῖν ἐστι, περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὰν γένεσιν τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι.

τῶν ὑποκειμένων, αἰτία δὲ γενέσιος, ὅ τι ταυτότης addit Oc.

Quoniam autem in Univerſo aliud eſt ortus, aliud ortûs cauſa: & ortus quidem rerum immutationem, cauſa autem ſimilitudinem habet: manifeſtum fit, cauſam quidem propriè agere ac movere, quod autem ortûs capax eſt, pati ac moveri.

Πρώτως γὰρ ὕλα τὸ πανδεχὲς, κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν, ὥσπερ πρῶτον μὲν, τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχάν· δεύτερον δὲ, αἱ ἐναντιώσιες, οἷον θερμότας καὶ ψυχρότας, καὶ ξηρότας. τρίτον δὲ, πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γᾶ, καὶ ἀήρ. ταῦτα γὰρ μεταβάλλοντ᾽ ἐς ἄλληλα, αἱ δὲ ἐναντιώσιες μεταβάλλοντι.

αἱ οὐσίαι addit Oc.

Primùm enim eſt omnium capax materia. ſiquidem omnibus formis eſt communis. Itaque quod primum ſentiri corpus poteſt, principium eſt. ſecundo loco recenſentur contraria, ut calor, frigus, humor, ſiccitas. tertio naturæ, ignis, aqua, terra, & aër. hæc enim inter ſe mutantur, contrariis mutantibus.

 Παντελὴς

Παντελὴς δὲ φθορὰ τᾶς περὶ τὰν γᾶν διακοσμάσιος, οὔτε γέγονεν οὔτε ἔσται πόκα. διὸ καὶ τοῖς λέγοντες τὰν τᾶς ἑλληνικᾶς ἱστορίας ἀρχὰν ἀπὸ Ἰνάχω ἀργείω, ποθεκτέον οὕτως, ὡς οὐκ ἀπό τινος ἀρχᾶς, πρώτας, ἀλλὰ τᾶς γινομένας μεταβολᾶς καὶ κατ' αὐτάν. πολλάκις γὰρ ἤδη καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρβαρος ἁ Ἑλλὰς, οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον γινομένα μετανάστασις, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτᾶς φύσιος οὔτε μείζονος οὔτε μείονος αὐτᾶς γινομένας, ἀλλὰ καινοτέρας ἀεὶ καὶ ποθέμε ἀρχᾶς λαμβανούσας. περὶ μὲν οὖν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ γενέσιος καὶ ἀφθαρσίας τᾶς ἐν αὐτῷ γινομένας, ὡς ἔχει, ὥσθ' ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τᾶς μὲν ἀεικινάτω φύσιος ἐάσας, τᾶς δ' ἀειπαθέος, τᾶς μὲν ἀεὶ κυβερνώσας, τᾶς δὲ κυβερνεομένας, ἄνω εἴρηταί μοι περὶ τούτων.

At communis Universi interitus neque fuit, neque unquam erit. Quamobrem etiam iis, qui rerum Græcarum initium ab Inacho Argivo ducunt, ita credendum est, quasi non primum aliquod initium, sed ejus immutationem sumserint. Sæpiùs etenim & fuit & futura est barbara Græcia, non tam ab hominibus, quàm ab ipsâ naturâ devastata: tamen ut nec major illa nec minor fiat, sed nobis recentiora sumat initia. Ac de Universo quidem, & ortu ejus atque æternitate, quoquo se pacto tum habeat, tum semper habiturum sit, altera natura semper movenda, altera semper afficienda, alteraque regente, altera regenda, hactenùs dictum esto.

Joannes Picus Mirandulanus Comes libro primo contra Astrologos.


Cur & Ocellus idem Lucanus in libro de Mundo, testimonio etiam ipse Platonis eminentissimus.


Cùm Archytas in epistolâ suâ Ocelli opusculum de omnium rerum ortu cum aliis tribus enumerat, hoc ipsum quod Latinum feci, intelligi oportet. Hæc enim duo idem valent, τὸ περὶ τῆς πάντων γενέσιος, & τὸ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως· nam & generatio naturæ nomen obtinuit, quippe quæ in naturam ferat tanquam via. quod non ignoravit Aristoteles, cùm ità scripsit libro secundo de Naturali Auditione:

Ἔτι δὲ ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ὁδός ἐστιν εἰς τὴν φύσιν.

Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς
περὶ τοῦ παντός. κεφ. α.

OCELLUS LUCANUS
De Universo. Cap. 1.

[1.] Α'δε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. [2.] Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών· τὰ δὲ καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος.

Cellus Lucanus de universi naturâ conscripsit hæc, quæ quidem ille partim certis indiciis ab ipsa edoctus naturâ, partim opinatione & ratione ab intelligentiâ quod probabile est, conjecturâ secutus didicerat.

Ad Ocellum Lucanum Nagarolæ Annotationes.

NOn incommoda, nec inepta videatur quæstio, si quæratur, quam ob rem Archytas Tarentinus & Timæus Locrus Itali philosophi; Cur item Theocritus poeta ex Siciliâ ortus (quæ quidem Italiæ pars quondam fuit, nunc verò non lato interjecto mari sejuncta, & separata) Doricâ linguâ scripserint, aliarum Græcarum antiquissimâ; Ocellus autem in rebus naturæ explicandis Attico sermone usus sit.

[1.] Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως] Pythagoreorum morem servat Ocellus in exordiendo opusculo suo, in cujus initio suum nomen apposuit. Nam & Timæus Locrus ejusdem sectæ philosophus sic incepit, Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. Alcmæon quoque Crotoniata Pythagoræ discipulus, ut refert Laërtius, librum suum ad hunc modum instituit, Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιήτης τάδε ἔλεξεν.

[2.] Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς φύσεως ἐκμαθών, τάδε καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. Duos esse cognoscendi modos his paucis verbis Ocellus ostendit: unum, earum rerum, quæ sub sensum cadunt, quas solâ magistrâ & duce naturâ manifestis signis percipimus; alterum, illarum, quæ animo comprehenduntur, sed cum quâdam à re

notâ

notâ ad ignotam progressione. Verùm ut ita progrediamur, vel (ut sic dicam) discurramus, tres necessariæ nobis sunt animæ facultates, quarum prima positas & concessas ratiocinationis propositiones, cognitis tamen priùs earum terminis intelligat. hæc Græcè νοῦς & νόησις, Latinè mens, & intelligentia nuncupatur: secunda progrediatur ac discurrat, cui quidem duplex Græcum impositum est nomen διάνοια & λόγος, utraque Latinè dicitur cogitatio. Hæc autem vis, tametsi una eadémque est, loci tamen, & rei subjectæ ratione, in quâ est, à se ipsâ videtur differre: & propterea (ut modo dixi) duo habet nomina. Nam ut in Sophistâ affirmat Plato, ea facultas appellatur διάνοια, cùm intùs inclusa veluti animæ ad se ipsam dialogus, in animâ versatur: λόγος verò, cùm ab animâ per os emissâ cum sono foràs effluit & prodit. Tertia quæ requiritur conclusionem considerans, vocatur δόξα, quam quidem opinionem & opinationem vertit Cicero. Hanc in eodem dialogo esse τῆς διανοίας ἀποτελεύτησιν asserit Plato. hoc est cogitationis conclusionem. primam facultatem attigit illis verbis Ocellus τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. secundam & tertiam, cùm dixit, καὶ δόξῃ μετὰ λόγου. Sed adverte Platonem, qui multa sumpsit ex Ocello, νόησιν μετὰ τοῦ λόγου conjunxisse: ità enim scribit in Timæo, νοήσει μετὰ λόγου καταληπτόν. non diversa tamen ratione. Nam uterque has tres animæ facultates ad progressionem seu discursum pertinentes, enumerare voluit, de quibus Joannes Grammaticus in prooemio primi de Animâ voluminis. Non negaverim tamen νόησιν, διάνοιαν, δόξαν, tres etiam significare animi habitus, quibus duos alios πίστιν καὶ εἰκασίαν addidit Plato in calce libri 6. de Rep. quibus nos dicit cognoscere quinque rerum genera.

Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον· ἀεί τε γὰρ ἦν, καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἔγχρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. οὕτως οὖν ἀγένητον τὸ πᾶν καὶ ἀνώλεθρον. οὔτε γὰρ, εἰ γινόμενόν τις αὐτὸ δοξάζει, δύναιτο ἂν εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη. ἐξ οὗ γὰρ γέγονεν, ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντός ἐστιν. εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ παντὸς ἔσται.

Universum quidem, ut ego arbitror nec interiturum unquam est, nec ullum aliquando habuit ortum: cùm fuerit semper futurúmque sit. si enim tempori subditum foret, haud sanè esse perpetuò posset. ita igitur fit, ut & ingenitum sit, & item non interiturum. Nam si quis ipsum esse generatum ortu existimet, certè nullo modo in quod dissolvatur & desinat, invenire poterit. prima siquidem universi portio illa existet, ex quâ primò genitum fuerit: ultima, in quam postremùm dissipabitur.

Τόγε μὴν πᾶν γινόμενον, σὺν πᾶσι γίνεται· καὶ τὸ φθειρόμενον, σὺν πᾶσι φθείρεται· καὶ τοῦτό γε μὴν ἀδύνατον. ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. οὐ μὲν οὖν ἄλλως ἔχει ἢ οὕτως.

At verò universum si generetur, cum omnibus partibus simul generetur, & si intereat; pariter cum iisdem intereat opus est. hoc autem fieri nequit. universum igitur principio caret & fine, nec eveniet ut aliter quàm hoc modo, se habeat.

Πᾶν

Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς, καὶ διαλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι, δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗ περ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις· τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή. δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις.

Ἐὰν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γενητόν ἐστιν καὶ φθαρτὸν, γενόμενον, ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον μετέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὥστε καὶ ἀπὸ (τοῦ) μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. Γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν. ἅπασα γὰρ φύσις, ἡ ἔχουσα διέξοδον, ὅρους ἔχει τρεῖς καὶ δύο διαστήματα. ὅροι μὲν οὖν εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμὴ, τελευτή· διαστήματα δὲ, τό τε ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τῆς ἀκμῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον· οὔτε γὰρ γινόμενον αὐτὸ εἴδομεν, οὔτε μὴν ἐπὶ (τὸ) βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρόν ποτε ἢ μεῖον γινόμενον· ἀλλ' ἀεὶ κατὰ τ' αὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ καὶ ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτῷ.

Ad hæc autem quidquid generationis initium acceperit, & dissipationis particeps futurum sit, id duas habeat mutationes necesse est: quarum sanè altera à re minore in majorem, & à deteriore in meliorem progreditur, ac generatio quidem dicitur: mutationis autem origo generatio dicitur; id verò, ad quod pervenit, status. altera verò à re majore ad minorem, & à meliori in deterius efficitur. Hujus autem mutationis exitus, sive conclusio, interitus & dissolutio nuncupatur.

Hâc igitur ratione si universum & totum genitum interiturúmque sit, illud à minori ad majus, & à deteriori in melius necessariò mutatum fuerit. Ex quo etiam eveniet, ut ejusdem mox à majori ad minus & à meliori in deterius sequatur mutatio. Mundus itaque si genitus sit, ut accretionem & statum accepit, sic decretionem & finem posteà suscipiet. Nam omni naturæ, quæ progressionem habet, termini quidem tres, & duo attribuuntur intervalla. Termini profectò sunt generatio, status, & interitus: intervalla verò, quod inter generationem & statum, quódque inter statum & finem medium interjectúmque est.

Verùm enimverò totum, & universum hoc, nullum ex se nobis hujusmodi indicium præbet: neque enim oriri ipsum unquam vidimus, nec melius aut majus fieri, nec certè deterius aut minus evadere: sed unum semper & idem permanere, sibíque par & sui simile semper existere.

Τὰ

Τὰ σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια αὐτοῦ ἐναργῆ (αἱ) τάξεις, (αἱ) συμμετρίαι, σχηματισμοὶ, θέσεις, διαστάσεις, δυνάμεις, ταχύτητες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδύτητες, ἀριθμοὶ χροιῶν καὶ χρόνων περίοδοι. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ἐπιδέχεται, κατὰ τὴν τῆς γεννητῆς φύσεως διέξοδον. τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα καὶ χείρονα.

Hujus sanè rei signa habentur & indicia, & ea quidem perspicua, ordines scilicet, [3.] symmetriæ, figuræ, situs, intervalla, facultates, celeritates tarditatésque motuum, eorúmque inter se proportiones, numeri prætereà, & vicissitudines, commutationésque temporum. Ejusmodi enim omnia, ut mortalis hæc & generationi obnoxia progreditur natura, mutationem diminutionémque suscipiunt. ac quæ majora quidem, & potiora fuerint, statum ipsum propter vigorem: quæ autem minora deterioráque sunt, interitum præ imbecillitate consequi solent.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης, ἐκ τῶν ἁπάντων δὴ κοσμηθείς. σύστημα γάρ ἐστιν τῶν ὅλων φύσεων αὐτοτελὲς, καὶ τέλειον· ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· εἰ γὰρ τί ἐστιν, ἐν τῷ παντί ἐστι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σὺν τούτῳ (τὸ) πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα.

At totius & universi nomine totum hunc mundum intelligo: nam ob id quòd universitate rerum distinctus ornatúsque sit, appellationem hanc adeptus est. Perfecta enim & absoluta quædam naturarũ omnium collectio est, extra quam nihil prorsus consistit; sed quidquid fuerit, illud in universo, & cum universo comprehendatur oportet: cujus sanè proprium videtur esse, omnia vel ut partes, vel ut res adventitias, & externas continere.

Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν· ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα, τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ' ἔτι δεῖται τῆς

Atque ea quidem, quæ Mundus complectitur, cum Mundo: Mundus verò cum nullâ aliâ re, quàm cum seipso cognationem & consensum habet. Sed cùm singulæ quæque res ex diminutâ & minimè perfectâ constent naturâ, necessariò factum esse vi-

[3.] Symmetria cùm Latinum, teste Plinio, non habeat nomen, commensurationem proportionemque convertere mihi non libuit, sed integram servandam esse dictionem censui. Nam ea, quamvìs Græca, jam satìs, ut pleræque aliæ, Latino sermone trita est, quâ Vitruvius & Plinius cives mei frequenter usi sunt.

πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοήν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις, πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι. Ἥλιος δὲ καὶ σελήνη, καὶ οἱ πλάνητες καὶ (οἱ) ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μετὰ τῆς (κοινῆς) διακοσμήσεως αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ.

videtur, ut externo adhuc illæ adminiculo egeant, atque cum iis quæ sibi proximæ fuerint, conjungi copularíque debeant; ut animalia quidem cum aëre ad respirandum, aspectus oculorum cum lumine, ac reliqui pariter sensus cum re, & eâ quidem propriâ, quæ unicuique eorum objicitur. Stirpes item & plantæ cum terræ succo, cujus vi pullulant & crescunt. Sol quoque, Luna, & stellæ tam inerrantes quàm vagæ, cum Mundo, quem ipsæ tanquam partes distinguunt, atque exornant cognatione quâdam junctæ & continentes sunt. Mundus verò non nisi cum se ipso conjungitur & coalescit.

[4.] Ἔτι δὲ καὶ οὕτως εὔγνωστον ἔσται τὸ λεγόμενον, ὅτι ἀληθές ἐστι. τό τε γὰρ πῦρ ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὄν, αὐτὸ ἐξ αὑτοῦ θερμόν ἐστι.

Quin etiam ex his facilè intelligi poterit, id esse verum, quod dicimus. Nam & ignis cùm aliis rebus impertiendi caloris vim habeat, ipse ex seipso calidus est.

[4.] Hoc eodem ferè argumento probavit Critolaus peripateticus Mundum semper fore, quamvis id paucioribus fecerit, quàm Ocellus, & diversis usus sit verbis, & exemplis, ut in Philonis libello περὶ ἀφθαρσίας κόσμου videre licet, in quo sic scriptum est, Ἐπαγωνιζόμενος δὲ ὁ Κριτόλαος ἐχρῆτο καὶ τοιούτῳ λόγῳ· τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑγιαίνειν, ἄνοσον ἐστι, ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ἀγρυπνεῖν, ἄγρυπνόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, ἀΐδιον ἐστιν· αἴτιος δὲ ὁ κόσμος αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, εἴγε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος ἐστιν. hoc est, *Critolaus autem disputans hâc ratione utebatur, quod sibi ipsi bonæ valetudinis causa est, id nullo affligitur morbo: quin etiam quod ex se habet, ut vigilet, somni expers est. Quòd si ità res se habeat, id quoque quod sibi ipsi causa est, cur sit, perpetuum est; atqui Mundus sicuti cæteris rebus, sic etiam sibi ipsi in causâ est, ut sit, nimirum ipse æternus est.* Non miretur, qui nostra hæc legerit, si cùm in Ocello, & Philone ἀπόδειξιν nomen græcum reperi, demonstrationem transferre noluerim. Nam demonstratio apud Ciceronem non idem significat, quod apud Aristotelem ἀπόδειξις. quare facilè suspicor, nè M. Tullius Aristotelis libros περὶ τῶν ἀναλυτικῶν, sicut & alios ejusdem complures viderit. quod sanè si illi datum fuisset, non dixisset in Academicis ἀπόδειξιν, esse argumenti conclusionem, eámque ità definiri ut sit ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit. Nam hæc definitio non tantùm veræ demonstrationi, cujus vim & naturam persecutus est Aristoteles, verùm etiam omnibus ratiocinationis generibus convenire aptatíque videtur. Loco demonstrationis Aristotelicæ exquisitam rationem protulit Cicero. Quem imitari mihi libuit tum primo Tusculanarum, tum etiam primo de Finibus; ubi inter argumenti conclusionem & rationem, item inter mediocrem animadversionem & admonitionem quid intersit, nobis explicuit.

γῇ

καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γινόμενον, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ γλυκύ ἐστι. καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς τε καὶ γνωστικαὶ εἰσίν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι· καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον καὶ διαμένον ἐστί. καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν. ὁ δέ γε κόσμος, αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐστι καὶ αὐτοτελής, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς (τῶν ὅλων.)

Mel quoque quod suâ nos dulcedine potest afficere, suâpte naturâ dulce suavéque est. Similiter exquisitarum rationum principia, quæ res occultas demonstrant, ipsa ex seipsis perspicua claráque sunt. pari modo quod aliis rebus causa est, cur perfectæ sint, id suâ vi perfectum absolutúmque est. Quod item efficit, ut alia serventur ac permaneant, ipsum suâ sponte salvum itidem est, ac permanens: atque quod aliis rebus convenientiam, & concentum præbet, illud suâ naturâ aptum concinnúmque est. Mundus igitur cùm sit in causâ cur existant aliæ res, serventur, & perfectionem habeant; iccirco suâ vi sempiternus est, æternóque permanens tempore, atque ob eam rationem habetur auctor, cur aliæ quoq; res perpetuò durent, & consistant.

[5.] Ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὄν, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλυθήσεται. καὶ εἰς μὲν τὸ ὄν, ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἔσται τοῦ παντὸς φθορὰ, ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται· τὸ γὰρ ὄν, ἤτοι τὸ πᾶν, ἢ τὸ μέρος τί ἐστι τοῦ παντός· καὶ μὴν οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὄν.

Omnino autem si ipsum universum intereat, illud aut in id quod est, aut certè in nihilum dissipetur oportet. in id quod est, fieri nequit, siquidem universitatis rerum non erit interitus, si in id quod est, fiat dissolutio. nam id quod est, aut ipsum universum, aut universi portio existit. Neque verò in nihilum,

[5.] Philo Judæus in eodem opusculo hanc rationem ferè totam ex Ocello ad verbum accepit. sic enim ait, Λέγεται μέν τοι, καὶ φθορὰ, ἥ τε πρὸς χεῖρον μεταβολὴ, λέγεται δὲ καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἀναφαίρεσις παντελὴς, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον, καὶ ἄπαυστον. hoc est, *Interitus vocatur in deterius mutatio. dicitur quoque omnium perfecta consumptio, cui nulla necessariò attribuitur subsistentia; nam quemadmodum ex nihilo nihil efficitur, ità nec quod est, in nihilum interit, ex nihilo enim ut aliquid gignatur, fieri nequit, atque id quod est, prorsus deleri, & interimi, nec auditum unquam nec credibile est.*

[6.] ἀμήχανον

[6.] ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν, ἀποτελέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. ἄφθαρτον ἄρα καὶ ἀνώλεθρον τὸ πᾶν.

cùm fieri non possit, ut id quod est, aut ex nihilo fiat, aut in nihilum abeat. æternum igitur, nec ullo modo internecioni obnoxium est universum.

[7.] Εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ

At siquis ipsum esse interiturum

[6.] Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι.] ità vulgò legitur in Ocello. Ego verò legendum arbitror ἀποτελέσθαι, quod est effici vel fieri; quod intelligere cuique licet cùm ex ipsa rei natura, tum verò ex verbis Philonis, quæ Ocelli verbis debent respondere. ità enim scribit Philo: ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι. Extrema quoque Philonis verba, quæ modò adduxi, mendosa sunt. sic enim in omnibus sese habent codicibus; τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπαυστον. nam quid significet ἀνήνυστον, & quantùm ἄπαυστον proposito conveniat, non satis perspicio. Quare locum emendare, atque ἀνήνυστον in ἀνήπυστον, & ἄπαυστον in ἄπιστον convertere non veritus sum. ut sit sensus quemadmodum transtuli: atque res ipsas prorsus interire inauditum incredibiléque est.

[7.] Hanc rationem sumsit ab Ocello Philo Judæus, & in libello suo posuit de Mundo non interituro, quamvis eam pluribus verbis explicuerit: cùm inquit, Τοὺς δὲ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον κατασκευάζοντας λόγους ἕνεκα τοῦ πρὸς τὸ ὁρατὸν αὐδὲς τάχιον προτέρους. οἰκείαν ἀρχὴν λαβόντες. ἅπασι τοῖς φθορὰν ἐνδεχομένοις αἰτίας διτταὶ τῆς ἀπωλείας· ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δὲ ἐκτὸς προϋπόκεινται. σίδηρον οὖν καὶ χαλκὸν καὶ τὰς τοιουτοτρόπους οὐσίας εὕροις ἂν ἀφανιζομένας, ἐξ ἑαυτῶν μὲν, ὅταν ἑρπιάδος νοσήματος τρόπον ἰὸς ἐπιδραμὼν διαφάγῃ. πρὸς δὲ τῶν ἐκτὸς, ὅταν ἐμπιμπραμένης οἰκίας ἢ πόλεως συναναφλεχθεῖσαι τῇ πυρὸς βιαίῳ ῥιπῇ διαλυθῶσιν· ὁμοιοτρόπως δὲ καὶ ζώοις ἐπιγίνεται τελευτή, νοσήσασι μὲν ἐξ ἑαυτῶν, ὑπὸ δὲ τῶν ἐκτὸς σφαττομένοις, ἢ ἐμπιμπραμένοις, ἢ θάνατον οὐ καθαρὸν τὸν δι' ἀγχόνης ὑπομένουσιν. εἰ διαφθαρήσεται καὶ Κόσμος, ἐξ ἀνάγκης ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς, ἢ πρός τινος τῶν ἐν αὐτῷ φθαρήσεται δυνάμεων. ἀμήχανον δ' ἑκάτερον. ἐκτὸς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ κόσμου, πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ συνερανισθέντων. οὕτω γὰρ εἷς τε ἔσται καὶ ὅλος, καὶ ἀγήρως. εἷς μὲν διὰ τὸ ἀπολειφθέντων τινῶν, ἕτερον ἂν τῷ νῦν ὄντι γενέσθαι ὅμοιον. ὅλος δὲ ἕνεκα τοῦ σύμπασαν τὴν οὐσίαν εἰς αὐτὸν ἐξαναλῶσθαι· ἀγήρως δὲ καὶ ἄνοσος, ἐπειδὴ τὰ νόσοις καὶ γήρᾳ σώματα ἁλωτὰ, θερμότησι καὶ ψύξεσι, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐναντιότησι προσεμπιπτούσαις ἔξωθεν ἰσχυρῶς ἀναιρεῖται, ὧν οὐδεμία δύναμις ἀποδρᾶσα κυκλοῦται καὶ ἐπιτίθεται παθῶν. μηδενὸς ἀποστάντος μέρους, ὁλοκλήρου ἐγκαταλελειμμένου εἴσω. εἰ δ' ἄρα τι ἐστὶν ἐκτὸς, πάντως ἂν εἴη κενὸν, ἢ ἡ ἀπαθὴς φύσις, ἢν οὐδύνατον παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι. καὶ μὴν οὐδὲ ὑπό τινος αἰτίας διαλυθήσεται τῶν ἐντὸς αὐτοῦ πρότερον μὲν, ἐπειδὴ τοῦ ὅλου τὸ μέρος καὶ μεῖζον ἔσται καὶ κραταιότερον. ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον. ὁ γὰρ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράτει χρώμενος ἄγει τὰ μέρη πρὸς μηδενὸς αὐτῶν ἀγόμενος. hoc est, *Hæ verò rationes, quæ mundum neque genitum esse, neque interiturum affirmant, ex propriis illorum ductæ principiis, priore loco sunt reponendæ, ut eorum quæ cernimus habere rationem videamur. Duas namque illi qui ipsum interiturum concedunt, esse causas cur res pereant, interiorem unam, alteram externam statuunt. Nam ferrum & æs, atque hujus generis substantias aboleri ex se ipsis comperias, cùm in æruginem incidunt, quæ illas in modum serpentis morbi invadens exedit. Ex causis verò externis interitus accidit; quando domus aut civitas vi conjecto igne incensa deflagrat, & dissolvitur. Pari modo & animalia partim morbo ex ipsis correpta, partim vi externâ, dum jugulantur*

lantur aut exuruntur, aut turpi suspendii morte afficiuntur, interimi solent. Item igitur si interiturus est mundus; id quidem eveniet, aut aliquâ interiore causâ, aut externâ: quorum neut um fieri potest: nam extra mundum nihil reliquum est, cùm omnia in ejus complementum collata fuerint. ità unus erit integer, & senio carens; unus quidem, quoniam si quid remansisset, alius ei qui nunc est, similis omnino factus fuisset. integer verò, propterea quòd in ipso construendo universa ejus substantia consumpta est. Neque item senii, neque morbi particeps est, quia corpora, quæ morbis & senio obnoxia sunt, externo quoque & valido caloris & frigoris aliarúmque rerum contrariarum appulsu intereunt, quarum sanè facultatum nulla vis aufugit, quæ illum circumvenire, aut aliquâ ratione aggredi valeat, cùm nulla quidem ejus portio abscesserit, sed omnes intus clausæ, comprehensæque sint. Ergò si aliqua externa sit causa, ea omninò inanis, aut natura quædam impatibilis, quæ nec agere quidpiam nec pati possit, præterea nec ab interiori dissolvetur ob illud in primis, quòd pars quàm totum erit major ac valentior, quod sanè absu dissimum. Mundus enim incredibili robore suas partes exuperat, quas quidem agit & movet, ipse verò à nullâ earum vicissim movetur agitatúrque.

φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντὸς, φθαρήσεται δυνασθόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός· οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς, οὐδέν· τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντὶ, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ Κόσμος· οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ. δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονά (τε) καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές ἐστι. ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντὸς, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται καὶ συνήρμοσται, καὶ βίον ἔχει καὶ ψυχήν. εἰ δὲ οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔνδοθεν φθαρήσεται τὸ πᾶν, ἄφθαρτος ἄρα καὶ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος. τοῦτο γὰρ ἔφαμεν εἶναι τὸ πᾶν.

Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη τὸ συνεχὲς, καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν, καὶ

existimet, id profectò vel ab externâ, vel ab interiore causâ victum dissolvetur; sed non ab externâ, cùm extra universum nihil sit, siquidem cætera omnia in universo continentur, ac totum & universum idem habetur quod Mundus, neque etiam ab iis quæ in eo sunt; majora enim & valentiora esse oportebit, quàm ipsum universum. quod tamen falsum esse perspicuum est; cùm omnia ab universo agantur moveantúrque, & secundùm hoc ea etiam serventur, & coagmentata sint, vitámque & animam habeant. Quòd si nec interioris nec externæ causæ vi interiturum est universum, Mundus, quem eundem esse quod universum, censemus, nunquam destruetur nec dissipabitur.

Jam verò universa natura si tota spectetur, successionis continuationem à primis & maximè honorandis partibus proportione quâdam auferre videtur, eámque attenuare, & cunctis rebus mortalibus adjungere,

διέξοδον

διέξοδον ἐπιδεχομένη τῆς ἰδίας συστάσεως· τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβει τὴν διέξοδον, οὐκ ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὴν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὴν κατὰ μεταβολήν.

propriæ conſtitutionis progreſſionem ſuſcipiens (nam prima quæ moventur, corpora eadem atque eodem modo ſuum orbem conficiunt) progreſſionem dico, non quæ deinceps & continenter, nec mutato loco, ſed quæ factâ ex alio in aliud mutatione effici ſolet.

Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον, ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν· ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς (μέχρι πυρὸς) ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. οἱ δὲ καρποὶ, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα, πάλιν ἐπὶ (τὸ) σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς φύσεως.

Ignis enim ſi in unum cogatur, & denſeſcat, aërem, aër aquam, aqua terram producit: à terrâ viciſſim idem uſque ad ignem à quo cœperat mutatio, circuitus agitur. Arbores verò fructum ferentes, & ſtirpium plurimæ ex ſeminibus ſui ortûs initium habent, fructus verò producti, & jam perfecti rursùs ab eodem in idem commeante naturâ diſſolvuntur.

Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μᾶλλον ὑπερβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν. (οὐ γάρ ἐστιν ἐπανάκαμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν,) [8.] οὐδὲ ἀντιπεριστάσις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ

At homines & cætera animalia humiliore quâdam ratione communem naturæ explent terminum, non enim ad primam ætatem reflectuntur, & redeunt, nec contrarii circumſtantiæ quemadmodum ignis &

[8.] Οὐδὲ ἀντιπεριστάσις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς.] His Ocelli verbis ſatis perſuaſum eſt hujus Græci nominis, quod eſt, ἀντιπεριστάσεως inventorem (ut nonnulli ſomniant) non fuiſſe Ariſtotelem. Nam Ocellus ætate Ariſtotelem longe anteceſſit, hanc ego Antiperiſtaſin (quamvìs fortaſsè nimis licenter) contrarii circumſtantiam transferre volui. Nec ſum deterritus quòd Theodorus Gaza circùm obſiſtendi rationem, reciprocationem Hermolaus Barbarus alii adverſum conatum converterint. Cauſam interpretationis expoſui in illâ Epiſtolâ Veronenſi, quæ eſt ad Timotheum Juſtum ſobrinum meum, qui paucis his diebus dum hæc ſcriberem, cum meo magno dolore ex hâc vitâ migravit: in quâ quidem epiſtolâ duplicem oſtendi in naturâ reperiri ἀντιπερίστασιν, Platonis unam (tametſi eo vocabulo nunquam uſus eſt Plato) alteram Ariſtotelis, quam ipſe ex hoc Ocelli opuſculo, ſi non ex alio, fortaſsè mutuatus eſt. Verùm hæ duæ ἀντιπεριστάσεις longè inter ſe differunt. prima enim loci mutatione, ſecunda alteratione qualitatum effici ſolet.

ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ (τῶν) τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα καὶ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν, διαλύεται καὶ ἀπογίνεται. ταῦτα οὖν ἐστὶ σημεῖά τε καὶ τεκμήρια τοῦ τὸ μὲν ὅλον καὶ τὸ περιέχον μένειν ἀεὶ καὶ σώζεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ μέρους καὶ ἐπιγινόμενα (αὐτοῦ) φθείρεσθαι καὶ διαλύεσθαι.

Ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς οὐσίας, τοῦτο πιστοῦται διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. ἥτε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα, κύκλος. οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος. διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος. ἥτε τῆς κινήσεως κατὰ κύκλον. αὕτη δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος. ὅ τε χρόνος (ὁ) ἄπειρος, ἐν ᾧ περ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. ἥ γε μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλητος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον, μήτε ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πεφυκέναι μεταβάλλειν. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων σαφῶς πιστοῦται, ὅτι ὁ κόσμος ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος. καὶ περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς ἅλις εἰρήσθω.

aër, aqua & terra, viciſſim mutantur, ſed cùm per quatuor, qua diſpartitum orbem, & mutationes ætatum confecerint, diſſolvuntur & pereunt. hæc ſunt igitur ſigna & indicia univerſum quidem ipſum, quod omnia continet, permanere, & conſervari ſemper, ſingulas ejus partes & res adventitias interire & deſtrui.

Præterea univerſi figura, motus, tempus & ſubſtantia, cùm hujuſmodi ſint, ut principium non habeant, neque finem, nobis fidem faciunt, quâ ratione mundus nec genitus, nec interiturus ſit. Nam figuræ forma globoſa eſt, undequaque par, & ſui ſimilis. quapropter forma hæc principio caret & fine. Motionis quoque illud eſt genus, quod in orbe fertur: firmum & ſtabile & priſtinum ſtatum nunquam deſerens. Tempus item eſt infinitum, in quo verſatur motus. nam ipſum ut ſui motûs non accepit initium, ſic nec finem accepturum eſt. Poſtremò ejus ſubſtantia nec augeſcere, nec mutari poteſt: quippe quæ nec à deteriori in melius, nec contrà à meliori in deterius ſuâ naturâ mutabilis ſit. Ex iis igitur omnibus facilè credi poteſt, nec mundi ortum fuiſſe, nec interitum fore. Ac de toto quidem & univerſo hactenus ſatis.

Κεφάλαιον β'.

[9.] Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ παντὶ, τὸ μέντοι γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσεως· καὶ γένεσις μὲν, ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων· αἰτία δὲ γενέσεως, ὅπου ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου· φανερὸν ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ (τὸ) κινεῖν ἐστί. περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν, τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι.

Αἱ δὲ μοῖραι αὐταὶ διορίζουσι καὶ τέμνουσι [10.] τό τε ἀπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ (τὸ) ἀκίνητον· ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος· τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτὴν θεῶν κατέχει γένος· τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης, νείκους καὶ φύσεως. τὸ μὲν (γάρ) ἐστιν ἐν αὐτῇ διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων.

Caput II.

Verùm cùm in universo duæ existant res, quarum altera generatio, altera generationis habetur causa; ac generatio quidem ea esse videatur, in quâ res ipsæ mutantur, & id quod sunt esse desinunt: generationis verò causa, ubi subjecta res eadem servatur & permanet: hanc sanè efficiendi, & movendi, illam verò accipiendi & patiendi vim habere perspicuum est.

Fata autem ipsa impatibilem atque immobilem mundi partem distinguunt & separant; nam Lunæ cursus inter immortalitatem & ortum interclusus interseptúsque est, ut illa quidem regio universa, tam quæ est supra Lunam, quàm quæ ad ipsam pertinet, Deorum contineat genus. Hæc verò infra eandem contétioni & naturæ assignata sit, in quâ modò quæ genita sunt cômutantur, modò generantur, quæ interierint.

[9] Hanc naturalium causarum distinctionem (aliis tamen verbis) sic in Academicis expressit Cicero: *De naturâ autem (id enim sequebatur) id dicebant, ut eam dividerent in res duas, ut altera esset efficiens, altera quasi huic se præbens; eam quâ efficeretur aliquid in eo, quod efficeret, vim esse censebant, in eo autem quod efficeretur, materiam quandam.* Idem primo de Finibus & in Topicis. Ex quibus quidem locis facile colligi potest verè locutum Aristotelem, cùm in libro de ortu animalium & alibi dixit, veteres naturæ interpretes, quos sequitur Cicero, duas rerum tantummodò vidisse causas, effectricem & materiam.

[10.] Τό τε ἀπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀκίνητον] melius arbitror si legatur, τό τε ἀείπαθες μέρος, καὶ ἀεικίνητον· ut sit sensus, semper patibilem, & semper mobilem partem distinguunt ac separant. nam in fine hujus capitis utranque complectens naturam, & quæ infra & quæ supra Lunam est, ita dicet: τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δ' ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ κόσμου ἄρα ἐστίν. Mercurii Trismegisti locum adumbrâsse Ocellus mihi visus est, quamvis ille de duobus loquatur animalium generibus. sic enim scribit in Pœmandro: Θεάσαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀθανάτων ὅσον ἐστὶ καὶ τῶν θνητῶν. μέσην δ' ἀμφοτέρων ζώων ἀθανάτων καὶ θνητῶν τὴν σελήνην περιπορευομένην hoc est *Contemplare quanta animalium & immortalium & caducorum vis existat, útque inter utrumque genus lunæ circuitus medius interjectúsque sit.*

Ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπεῖναι· πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως, οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ γενόμενα, ὡς ὕδωρ πρὸς χυλὸν, καὶ ψόφος πρὸς σιγὴν, καὶ σκότος πρὸς φῶς, καὶ ὕλη [11.] πρὸς τεχνιτόν. τό τε γὰρ ὕδωρ, ἄχυλον καὶ ἄποιον, πρὸς δὲ τὸ γλυκὺ καὶ πικρὸν ἀνάλογον, καὶ πρὸς δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. καὶ ὁ ἀὴρ ἀδιατύπωτος πρὸς ψόφον καὶ πρὸς λέξιν καὶ (πρὸς) μέλος. καὶ τὸ σκότος ἄχροον καὶ ἄμορφον,

In eâ autem mundi parte, in quâ natura & generatio dominantur, hæc tria ponenda ſunt. Ac primùm quidem corpus contrectabile, quod omnibus rebus, ad quas ortus venit, ſubjectum eſt. Hoc ſanè in ſe recipit omnia, & ipſius generationis habetur effigies. quod quidem ſic ad ea quæ ex ſe ipſo gignantur ut aqua ad ſaporem, ſonus ad ſilentium, & ad lumen tenebræ, materia ad artificioſas res ſeſe habet. Aqua enim ſaporis & qualitatis expers, ſapori quidem dulci & amaro, acuto & ſalſo proportione reſpondet. Aër quoque omni carens informatione, ad ſonum, elocutionem, & concentum refertur. Tenebræ pariter, quæ nec colore ſuffuſæ ſunt, nec aliquâ formâ figuratæ,

[11.] Ἡ ὕλη, quæ Latinè dicitur materia, verbum Ciceronis temporibus (ut ipſe innuit in Academicis) non ſatis uſitatum & tritum, nunquam Plato uſus eſt, præſertim cùm de eâ agit materiâ, quæ eſt rerum naturalium initium, quamvis eandem pluribus explicet nominibus, quorum duo ſumpſit ex Ocello & Timæo Locro, quæ ſunt πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον. τὴν ὕλην tamen & Mercurius Triſmegiſtus in Pœmandro & Timæus Locrus anteà uſurpârunt. Verùm illud addo, quod aliàs prætermiſi, Platonem artificioſam materiam τῆς ὕλης vocabulo nuncupâſſe, à quâ etiam formavit, διϋλάζω verbum, & participium διϋλασμένος. ſic in Timæo ſcribit, Ὅτ' οὖν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διϋλασμένα. Ocellus autem noſter utramque materiam, tam artificioſam quàm naturalem ὕλην appellavit. Hunc locum de tribus rebus, quæ generationi ſunt neceſſariæ, ex Ocello mutuatus eſt Ariſtoteles, & in ſuum de ortu & interitu ſecundum volumen retulit his verbis: Ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὕλην τινὰ τῶν σωμάτων αἰσθητῶν, ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστὴν, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ ἐναντιώσεως, ἐξ ἧς γίνεται καὶ τὰ καλούμενα στοιχεῖα. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐστὶν ἐκ τῆς ὕλης τὰ σώματα, πρῶτα διοριστέον, καὶ περὶ τούτων ἀρχὴν, καὶ πρῶτον ὑποθεμένοις εἶναι τὴν ὕλην τὴν ἀχώριστον μὲν ὑποκειμένην δὲ τοῖς ἐναντίοις· οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ὕλη τῷ ψυχρῷ, οὐδὲ τοῦτο τῷ θερμῷ, ἀλλὰ τὸ ὑποκείμενον ἀμφοῖν. ὥστε πρῶτον μὲν δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. quod eſt, *Nos verò corporum quæ percipiuntur ſenſu, quandam eſſe materiam aſſerimus inſeparabilem & cum re contrariâ conjunctam, unde oriuntur, quæ appellantur elementa, ſed de iis alio in loco accuratiùs diſputavimus. verùm cùm primùm corpora efficiantur ex materiâ, ità agendum eſt, ut materiam eſſe rerum contrariarum principium, & primùm ſtatuamus, inſeparabilem quidem, ſed iiſdem ſubjectam, ac ſubſtratam. non enim calor frigoris, nec frigus caloris habetur materia, immò potiùs quod utrique ſubſternitur. quare primum corpus, quod poteſtate ſub ſenſum cadit, principium eſt.*

πρὸς

πρὸς δὲ λαμπρὸν καὶ ξανθὸν καὶ λευκόν. λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαστικήν, ἄλλως δὲ ἡ ὕλη πρὸς ἀνδριαντοποιητικήν. δυνάμει οὖν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως, συντελείᾳ δέ, γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν. ἓν οὖν δεῖ τοῦτο πρῶτον ὑποκεῖσθαι πρὸς γίνεσθαι γένεσιν.

lucem & colorem flavum & album respiciunt. quamvìs candor etiam ad artem statuariam, & ad istam quæ ex cerâ aliquid fingit, pertineat. sed alio modo materia arti statuariæ comparatur. In hoc igitur corpore priùs quàm gignatur, omnia potestate, perfectione verò cùm genita sunt, & naturam acceperunt, continentur. ex quo quidem fit, ut ad complendam generationem, unum primum subjici & substerni necesse sit.

[*] Δεύτερον δέ, τὰς ἐναντιότητας, ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πάθος καὶ διαθέσεις ἐπιδεχομένης τῆς ὕλης· καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις ἀντιπαθεῖς ὦσι μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὗται αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὗται ὑπ' αὐτῶν. τυγχάνουσι δὲ αὗται τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν.

Secundum quod requiritur, sunt res contrariæ, ut mutationes & alterationes compleantur, ídque dum materia perpessionem & affectionem recipit, ac nē facultates mutuò patibiles, vicissim sese prorsus vincant, & vincantur. hæ verò sunt calor & frigus, humor & siccitas.

[*] Aristoteles ibidem Ocellum secutus, δεύτερον δὲ (inquit) αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δὲ, οἷον ψυχρότης καὶ θερμότης. id est, *secundo res contrariæ (dico frigus & calorem) necessariæ sunt:* ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται. Ex iis Ocelli verbis Simplicium meritò posse reprehendi perspicuè cernitur, qui Platonis sui, cujus dialogos frequenter legerat, videtur oblitus. Nam cùm Aristotelem ipse libro 5. de Physica auscultatione sic loquentem animadvertisset, ἡ μὲν οὖν κατὰ ποιὸν κίνησις, ἀλλοίωσις ἔστω, locum exponens ait, ἔοικε τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ ποιὸν κινήσει, id est, *videtur motui, qui per quale agitur, alterationis nomen imposuisse.* Quod tamen constat esse falsum. nam Ocellus & Timæus Locrus, ac post ipsos etiam Plato, hoc mutationis genus eâdem appellatione nuncupârunt. sic enim Timæus in libello de natura mundi & anima, μετὰ δὲ ταῦτα αἱ τῶν αἰμάτων τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις. Plato quoque in Theæteto, τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔστω εἶδος. ὅταν δὲ ᾖ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκει δέ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίνεται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιοῦται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως, ἀναγκαῖον μὲν οὖν δύο δὴ λέγεται τούτω εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν τὴν δὲ περιφοράν. idem in Parmenide: ὅτι κινούμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν. αὗται γὰρ μόναι κινήσεις, καί, ἀλλοιούμενον δὲ τὸ ἓν ἑαυτοῦ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα κατ' ἀλλοίωσίν γε κινεῖται.

Præterea Mercurius Trismegistus, qui (ut Lactantii Firmiani ex primo libro divinarum institutionum utar verbis) vir fuit antiquissimus & instructissimus in omni genere doctrinæ, adeò ut ei multarum rerum scientia Trismegisti nomen imponeret, ἀλλοιώσεως nomen motui qualitatis inditum esse non ignoravit. quod sanè ostendit, ita scribens in Pœmandro:

Περὶ ταύτης ὁ Ποιμάνδρης εἶπε πρῶτον ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος ὑλικοῦ παραδιδῶσιν αὐτὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν. Illud ſilentio præterire non poſſum, quod primo de ortu & interitu ſcriptum reliquit Joannes Grammaticus, mutationem, quæ ratione ipſius, qualis in Ulyſſem facta eſt, Homerum ἀλλοίωσιν nuncupaſſe, cùm illud protulit carmen:

Ἀλλοῖός μοι ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν (ſic enim Thelemachus patrem affatur mutatum à Pallade) in quo quidem ipſum ait ἀλλοῖον non autem ἄλλον ſibi videri. Hoc vocabulum δύναμις, quod ſæpenumerò (ut ex hoc Ocelli codice ſatis perſpicuum eſt) qualitatem tertiæ ſpeciei ſignificat, frequens eſt apud antiquos philoſophos, qui ſcripſerunt ante Ariſtotelis tempora. ſic enim Timæus Locrus in eodem libello Dorico utens ſermone, νόσω δὲ ἀρχαὶ τῶν πρώτων δυναμίων ἀσυμμετρίαι εἴκα πλεονάζοιεν, ἢ ἐλλείποιεν, ταὶ ἁπλαὶ δυνάμιες, θερμότας ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας ἢ ξηρότας. ità quoque Plato ſcribit in Timæo: ἔτι ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα ἔχει παντοῖα. Ariſtoteles etiam in eadem ſignificatione & in quarto Meteor. & alibi τὴν δύναμιν frequenter úſurpat: ſed illud tamen palam dicam, ut juvenes admoneam, non recordari, me in Hippocratis commentariis, nec in Ocelli, nec in Timæi Locri opuſculis τὴν ποιότητα unquam legiſſe, tametſi id eſſe philoſophorum, non vulgi verbum in Academicis affirmat Cicero; à Mercurio Triſmegiſto vetere admodum & priſco Theologo ſæpiùs, ſemel à Platone uſurpatum comperi, qui ſic in Theæteto: καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν, ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν, ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι, ἀλλ' οὐ ποιότητα. ἴσως οὖν ποιότης, ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον. id eſt: *ac patiens quidem ſenſum movet, nón tamen efficitur ſenſus, ac faciens quale quoddam eſt, ſed non qualitas. fortaſſe igitur qualitas alienum & extraneum tibi eſſe videtur nomen, nec, ut ſæpiùs dictum, intelligis.* Quæ quidem verba cùm (ut arbitror) vidiſſet Ariſtoteles, veluti à Platone diſſentiens, qui τὴν ποιότητα vocabulum ἀλλόκοτον ſibi videri dixerat, de qualitate agere in Categoriis ſic fidenter incepit: Ποιότητα δὲ καλῶ, καθ' ἣν ποιοί τινες λέγονται. qui ſanè ad hunc modum locutus eſt, non ut ſe hujus nominis inventorem, & quaſi architectum (ut nonnulli falsò putant) profiteretur, ſed potiùs, ut id ſuo judicio, rei naturæ proprium, & accommodatum oſtenderet, quemadmodum etiam cum eodem Magiſtro ſuo conſentiens in analyticis protulit, ὅρον δὲ καλῶ.

[12.] Τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται, πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν δυνάμεων· αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων· αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται·

Tertio loco ſequuntur ſubſtantiæ, quarum illæ facultates ſunt, ut ignis & aqua, & aër, & terra. quæ quidem corpora à facultatibus longè differunt, nam illa in locis ſuis viciſſim ſeſe deſtruunt, & labefactant: facultates verò nec oriuntur, neque occidunt:

[12.] Hanc etiam partem ab Ocello accepit Ariſtoteles, qui ſic ait eodem libro: Τρίτον δ' ἅμα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἄλλοι λέγουσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ἀλλοίωσις· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι. *Tertiò neceſſaria quoque ſunt ea corpora, ignem dico, & aquam & quæcumque hujus generis. nam elementa viciſſim mutantur, non tamen eo modo, quo Empedocles & alii aſſerunt: res contrariæ non item.*

[13.] λόγοι

[13.] λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων.

ſiquidem ipſarum rationes corporis ſunt expertes.

[14.] Τῶν δὲ τεσσάρων, τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ὡς ὕλη καὶ παθητικά. πρώτως δὲ ὕλη τὸ πανδεχές· κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν· ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή. δεύτερον δὲ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ ὑγρότης καὶ ξηρότης. τρίτον δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι.

Harum porrò facultatum quæ quatuor numero ſunt, calor & frigus, ut cauſæ & efficientes; ſiccitas & humor, ut materia & patibiles eſſe cenſentur. materia autem ea eſt, quæ primò cuncta recipit. eſt enim commune quoddam, quod rebus omnibus ſubjicitur, ut initium ſit primum corpus, quod ſenſu poteſtate percipi poſſit. ſecundò accidunt res contrariæ, verbi gratiâ, calor, frigus, humor & ſiccitas. ſequuntur tertiò ignis & aqua, terra & aër. Hæc enim elementa viciſſim mutãtur, res cõtrariæ non mutãtur.

Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων, δύο· αἱ μὲν γὰρ εἰσὶ τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γινομένων ἐκ τούτων. θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, τῶν πρώτων· τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν τῶν γινομένων ἐκ τούτων. τυγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἕξ, θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, βαρὺ καὶ κοῦφον, ἀραιὸν καὶ πυκνὸν, λεῖον καὶ τραχὺ, σκληρὸν καὶ μαλακὸν, λεπτὸν καὶ παχὺ,

[15.] Corporum differentiæ duæ ſunt, aliæ primæ, aliæ ex primis ortæ: primæ quidem habentur calor & frigus, humor & ſiccitas. ex primis ortæ ſunt gravitas & levitas, raritas & denſitas, lævor & aſperitas, durities & mollities, tenuitas & craſſitudo, acumen & obtuſitas. Omnes autem enumerantur ſexdecim, calor & frigus, humor & ſiccitas, gravitas & levitas, raritas & denſitas, lævor & aſperitas, durities & mollitudo, tenuitas & craſſitudo,

[13] Λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων] ità legitur in Ocelli opuſculo Romæ deſcripto, & ad me Veronam tranſmiſſo. idem tamen Lovanii impreſſum ſic habet: Λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι· τούτων δὲ τῶν— priorem lectionem, ut quæ melior & clarior ſit, magìs probo.

[14] Ariſtoteles in hanc ſententiam libro ſecundo de ortu & interitu: θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται, id eſt *calor & frigus, ſiccitas & humor, illæ qualitates quia vim habent agendi, hæ quoniam patiendi, nomen adeptæ ſunt.* quem locum accuratè admodùm expoſuit Joannes Grammaticus. hoc idem quod illic dixit Ariſtoteles, repetit libro quarto Meteor.

[15] Cicero in Academicis, qui Ocelli fortè opuſculum viderat, hanc qualitatum diviſionem ſic diſtributam interpretatur: *Earum igitur qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. principes ſunt unius modi & ſimplices. ex his autem ortæ variæ ſunt, & quaſi multiformes.*

ὀξὺ καὶ ἀμβλύ. τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἁφή. διὸ καὶ (τι) πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται δυνάμει, αἰσθητικόν ἐστι πρὸς ἁφήν.

acumen & obtuſitas. quas quidem omnes tactionis ſenſus cognoſcit & judicat. ex quo ſanè fit, ut primum illud corpus, in quo hæ differentiæ poteſtate reſident, ſenſu tactûs comprehendi poſſit.

Τὸ μὲν οὖν θερμὸν καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ἀραιὸν καὶ τὸ ὀξὺ, πυρός ἐστι. τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ ἀμβλὺ, ὕδατος. τὸ δὲ μαλακὸν καὶ τὸ λεῖον καὶ τὸ κοῦφον καὶ τὸ λεπτὸν, ἀέρος. τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχὺ γῆς.

Ac calor quidem & ſiccitas, raritas & acumen propriæ ipſius ignis ſunt facultates: aquæ verò frigus, humor, denſitas & obtuſitas: aëris mollitudo, levitas, lævor, & tenuitas: terræ autem durities, aſperitas, gravitas, & craſſitudo tributæ ſunt.

[16.] Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαὶ καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύσταλλος ἐστὶ πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται οὐδὲ ἐκ πυρός.

Ex quatuor corporibus ignis & terra redundantiæ & rerum contrariarum extremitates ſunt. atque ut ignis quidem caloris, ſic glacies frigoris exuperantia eſt. Quòd ſi glacies humoris & frigoris concretio, ignis pariter caloris & ſiccitatis habetur fervor. Quapropter neque ex glacie neque ex igne quidpiam gignitur.

[16] Hunc locum ferè totum ex Ocello ſumpſit Ariſtoteles & in ſecundo de ortu & interitu ſuis rationibus accommodavit, ità ſcribens,

Τὸ δὲ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξις καὶ ζέσις ὑπερβολαί τινες. ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ οὖν κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρός. Verùm Ariſtoteles cùm id concluſit, Ocellum ſecutus, διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρός, à ſe ipſo videtur diſſentire; quippe qui libro 5. de Hiſtoriâ animal. tam ex nive, quæ gelatio quædam eſt, quàm ex igne oriri poſſe animal aſſerat. Nam Plinius civis meus Ariſtotelis locum ſic interpretatur.

Quin etiam in iis, quæ putredinem nullam poſſe recipere exiſtimantur, naſci animalia novimus, ut vermes in nive vetuſtiore, qui hirti ſunt pilis & rubidi, quoniam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit, ſed in nive mediæ terræ candidi & grandiores inveniuntur, torpent omnes, & difficulter moventur.

Idem ſtatim de igne.

In Cypro ærariis fornacibus, ubi chalcites lapis pluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulò muſcis grandioribus majores, quæ per ignem ſaliunt, atque ambulant, emoritur & hoc genus, cùm ab igne dimotum eſt.

Sed cùm primo Meteor. libro dixerim philoſophum facilè poſſe cum

ſe

se ipso conciliari, eò quòd aliter in extrariis, aliter in auscultatoriis libris suis loqui solitus sit, idem nunc repetere supervacaneum arbitror.

Verùm illud velim consideret diligens lector: quânam moti ratione Plinius & Theodorus Gaza illa Aristotelis verba ἐκ τῆς ἐν ὕδατι χιόνος, *in nive mediæ terræ* converterint.

[17.] Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιΐαν. οὔτε δὲ ἓν τῶν ἀκρῶν οἷόν τε εἶναι, δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι. οὔτε δὲ δύο. δεῖ γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες.

Ignis sanè & terra extrema sunt elementa, aqua & aër media, quippe quæ admistā habeant sui corporis effectionem. Nec verò ut unum tantùm sit extremum, fieri potest, cùm id contrarium esse oporteat. Similiter neque duo, quandoquidem media extremis opposita contrariáque sint.

[18.] Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμόν. ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν. γῇ δὲ καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν. ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. ἴδια δὲ ἑκάστου, πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν. κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου καταχρατήσει.

Atque ignis quidem calidus & siccus, aër calidus & humidus, aqua humida & frigida, terra frigida & sicca esse sentiuntur. Aër igitur & ignis calorem, frigus aqua & terra, terra & ignis siccitatem, humorem aqua & aër communem habent. quamvìs unicuique propriæ facultates, ut igni calor, terræ siccitas, humor aëri, & frigus aquæ, tributæ sint. quorum quidem substantiæ permansionem à communibus, à propriis mutationem accipiunt. Hoc autem accidit, cùm contrarium vincit & superat contrarium.

Τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ.

Quare cùm aëris humor ignis siccitatē, aquæ frigus calorē aëris, terræ siccitas aquæ humorē interimit;

[17.] Aristoteles in eodem secundo. Καὶ ἄκρα μὲν, καὶ εἰλικρινέστατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ, καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέροις ἐναντία. πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον τὸ ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων παθημάτων συνέστηκεν. *Ignis quoque & terra extrema & sincerissima sunt, media & magis admista aqua & aër, & utraque utrisque contraria. aqua enim igni, aëri terra repugnant & adversantur: quippe quæ ex contrariis qualitatibus concreta sint.*

[18.] Hæc eadem ferè omnia secundo de ortu & interitu repetit Aristoteles, ubi quonam modo aër sit humidior quàm aqua, perspicuè declaravit Joannes Grammaticus.

καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῇ γῇ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ψυχροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, καὶ οὕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων.

ac viciſſim retrò cùm aquæ humor terræ ſiccitatem, aëris calor aquæ frigus, & ignis ſiccitas humorem aëris labefactat & deſtruit, tum mutationes & ortus eorúmque viciſſitudines effici ſolent.

Τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολὰς, τὸ πανδεχὲς καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς ἁφήν.

At corpus quod ſubjicitur, & mutationes recipit, omnium rerum capax eſt, & poteſtate primum contrectabile.

Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαὶ, ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν, καὶ τρίτον ὅταν τὸ ἐν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταληφθῇ τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον. ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ· ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν· ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς (τὸ) θερμὸν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν (τὸ) ξηρὸν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν· ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα.

Mutantur autem elementa, aut cùm ex terrâ ignis, aut ex igne aër, vel aqua ex aëre, vel ex aquâ terra oritur. Tertio quoque modo efficitur mutatio, cùm uniuſcujuſque elementi contraria interit facultas; cognata verò, & quæ ejuſdem generis eſt, ſervatur & permanet, ità deleto uno contrariarum rerum pari generatio abſolvitur. Nam ignis calidus ſiccúſque eſt, aër calidus & humidus, quorum utrique communis exiſtit calor; ſiccitas autem ignis, humor aëris proprius peculiariſque eſt. quare cùm humor aëris ignis ſiccitatem exuperat, ignis in aërem convertitur.

Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμὸς, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτῶν τὸ ὑγρόν. ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος, τὸ ψυχρόν· τοῦ δὲ ἀέρος, τὸ θερμόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Præthereà aqua cùm ſit humida & frigida, aër humidus & calidus, iis ambobus communis eſt humor: aqua verò frigus, & aër calorem ſuas & proprias facultates habent. itaque ſi aquæ frigus aëris calori dominetur, ex aëre in aquam efficitur mutatio.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ

Terra quoque frigida ſiccáq; eſt, aqua frigida & humida, quarum utraque frigus communiter poſſidet,

ψυχρόν·

ψυχρόν· ἴδιον δὲ τῆς γῆς ξηρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.

separatim verò terra ſiccitatem, humorem aqua ſibi ipſis aſciſcunt: ex quo fit, ut cùm terræ ſiccitas aquæ humore valentior eſt, aqua in terram vertatur, mutetúrque.

Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κατὰ τὸ ἐναντίον, ἡ δὲ κατ' ἐναλλαγὴν, ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσει, καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐτοῖς κοινοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ θερμοῦ, γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Contrà verò, quæ è terrâ ſurſum aſcendit mutatio, & quæ per internecionem agitur, tunc accidit, cùm totum ſuperat totum, & ambæ contrariæ facultates interimuntur, nihílque quod illis elementis commune ſit, remanet. Nam cùm ignis calidus & ſiccus exiſtat, aqua frigida & humida; ſi aquæ humor ignis ſiccitatem & aquæ frigus ignis calorem domet & comprimat, ex igne in aquam converſio fit.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ἐστι ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὅταν οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν, τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς γῆν μεταβολή.

Jam verò terra frigida ſiccáque eſt, aër calidus & humidus. Quare cùm terræ frigus calorem aëris, & terræ ſiccitas humorem aëris vincit & ſuperat, aër in terram mutatur & vertitur.

Ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ. καταλείπεται γὰρ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν. τὸ δέ γε πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν.

Cùm verò humor aëris, & ignis deſtruitur calor, ex utroque ignis orietur. Nam aëris calor, & ignis remanet ſiccitas. Atqui calidus & ſiccus ignis eſſe deprehenditur.

Ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν (ἡ) γῆ. καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ψυχρόν. ἡ δὲ γῆ ἐστι ψυχρὰ καὶ ξηρά.

At cùm terræ frigus & aquæ humor interit, ex ambabus gignitur terra. ſiquidem terræ ſiccitas, & aquæ ſervatur frigus, quibus quidem facultatibus terra prædita eſt.

Ὅταν δὲ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, καὶ τοῦ πυρὸς τὸ θερμὸν, γένεσις οὐκ ἔσται. τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπεται ἐπ' ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν· τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον.

Sed cùm aëris & ignis pariter deletur calor, nullius elementi erit ortus. Nam aëris humor, & ignis relinquitur ſiccitas, quæ quidem facultates inter ſe contrariæ & oppoſitæ ſunt.

[19.] Καὶ πάλιν ὅταν γῆς μὲν φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, ὕδατος δὲ ὅμοιον, οὐδὲ οὕτως ἔσται γένεσις· καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. καὶ περὶ μὲν γενέσεως τῶν πρώτων σωμάτων πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνεται, ἱκανῶς εἴρηται διαβραχέων.

Postremò, cùm terræ & aquæ juxtà frigus destruitur, eodem modo nulla sequitur generatio, siquidem terræ siccitas & humor aquæ servantur incolumes. At humor & ficccitas facultates adversæ inimicæque sunt. Ac de ortu quidem primorum corporum, & quonam modo, & quibus subjectis efficiatur rebus, satìs ac breviter expositum est.

[19.] Ocellus & Aristoteles de elementis ut viciſſim mutentur, egerunt. ille enim primùm duo posuit mutationum genera, unum quod à terrâ ad ignem sursum ascendit, alterum quod deorsum agitur, ut cùm aër ex igne, ex aëre aqua, ex aquâ terra oritur; quæ quidem duæ generationes, seu mutationes una tantùm mutatio quæ in orbem efficiatur, ab Aristotele esse dicitur, & ea quidem illorum elementorum, quæ deinceps & loci ordine se consequuntur. Addit etiam tertium genus, quod sanè est, cùm utriusque elementi contraria remanet facultas, cognata verò & similis tollitur: sed cùm in eâ mutatione nullum gignatur elementum, nihil ipsius Aristoteles meminit. Adjungit idem Ocellus aliam quandam mutationem κατ' ἐναλλαγὴν, id est, per internecionem fieri (quamvis apud eundem etiam legatur κατ' ἀναλλαγὴν) quæ quidem quâ ratione eveniat, ipse declarat dicens eam effici, cùm totum superat totum, & duæ facultates sic intereunt, ut nulla illis corporibus servetur communis. Hos mutandi modos intellexit Aristoteles, quos tamen aliis verbis explicuit, cùm mutationem elementorum in facilem, ac difficilem, in velocem & tardam generatim distinxit. Cujus quidem divisionis primam particulam elementis, quæ proxima sunt καὶ σύμβολα ἔχει, tribuit; alteram uni extremo & medio, quorum aliud domat & comprimit aliud, & duæ contrariæ destruuntur qualitates; ut cùm ignis ex aquâ, aut ex aëre oritur terra, vel contrà cùm aqua in ignem vel terra in aërem mutatur & vertitur.

Verùm unum adhibuit Aristoteles, quod ab Ocello fuerat omissum, ex duobus elementis summè contrariis tertium gigni posse: verbi gratiâ, ex igne & aquâ aërem & terram, atque ex aëre & terrâ, ignem & aquam: idque tunc evenire, cùm utriusque una qualitas deperditur, altera conservatur. Aristotelis verba, quibus has elementorum mutationes ab Ocello sumptas declaravit, hæc sunt ex secundo libro de ortu & interitu.

Aristotelis Particula XXV.

Ἤδη καθ' ἕκαστον οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν πῶς. ἅπαντα γὰρ ἐξ ἁπάντων, διοίσει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ τῷ ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον. ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν, ἢ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν. οἷον ἐκ πυρὸς μὲν ἔσται ἀὴρ θάτερον μεταβάλλοντος τούτου. τὸ μὲν γὰρ ἦν θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ θερμὸν καὶ ὑγρόν, ὥστε ἂν κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσται. πάλιν δὲ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· τὸ μὲν γὰρ ἦν ὑγρὸν καὶ θερμὸν, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ ὕδωρ ἔσται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ, ἔχει ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὥστε κρατηθέντος ὑγροῦ γῆ ἔσται, καὶ πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν πῦρ ξηρὸν καὶ θερμὸν, ἡ δὲ γῆ

γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν, ἐὰν φθαρῇ τὸ ψυχρόν, πῦρ ἔσται ἐκ γῆς. ὥστε φανερὸν ὅτι κυκλωτὴ ἔσται ἡ γένεσις τοῖς ἁπλοῖς σώμασι, καὶ ῥᾷστος τοιοῦτος ὁ τρόπος τῆς μεταβολῆς, διὰ τὸ σύμβολα ἐνυπάρχειν τοῖς ἐφεξῆς. *Jam verò quonam modo id accidat, videre non est difficile: omnia enim oriuntur ex omnibus: sed differt, eò quòd celeriùs & tardiùs, faciliùs & magìs difficulter efficiatur mutatio. nam quæ cognata sunt, & communem habent qualitatem, horum velox est transitus: quæ autem non habent, tardus. proptereà quòd unum quàm multa faciliùs mutationem recipit, ut ex igne orietur aër, eo uno celeriùs immutato. nam alter calidus & siccus, alter calidus humidúsque est. Quare si ab humore destruatur siccitas, aër generabitur: ex aëre item prodibit aqua, si calorem frigus exuperet. siquidem ille erat calidus & humidus, hæc verò frigida & humida. Quapropter si mutetur calor, erit aqua, similiter ex aquâ oritur terra, atque ex terrâ ignis (utraque enim utrique cognata est) nam aqua frigida & humida, & terra frigida siccâque percipitur. undè si domitus fuerit humor, prodibit terra. præterea, cùm ignis siccus sit & calidus, terra autem frigida & sicca, si aboleatur frigus, ignis orietur è terra. Itaque generationem in orbem simplicibus inesse corporibus satis perspicuum est, cùm elementa quæ ordine loci se consequuntur, cognationem habeant.*

Aristotelis Particula XXVI.

Ἐκ πυρὸς δὲ ὕδωρ, καὶ ἐξ ἀέρος γῆν, καὶ πάλιν ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀέρα καὶ πῦρ ἐνδέχεται γίνεσθαι· χαλεπώτερον δὲ διὰ τὸ πλειόνων εἶναι μεταβολήν. ἀνάγκη γὰρ εἰ ἔσται ἐξ ὕδατος πῦρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρόν. καὶ πάλιν εἰ ἐκ γῆς ἀὴρ φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος ὕδωρ καὶ γῆ, ἀνάγκη ἀμφότερα μεταβάλλειν. αὕτη μὲν οὖν χρονιωτέρα ἡ γένεσις. *Mox etiam ex igne aqua, & terra ex aëre; ac rursus ex aquâ & terrâ aër & ignis oriri possunt, quamvis id difficiliùs accidat; nam plurium requiritur mutatio. si enim ignis ex aquâ fieri debeat, ut humor & frigus corrumpantur necessitas cogit: item si aër ex terrâ, frigus & siccitas interimendæ sunt. eâdem ratione si ex igne & aëre terra & aqua gignantur, ambæ qualitates mutentur, necesse est. Atque hæc quidem longior & diuturnior habetur generatio.*

Hoc mutationis genus in quo duæ elementorum delentur qualitates, in xxvi. particulâ expositum est, quam mutationem appellavit Ocellus κατ' ἐναλλαγὴν, eámque fieri dixit cùm totum superat totum, & duæ qualitates intereunt sic, ut nulla communis remaneat. mutatio igitur κατὰ τὴν ἐναλλαγὴν, Latinè mutatio per internecionem, sive universa qualitatum consumptio reddenda est.

Aristotelis Particula XXVII.

Ἐὰν δ' ἑκατέρου θάτερον φθαρῇ, ῥᾴων μὲν, οὐκ εἰς ἄλληλα δὲ ἡ τούτων μετάβασις, ἀλλ' ἐκ πυρὸς μὲν καὶ ὕδατος ἔσται γῆ καὶ ἀὴρ, ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ὕδατος φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς ξηρὸν, ἀὴρ ἔσται· λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ ὡσαύτως τὸ ὑγρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν πυρὸς τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γῆ διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὡσαύτως καὶ ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ, ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται· λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ ὑγρὸν, τῆς δὲ τὸ ψυχρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ψυχρὸν, πῦρ, διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἅπερ ἦν πυρός. *At si utriusque altera destruatur, facilis quidem, sed non mutuus erit transitus; quin immò ex igne & ex aquâ terra & aër, & ex aëre & ex terrâ aqua & ignis ortum habebunt. Nam cùm aquæ frigus & siccitas ignis interibunt, orietur aër. siquidem hujus calor, illius humor pariter relinquitur. Quòd si calor ignis & aquæ humor destruantur, efficitur terra*

nam

nam ignis ſiccitas, & aquæ frigus remanet. Similiter ex aëre & terrâ ignis & aqua gignitur. Nam ſi aëris calor & terræ ſiccitas diſſipentur, orietur aqua. humor enim aëris, & terræ frigus cuſtoditur illæſum. Cùm verò humor aëris & terræ frigus diſpereunt, exultat ignis: propterea quòd illius quidem calor, hujus autem ſervatur ſiccitas, quæ quidem ipſius ignis qualitates ſunt.

Hanc mutationem, quâ ex duobus elementis ſummè contrariis tertium generatur, Ocellum ignoráſſe, cùm de eâ nihil ſcripſerit, facilè ſuſpicari poſſumus, verùm hortor & moneo illud hominum genus, qui Divi Thomæ Aquinatis & Joannis Duns Scoti diſciplinam pertinaciter defendunt, ut hunc Ariſtotelis locum de mutatione elementorum accuratè conſiderent ac perpendant. nam ſi fecerint, ipſos non arbitror poſthac tam audacter negaturos, eandem numero in re quæ interierit, & quæ orta ſit, ſervari qualitatem ac conſiſtere.

Ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγέννητος, καὶ οὔτε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, οὔτε τελευτήν ποτε λήψεται, δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπεῖναι ἀλλήλοις. τὸ μὲν ποιοῦν (ἐν ἑτέρῳ) τὴν γένεσιν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐστὶ πᾶν. συνέγγυς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος κατά γε τὰς προσόδους καὶ τὰς ἀφόδους, μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους (τε) καὶ θερμασίας, ᾧ συνεπακολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς.

Verùm cùm ingenitus mundus, & interiturus nunquam ſit, atque ut neque initium ſumpſit, ità nec finem ſit accepturus, duo efficientia, quorum alterum in alio, alterum in ſe ipſo generet, viciſſim conſtituantur neceſſe eſt: atque quod in alio generat, ea cenſetur eſſe univerſa mundi pars quæ ſupra Lunam poſita eſt. propiùs verò Sol ipſe, qui appulſu ſuo & abſceſſu aërem continenter immutat & variat, ut eundem modò frigidum reddat, modò calidum, cujus mutationem ſequitur terræ mutatio & eorum quæ ſunt in terrâ.

Εὖ δὲ ἔχει καὶ ἡ λόξις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν· αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς γενέσεως ἐστί. καθόλου δὲ ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γεννῶν, τὸ ὑπὲρ ἄνω (τῆς) σελήνης ἐστί· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ, τὸ ὑποκάτω σελήνης. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ, κόσμος ἄρα ἐστίν.

Orbis etiam ſignifer, qui obliquus eſt, ad ſolis motum maximè confert, cùm & ipſe generationis cauſa ſit, necnon univerſi ornatus ac deſcriptio, ídque generatim efficiat, ut in eo alia res gignendi, alia patiendi vim habeat. Quod ergò in alia generat, ſupra Lunam, quod autem in ſe ipſo, infra eandem collocatum eſt: at quod ex ambabus conſtat partibus, ex unâ ſcilicet divinâ & ſemper currente, ex alterâ verò genitâ, & mutationibus ſemper obnoxiâ, id certè mundus eſt.

Κεφάλαιον

Κεφάλαιον γ΄.

Ἀνθρώπου δ᾽ ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων, οὔτε φυτῶν, ἀλλ᾽ ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα, καὶ τὰ ἐνδιακεκοσμημένα συνυπεῖναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν· λέγω δὲ μέρη, οὐρανὸν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων· ὃ δὴ [20.] μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται· οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος.

Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀνάγκη καὶ τὰ περιεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς. οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλανήτας· τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτὰ, χρυσὸν, ἄργυρον·

Caput III.

Nec verò primum humani ortûs initium, quemadmodum nec cæterorum animalium, neque plantarum è terrâ ductum eſt, ſed mundi ornatus & diſpoſitio cùm ſemper exiſtat, etiam quæ in eo diſpoſita, digeſtáque ſunt, ſemper exiſtant neceſſe eſt. ſiquidem mundus primùm ſemper manet. Quare partes ejus unà cum eo ſtatuendæ ſunt. partes inquam cœlum & terra, & quæ iis interjecta ſunt & media (porrò quod μετάρσιον, id eſt, ſublime dicitur, etiam aërium nuncupatur) non enim ſine iis, ſed cum iis, atque ex iis concretus eſt mundus.

Verùm cùm partes ſimul exiſtant, etiam quæ continentur, unà cum eiſdem ſtatuuntur, ut cum cœlo Sol, Luna, & Stellæ tam infixæ certis locis quàm errantes: cum terra, animalia, ſtirpes, & plantæ, aurum & argentum:

[20.] Μετάρσιος, verbum Græcum Latinè ſublimis interpretatur, quo uſus Mercurius Triſmegiſtus in Pœmandro (tametſi μεταρσιον pro excellenti & præſtanti accipiat) cùm ait: ἀλλὰ εὐθὺς ἀπεκύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητόρων ἀῤῥενοθήλεας καὶ μεταρσίους. Sed infrà in eodem dialogo μετάρσιον ſumit pro animali pennigero & aërio, ſic ſcribens: ἐκεῖνο δὲ ὅρα ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων, ἐν μέρει ἐπιφοιτᾷ τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι. Idem reperitur vocabulum pro ſublimi uſurpatum à Philone Judæo tum in opuſculo περὶ καταστάσεως ἀρχόντος, tum etiam περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Ocellus (ut ſatìs conſtat) μετάρσιον ſumit pro aërio: atque eam mundi partem intelligit, quæ igni & aëri tributa eſt, quam quidem dicit poſteà à Dæmonibus occupatam. Verùm Ariſtoteles non hanc regionem inter cœlum terrámque conſtitutam μετέωρον vocavit, ſed omnes eas res, quæ in eâdem gignuntur & apparent, unde ſ. o commentario περὶ τῶν μετεώρων titulum impoſuit, in quo diſputari περὶ τῶν μεταρσίων. Olympiodorus Ariſtotelis interpres aſſerit. μετάρσιον quoque in eâdem ſignificatione accipitur à Laërtio in Epicuri vitâ. Quid autem ſit propriè μετέωρος, abundè jam dixi cùm illius libri inſcriptionem explicarem.

[21.] μεταρσίῳ

[21.] *μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον. σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ὑπεῖναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον, καὶ ἀέριον σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι.*

Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος· [22.] *ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες,*

cùm sublimi & aëria regione spiritus & venti, necnon & mutatio in vim calidiorem & frigidiorem mutatio consistunt. Nam ipsius cœli illud est proprium, ut eas res intra se habeat, quas ejus ambitus complectitur. Terræ ut plantas sustineat, quæ ex ipsa pullulant, & animalia, quæ pastum capessunt. Sublimis & aëria pars hoc sibi vendicat, ut quæ in ea gigni possunt, gignantur.

Cùm igitur in unaquaque mundi parte collocatum sit aliquod eximium animalium genus, verbi gratiâ, in cœlo Dii, homines in terra, in sublimi loco Dæmones,

[21.] *Μεταρσίῳ καὶ ἀερίῳ πνεύματα καὶ ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον.* In sublimi & aëriâ regione duæ fiunt mutationes, unam cùm exhalatio calida & sicca è terris excitata calidior redditur, ex aquâ stellarum crines & trajectiones apparent, quæ quidem in supremâ aëris parte (hæc autem ab Aristotele dicitur ὑπέκκαυμα, id est, fomes succendens) gignuntur. Hoc sanè idem est, quod ignis elementum. Altera accidit mutatio, cùm vapor calidus & humidus, qui ex aquis tollitur, in nubium loco, qui frigidus est, vi frigoris concrescit, & in pluviam, nivem, & grandinem convertitur. Nam grando contrarii caloris circumstantiâ, quæ Græcè nuncupatur ἀντιπερίστασις, quâ exhalationis augetur frigus, cogi solet.

[22.] *Ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες*] Ocelli hæc sunt verba, quibus esse Dæmones censuisse satìs perspicuum est. quam sententiam secutus est Plato, qui quatuor Dæmonum genera posuit. Aristoteles verò (ut omnes contendunt Peripateticæ sectæ philosophi) Dæmonas esse omninò negavit, quippe qui nullam asseruerit inveniri mentem à materiâ separatam, quæ aliquam cælestem sphæram non moveat. Verùm ipse libro tertio de ortu animalium eosdem asserere visus est, sed non incorporeos. Ejus locum ascribere libuit, ut qui legerint, meliùs judicent an quod ipse senserit, locutus sit, & scriptum reliquerit, cap. x. Τὸ δὲ τέταρτον γένος οὐκ ἐπὶ τούτων δεῖ ζητεῖν, καίτοι βούλεταί γέ τι κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς εἶναι τάξιν· τοῦτο γὰρ καὶ τέταρτον ἀριθμεῖται τῶν σωμάτων· ἀλλὰ μὲν πῦρ ἀεὶ φαίνεται τὴν μορφὴν οὐκ ἰδίαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ σώματι. ἢ γὰρ ἀὴρ ἢ καπνὸς ἢ γῆ φαίνεται τὸ πεπυρωμένον. ἀλλὰ δεῖ τοιοῦτον γένος ζητεῖν ἐπὶ τῆς σελήνης. αὕτη γὰρ φαίνεται κοινωνοῦσα τῆς τετάρτης ἀποστάσεως. ἀλλὰ περὶ τούτων ἄλλος ἂν εἴη λόγος. i. *Verùm quartum genus in iis non est quærendum, quamvis ipsius ignis ordo requirat ut sit, id enim quartum inter corpora numeratur: verùm ignis propriam habere formam nunquam apparet nisi in alio corpore. Nam quod ignescit, aut aër, aut fumus, aut terra esse cernitur. Hoc autem genus proximè infra Lunam quærere necesse est. quippe quæ quantæ distantiæ sive abscessûs particeps sit. sed de iis alia fuerit disputatio.*

ἀνάγκη

ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι, εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι.

Φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ μέρη τῆς γῆς· ὁτὲ μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης (τῆς) θαλάσσης ἕτερον μέρος, ὁτὲ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διϊσταμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων, κρύβδην ἐμφερομένων. παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως, οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται ποτέ.

[23.] Διὸ καὶ τοῖς λέγουσιν τὴν τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταβολῆς κατ᾽ αὐτήν. πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρβαρος ἡ Ἑλλὰς, οὐχ ὑπ᾽ ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς φύσεως οὐ μείζονος οὐδὲ μείονος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ γὰρ νεωτέρας ἀεὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης.

Περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν ἑαυτῷ γινομένης, ὡς οὕτως ἔχει καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τῆς μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀειπαθοῦς· καὶ μὲν (τῆς) ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων.

necesse est humanū genus esse perpetuum. Siquidèm verè præscribit ratio non solùm mundi partes unà cum mundo, verùm & quæ mundus continet, simul cum partibus existere.

At terræ partes vi mutantur & intereunt: interdum quidem cùm altera pars maris effunditur, quandoque verò cùm terra à ventis & aquis quæ in ipsam latenter ingrediuntur, dilatatur, ac dirimitur: terræ tamen constitutio nunquam anteà tota prorsus interiit, nec pòst ullo tempore interitura est.

Quapropter quod dicitur, historiam Græcam ab Inacho Argivo initium duxisse, sic est interpretandum, ut non ab aliquo primo principio, sed aliquâ ejus mutatione quæ acciderit, ortum habuerit. Nam terra Græcia anteà sæpius fuit & posthac etiam erit Barbara, non modò, quòd ad eam exules aliunde commigraverint, verùm quòd à naturâ id etiam proveniat, quæ tametsi nec major redditur neque minor, recentior tamen semper est, & ratione nostri principium sumit.

De toto quidem & universo, déq; ortu & interitu, qui in eo fiunt, & ut se habeant, & in omni æternitate sint habituri, cùm natura partim sempiterno cieat motu, partim perpessionem semper sentiat, atq; tum semper gubernet, cùm gubernetur, iis verbis satìs explicuimus.

[23] Plinius tamen civis meus Cadmum Milesium primùm historiam condidisse tradit libro vii.

Κεφάλαιον δ'.

Περὶ δὲ τῆς ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως, ὅπως τε καὶ ἐκ τίνων ἔσται κατὰ τρόπον ἐπιτελουμένα, νόμῳ τε καὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος ἐπισυνεργούσης, τάδε καλῶς ἔχειν οἴομαι· πρῶτον μὲν τοῦτο διαλαβεῖν ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα προσιέμεθα, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.

Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ ὄργανα, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς (τὴν) μῖξιν ὑπὸ θεοῦ δεδομένας ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου (βίου) κοινωνῆσαι, τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας φθειρομένης, καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς, ἀκατάληπτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην γένεσιν. ἓν οὖν τοῦτο πρῶτον δεῖ θεωρεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μῖξις.

Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ πόλεως, καὶ τὸ μέγιστον κόσμου, συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογινόμενον τούτων ἕκαστον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γενέσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας.

Οἱ γὰρ καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιΐαν συναπτόμενοι, ἀδικήσουσι

Caput IV.

De mutuâ autem ipsorum hominum generatione, quo modo scilicet, & ex quibus rectè perfici possit, ità ut non modò legitimè facta, sed temperantiâ & pietate simul operante, habita esse videatur, operæ precium existimo hunc in modum statuere, & primo quidem hoc ipsum cogitare, quòd non voluptatis, sed procreandæ sobolis causâ mulieribus admiscemur.

Siquidem facultates ipsas, instrumenta, & appetitus hominibus dedit Deus, non ut voluptate fruantur, sed ut eorum genus perpetuò duret, ac permaneat. Nam cùm fieri non possit, ut homo ipse qui mortalis natus est, divinitatis efficiatur particeps, si generis immortalitas absumatur, in singulis supplevit Deus, & generationem hanc infinitam & continuatam reddidit. Hoc unum igitur spectare in primis oportet, non esse concumbendum voluptatis causâ.

Mox eandem hominis constitutionem ad universam referendam, quippe qui non solùm domûs & civitatis, verùm etiam mundi maxima habeatur pars. quæ quidem, quæcunque res desit, eam supplere & complere debeat, alioquin tum domestici & civilis, tum etiam divini laris desertor futurus sit.

Nam qui prorsus causâ procreationis liberorum non coïerint, ii

τὰ τιμιώτατα τῆς κοινωνίας συστήματα. εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως καὶ ἀκρασίας μοχθηροὶ (οἱ) γενόμενοι, καὶ κακοδαίμονες ἔσονται, καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν καὶ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων, καὶ οἴκων καὶ πόλεων.

Ταῦτα οὖν προδιανοουμένους οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένους. εἰ γὰρ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι· ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῶον ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον εὐανδρεῖσθαι.

Διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσι καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῖς κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσι, ὅτε μὴ μόνον πολυπληθεία ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εὐανδρία χορηγοῦνται.

Ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης, μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιστάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸ πλοῦτον, ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες. ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ νέαν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι, συνηρμόσαντο ἂν τὴν ὑπερηλικεστέραν, ἀντὶ δὲ τοῦ συμπαθῆ τὴν ψυχὴν καὶ ὁμοιοτάτην, ἐπίδοξον τῷ γένει, ἢ περιχρήματον.

nobilissimos communionis cœtus injuriâ afficient & violabunt. Quòd si tales fuerint, ut nec legitimè nec temperanter generent, qui orientur filii, scelesti, improbi, & miseri Diis, Dæmonibus, hominibus, nec non familiis & civitatibus execrandi & detestabiles futuri sunt.

Qui igitur hæc antea consideraverint, ii non belluarum more ad concubitum ferri debent, sed ità ut qui res venereas necessaria bona esse putent. quod sanè probi viri faciunt, qui non solùm domos & plurima terræ loca magnâ hominum multitudine replere necessarium & bonum existimant (mansuetissimum enim atque optimum animalium omnium est homo) sed etiam probis viris, maximum esse censent.

Hanc enim ob causam eveniet, ut civitates benè institutas inhabitent, res suas domesticas & familiares rectè gubernent & tueantur, amicísq; ipsis (ut civilis statûs requirit ratio) civiles actiones præbeant, cùm illi non multos tantùm homines, sed etiam probos suppeditabunt.

Itaque peccant complures, qui in matrimoniis contrahendis, non fortunæ magnitudinem, neque publicam utilitatem sibi proponunt, sed divitias aut generis præstantiam tantùm respiciunt. Pro eo enim quod adolescentes & integrâ ætate ducere deberent, vetulas sibi ipsis adjungunt, atque cùm uxores ejusdem secum mentis, & sui simillimæ ducendæ essent, nobilitate præstantes & divitiis affluentes ducunt.

πιγάρ τοι, ἀντὶ συμφωνίας διαφωνίαν, καὶ ἀντὶ ὁμοφροσύνης, διχοφροσύνην καταςκευάζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει καὶ φίλοις, ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. ὁ δὲ διαμαχόμενος δικαίως, καὶ οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐφικέσθαι.

Quapropter pro concordiâ discordiam, pro legitimo consensu dissensionem sibi parant, siquidem maritus & uxor inter se de principatu contendunt. Quæ enim mulier divitiis, genere, & amicis antecellit, ut sibi pareat vir contra naturæ leges exoptat: at ille, tametsi justè repugnet, quippe qui sibi primas, non secundas deferri velit, obtinere tamen principatum nullo modo potest.

Ὧν δὲ γενομένων, οὐ μόνον τοὺς οἴκους κακοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαίνει γενέσθαι. μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ δὲ τῶν μερῶν, ἡ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς σύνθεσις. εἰκὸς οὖν ὁποῖα τὰ μέρη τυγχάνουσιν ὄντα, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν τὸ ἐκ τοιούτων συντιθέμενον, τοιοῦτον εἶναι.

Quæ quidem res cùm eveniunt, non familiæ tantùm, & domus, verùm etiam civitates infelices reddantur, necesse est. Domus enim civitatum partes sunt: ex partibus totum & universum cõstituitur. Consentaneũ igitur est, quales sunt partes, tale & totũ & universũ existere, ex hujusmodi constans partibus.

Καὶ ἐν (ταῖς) πρώταις δὲ αἱ πρῶται οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς (τὸ) καλῶς ἢ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελεσθῆναι. οἷον ἐπὶ μὲν οἰκοδομίας, θεμελίου καταβολή. ἐπὶ δὲ ναυπηγίας, τρόπις· ἐπὶ δὲ συναρμογῆς καὶ μελοποιίας, τάσις φωνῆς καὶ λῆξις. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ πολιτείας εὐνομουμένης τε καὶ καλοικονομουμένης, οἴκων κατάστασις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται.

Atque ut primarum quidem partium primæ structuræ ad universum opus benè aut malè complendum plurimum faciunt: verbi gratiâ ad domum ædificandam fundamenti jactus, ad navem struendam carinæ fabrica, ad exercendam concentionis & musicæ artem contentio vocis & remissio: sic Reipublicæ benè vel malè instituendæ familiarum constitutio, concordia, & convenientia magnoperè utilis est.

Περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένους, τάδε χρὴ πράττειν. καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεται. ἀλλὰ δεῖ γένεσθαι τινὰ

Quapropter qui de generatione cogitant, hæc agere opus est, ut generatim quodcunq; dissimile imperfectúmque est observent. Nam nec plantæ ipsæ, nec animalia, cùm adhuc imperfecta sunt, fœcunda sunt. quin potiùs requiritur, ut aliquo

χρόνον

χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τελειουμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίνωνται.

temporis ſpacio genita ſint antea, quàm fructum ferant, ut cùm robur & perfectionem aſſumpſerint corpora, ſemen & fructus producant.

Ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι (τὴν) ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ.

Ex quo fit, ut tam pueri, quàm puellæ virgines, in exercitationibus tolerantiíſque decoris alendi ſint: quibus is etiam adhibendus eſt cibus, qui laborioſæ, temperatæ, & toleranti vitæ ſit aptiſſimus.

Πολλὰ δὴ τῶν κατὰ ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα ἐστὶν ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, [24.] ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον, σπανίως χρῆσθαι. ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.

Multa ſanè exiſtunt hujuſmodi in vitâ humanâ, quæ melius eſt, ſi ſerò diſcantur. quare adoleſcens ad rerum venerearum uſum ità eſt agendus, ut ipſis ante XX. annum non fruatur: quas etiam cùm guſtaverit, rarenter exerceat. Quod ſanè erit, ſi bonum corporis habitum & continentiam res eſſe optimas & honore dignas cenſuerit.

[25.] Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ. καλὸν γὰρ ἐστὶ καὶ πρόσφορον τὸ ὡς πλεῖστα κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης.

Quin etiam hujuſmodi inſtitutorum diſciplina in terræ Græciæ civitates inducenda eſt, ne cum matre, filiâ ſorore nec in locis ſacris, nec in propatulis coëant. Nam præclarè & utiliter agetur, ſi huic actioni plurima adhibeantur impedimenta.

[24.] Ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν] *ut ante annos viginti rerum venerearum uſum non quærat.* in hanc ſententiam Cæſar libro VI. de bello Gallico, de Germaniæ moribus loquens, *Intra annum* (inquit) *XX. fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus.*

[25.] Plato lib. 5. de Rep. hæc Ocelli præcepta vidiſſe palàm oſtendit: qui tametſi plures enumeret cognationis gradus à quibus abſtinere nos oporteat, coitum tamen cum ſorore non videtur prohibere. verba Platonis hæc ſunt: Ὅταν δὲ δὴ οἶμαι αἵ τε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, φήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγίγνεσθαι ᾧ ἂν ἐθέλωσι πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων καὶ ταῖς ἄνω μητρός. καὶ τὰς γυναῖκας αὖ, πλὴν υἱεῖ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν τούτων εἰς τὸ κάτω καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω.

Καθόλου δὲ δεῖ περιαναιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γενέσεις, καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γινομένας. καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιΐα σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένη.

Δεῖ δὲ πάλιν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. πρώτη μὲν οὖν μεγίστη φυλακὴ πρὸς γένεσιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ, δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή· ὡς μήτε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθη, μήτε ἄλλῃ τῇ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρους (αἱ) αὐτῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται. μάλιστα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ τῆς καθεστηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνεται χαριέστατα, καὶ γενόμενα, καλῶς ἀνατρέφηται. [26.] οὔτε (δὲ) γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων [27.] ὡς δεῖ,

Tollendæ porrò sunt penitùs õnes illæ generationes, quæ præter naturam & contumeliosæ sunt. Contrà relinquẽdæ & servãdæ, quæ secũdũ naturam & temperanter efficiuntur, ut filii sobriè & legitimè geniti sint.

Opus est præterea ut qui liberorum procreationi operam dant, futuræ sobolis multò antè curam suscipiant. Ea porrò prima & potissima adhibebitur animadversio, si temperato & salubri utantur cibo, non ebrietate capiantur, nec quidpiam sumant, quod perturbationem afferat, ex quibus quidem rebus habitus corporis deteriores evadunt. illud verò omnium maximè curandum est, ut non nisi pacatâ & tranquillâ mente concumbant. nam cùm pravi & inconstantes, ac perturbati sunt corporis habitus, ex illis vitiosa semina solent prodire.

Ita quoque omni studio & intento animo eniti debent, ut sciti admodùm & elegantes nascantur liberi, & cùm orti susceptiq; fuerint, liberaliter educentur. iniquum est enim philippos quosdam, & philornithas, & philocynas, id est qui equos alunt, aut aves aut canes ad venandum, omni diligentiâ curare, ut belluas quemadmodum,

[26] Hoc eodem exemplo usus est Plato libro quinto de Rep. ubi nobis suadet ut in gignendis liberis eos imitemur, qui belluarum studiosi dant operam, ut ex optimis canibus, equis & avibus, optima oriatur proles. Platonis verba huic loco brevitatis causâ apponere nolui, cùm nimis multa sint, tum maximè quòd vulgò habeantur benè conversa.

[27.] Ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς] his verbis modos exprimit Ocellus, qui in generandis animalibus servandi sunt. Hos τὰς περιστάσεις appellant Græci, circumstantias Latinè reddunt. Tum Seneca in quæstionibus Naturalibus, tum etiam Quintilianus libro v. suarum institutionum. Similiter circumstantias quæ in dandis requiruntur pecuniis, secundo de Moribus libro Aristoteles sic enumerat: Καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι ῥᾴδιον, τὸ δὲ ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὥς, οὐκ ἐπὶ παντὸς, οὐδὲ ῥᾴδιον.

καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, ὅπως μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων· ἀλλὰ (καὶ) γεννᾶν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας.

[28.] Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα, πάσης κακίας καὶ φαυλότητος αἴτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

& ex quibus, & quo tempore oporteat, generent, & quonam modò affectæ sese admiscere & copulare debeant, ne vilis ac vulgaris nascatur soboles; homines verò nullam filiorum suorum curam suscipere, quin potiùs illos (ut sors tulit) procreare, &, cùm genuerint, ipsorum educationem institutionémque negligere.

Nam istæc si contemnantur, omnis improbitatis & nequitiæ causæ sunt, quippe quæ efficere soleant, ut qui orti fuerint, belluarum similes, viléſque ac degeneres evadant.

[28.] Huic libello nonnulla deesse arbitror, eâ adductus ratione, quòd Ocellus in fine hujus ultimi capitis (id quod fecerat in aliorum calce) quæ priùs explicuit, non recensuit.



OCELLI LUCANI DE LEGIBUS

Fragmentum ex Stobæo Egl. Phyſ. lib. 1. cap. 16.

Cum Verſione CAROLI EMMANUELIS VIZZANI.

Corporis, mundi, domûs, & civitatis natura nobili comparatione conſideratur.

Συνέχει γὰρ τὰ μὲν σκάνεα ζῶα, ταύτας δ' αἴτιον ψυχὰ, τὸν δὲ κόσμον ἁρμονία, ταύτας δ' αἴτιος ὁ θεός. τὼς δ' οἴκως καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιος νόμος. τὶς οὖν αἰτία καὶ φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόσθαι διὰ παντὸς, καὶ μηδέποτ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν, τὰς δὲ πόλιας καὶ τὼς οἴκως ὀλιγοχρονίως ἦμεν, ὧν γεννατὰ καὶ θνατὰ τὰν

Continet quidem corpora vita, hujus verò cauſa anima, mundum verò harmonia, hujus autem cauſa Deus; familias verò & civitates concordia, hujus autem cauſa lex. quæ igitur cauſa & natura mundum quidem ſemper aptè cohærere, & nunquam in ſtatum perturbatum declinare, civitates verò & familias brevis eſſe temporis: quorum genita, & mortalis

φύσιν

φύσιν ἐξ ἧς συνέστακεν ὕλας, τὰν αὐτὰν αἰτίαν ἔχει τᾶς διαλύσιος. συνέστη γὰρ ἐκ μεταβολίας καὶ ἀειπαθέος. ἡ γὰρ τῶν γενομένων ἀπογένεσις σωτηρία τᾶς γεννάτορος ὕλας. τὸ δὲ ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δ' ἀειπαθὲς κυβερνεῖται, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τᾷ δυνάμει, τὸ δὲ ὕστερον. καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ λόγον ἔχον καὶ ἔμφρον. τὸ δὲ γεννατὸν, καὶ ἄλογον, καὶ τὸ μεταβάλλον.

natura materiæ, ex quâ constituta sunt, ipsam habent causam dissolutionis, constant enim ex mutabili & semper passibili: eorum enim quæ genita sunt interitus, salus genitricis materiæ. quod verò semper movet, gubernat: quod semper patitur, gubernatur: & illud quidem potestate prius, hoc verò posterius; & illud quidem divinum, & rationem habens, & mentis particeps, hoc verò genitum, & rationis expers, & mutabile.

Nogarolæ



NOGAROLÆ COMITIS EPISTOLA AD *ADAMUM FUMANUM* Canonicum Veronenſem,

Super Viris illuſtribus genere Italis, qui Græcè ſcripſerunt.

CUm proximè Ocelli Lucani de Univerſitate libellum convertiſſem, Adame, tametſi non ignorabam id me non eſſe aſſecutum quod volebam; tamen ipſe mecum vehementer lætabar, quòd rudibus, & ignaris Græcæ linguæ hominibus nonnihil profuiſſem, tum maximè quia in eruendo è tenebris viro, qui ſuis commentariis Græcè ſcriptis Italiam plurimùm exornâſſet, operæ quidpiam & laboris conſumpſeram. De quo quidem plura (ſi poſſem) libenter ſcriberem, ſed quæ ad mores ejus, & vitam attinent, omnia temporis longinquitate obſcuravit oblivio. Illud tantùm inter omnes conſtat auctores, qui ejus meminerint, Ocellum genere fuiſſe Lucanum; ex quâ verò Lucaniæ civitate ortum habuerit, nullibi ſcriptum vidi. Nam Lucania Italiæ regio, quæ nunc Baſilicata, & Principatus nuncupatur, plurimis, & maximis urbibus ſemper floruit, & temporibus noſtris etiam floret, inter Thyrrenum,Siculúmque littus, (ut Strabo aſſerit) poſita, à Sylari fluvio uſque ad Laum extenſa, & à Metaponto ad Thurios continen-

tem verſùs, & à Samnitibus uſque ad Iſthmum, qui eſt à Thuriis ad Cherillos, porrecta, cujus quidem Iſthmi latitudo C C C ſunt ſtadia. In hanc Italiæ partem commigrârunt Ocelli majores, qui exules ſub Laomedonte Rege à Troiâ Myrram Lyciæ civitatem longè anteà (ut Platonis teſtimonio initio diximus) profecti ſunt. Aſpera quædam ferè tota, & montana Regio, ut qui eam viderunt, uno ore omnes renunciant. In hâc ergo Provinciâ natus eſt Ocellus, quamvìs ipſe non ſolus, verùm & complures alii, tum ibi, tum in aliis Italiæ locis, quorum ſcripti Græcè conſtant libri non ſine magnâ Italiæ noſtræ laude. Hos ego, cùm Italus ſim, & Italiæ honori mirificè faveam, idque non immeritò, colligere, & complecti breviter conſtitui, (omiſſis tamen illis omnibus, qui eandem Latinè tantùm ſcribentes illuſtrârunt) ut antiquus in literis Italiæ ſplendor, & dignitas, meâ etiam induſtriâ, pauliſper appareat.

Quamvìs igitur Arcades ſexaginta fermè annis ante bellum Trojanum duce Evandro primi in Italiam navigaverint, & Græcas literas cum inſtrumentis quibuſdam muſicis attulerint, Pythagoras tamen primus omnium (ſive Samius, ſive Thyrrenus, ut nonnulli opinantur, fuerit) poſt diuturnas, eaſdémque varias peregrinationes in eam tandem venit Italiæ partem, quæ Magna Græcia dicta eſt, illis quidem temporibus quibus L. Junius Brutus Romam dominatu Regio liberavit. Hic ſanctiſſimum Philoſophiæ nomen reperit, ad quem confluebant, ut cum eo vitam agerent diſciplinæ, & ſtudiorum causâ Lucani, Picentini, Meſſapii, Romani. Quo factum eſt ut ipſe veluti noſtrâs, aut Italiæ incola Italicam Philoſophiam, quemadmodum Ionicam Thales Mileſius inſtituerit. Unde poſteà in conſuetudinem ventum ſit, eandem Philoſophiam Italicam, & Pythagoream, eoſdémque Italicos, & Pythagoreos Philoſophos nuncupare. Quod ſanè & ſecundo de Cœlo, ubi agit de terrâ, & primo Meteor. cap. de ſtellis Crinitis perſpicuè demonſtrat Ariſtoteles. Hic enim, τῶν δὲ Ἰταλικῶν τινὲς καὶ καλουμένων Πυθαγορείων ἕνα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι τῶν πλανήτων ἄστρων· Illic verò, ἐναντίως οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν καλούμενοι Πυθαγόρειοι. Item & primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά· Μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία. τὰ μὲν πολλὰ τούτοις Πυθαγορείοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ ἴδια παρὰ τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν.

Quo autem tempore floruerit Pythagoras, Plinius noſter civis ſic prodidit libro ſecundo Naturalis Hiſtoriæ: *Veneris ſtellæ naturam Pythagoras Samius primus deprehendit Olympiade circiter* X L I I. *qui fuit annus noſtræ Urbis* C X L I I. Eundem tamen L X. Olympiade ætatem egiſſe Laertius: poſt verò quinquageſimam Pythagoram

thagoram in Italia docuiſſe, Dionyſius Halicarnaſſæus tradunt.

Ejuſdem Pythagoræ (ut teſtatur Lucianus, cujus verba anteà retuli) Ocellus Lucanus auditor fuit. Sed magnus Syrianus Eccelli librum de univerſi Naturâ, quem ego tamen eundem eſſe Ocellum exiſtimo, adducit in commentariis ſuis in XIII. Metaphyſ. volumen.

Archytas quoque Tarentinus (ut idem Lucianus aſſerit) audivit Pythagoram, ejuſque familiaris fuit, cujus una tantum extat ad Platonem Epiſtola, in quâ Ocelli meminit, atque ejuſdem libros quoſdam enumerat. Platonis verò ad Archytam tres, quarum unam ex Laërtio recitavi. Archytæ in geometriâ diſcipulus fuit Eudoxus Gnidius, quem etiam de Sapientiâ librum ſcripſiſſe nonnulli autumant, ac rerum univerſitatem decem Categoriarum numero fuiſſe complexum; quem poſteà hâc in re ſecutus ſit Ariſtoteles, auctor eſt Simplicius. Eſt autem Tarentum, unde Tarentinus ducitur, Calabriæ civitas, ad quam cognoſcendi Archytæ gratiâ Plato ſe contulit: ut quinto de Finibus, & primo Tuſculanarum autumat Cicero.

Timæus Locrus vir in Philoſophiâ clarus & nobilis noſtrâs fuit, dè quo Plato in ſuo ejuſdem nominis Dialogo: Τίμαιός τε γὰρ (inquit) ὅδε εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε, καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μεταχεχείρισται. φιλοσοφίαν δ' αὖ κατ' ἐμὴν δόξαν ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθεν. *Timæus quidem ex Locride Italiæ urbe optimis inſtitutâ legibus ortum habuit, nulli ſuorum civium nec divitiis nec nobilitate generis ſecundus: qui ut ibi maximos magiſtratus, & honores adeptus eſt, ſic (ut mea fert ſententia) ad ſummum totius philoſophiæ faſtigium pervenit.* Hic libellum de animâ Mundi, & naturâ compoſuit, unde multa ſumpſit Plato, & in Timæum ſuum tranſtulit, quem ego jam Latinum feci, & Marcello Cervino Cardinali optimo dicavi, qui poſt initum Pontificatum ſtatim moriens, magnum ſui Chriſtianæ Reip. deſiderium reliquit. Timæum ut cognoſceret, & audiret Plato, in Italiam profectus eſt, quamvìs utriuſque tempora Macrobio non videantur congruere.

Alcmæon Crotoniata Pythagoræ diſcipulus habitus eſt, cujus mentionem facit Ariſtoteles libro primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά· ὃν περὶ τρόπον ἔοικε καὶ Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης ὑπολαβεῖν, καὶ ἤτοι οὗτος παρ' ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι παρὰ τούτου παρέλαβεν τὸν λόγον τοῦτον· καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἔπι γέροντι Πυθαγόρᾳ. id eſt: *Quemadmodum viſus eſt ſentire Alcmæon Crotoniata, ſive quòd ipſe ab illis, ſive illi ab ipſo hanc rationem acceperint. Nam Alcmæon unà cum Pythagora jam ſane ætatem egit.* Hic (ut affirmat Cicero) Soli, Lunæ, & ſyderibus

ſideribus divinitatem dedit. Alcmæonis nomen reperitur frequens in libris Ariſtotelis, tum de hiſtoriâ, tum de ortu Animalium. An verò fuerit hic ille Alcmæon, qui capras ſpirare per aures, prodidit, atque ob id primo de Hiſtoria Animal. irriſus eſt, non ſatìs conſtat, cùm ibi nulla Alcmæonis patriæ fiat mentio. Illud curioſi ignorare nullo modo debent, hanc de caprarum ſpiritu opinionem Archelao, non Alcmæoni Plinium noſtrum tribuiſſe.

Parmenidem pariter fuiſſe Pythagoreum ex Elea Lucaniæ civitate auctor eſt Strabo libro 6. Geographiæ, quamvìs habitum Xenophanis diſcipulum primo τῶν μετὰ φυσικὰ Ariſtoteles afferat. Hujus nomine ſuum de Ideis dialogum inſcripſit Plato, in quo Parmenidem diſputantem fecit, & ita exprimit: Τὸν μὲν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτερον εἶναι (Σφόδρα πολιὸν, καλὸν δὲ, κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα. *Parmenidem admodùm ſenem, & valdè canum, & pulcherrimo aſpectu, quíque annum ferè quintum & ſexageſimum ageret.* Hunc ipſum, veluti qui omnia eſſe unum opinari viſus ſit, acriter vexat Ariſtoteles libro primo de Naturali Auditione, ubi Simplicius Eleatem nominat Parmenidem.

Ex eâdem Eleâ ortus eſt Zeno (ut ibidem affirmat Strabo) Parmenidis auditor, de quo ſic Plato in Parmenide: Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς τῶν τετταράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ, καὶ χαρίεντα ἰδεῖν καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ Παρμενίδου γεγονέναι. *Zenonem eo tempore annorum ferè quadraginta, procerâ ſtaturâ, & jucundo aſpectu, quem etiam fuiſſe Parmenidis delitias aiebant.* Hic, ut in Sophiſtâ ſcriptum reliquit Ariſtoteles, Dialecticæ inventor fuit, quam cùm à Rhetorica diſtingueret, hanc quidem palmæ, Dialecticam verò pugno ſimilem eſſe dicebat. Idem Eleæ mori in tormentis coactus eſt, cùm omnia perpeti maluiſſet, quàm conſcios delendæ Tyrannidis prodere.

Eleatem quoque fuiſſe Leucippum nonnulli (ut tradit Laërtius) ſunt opinati, ac Zenonem civem ſuum audiviſſe. Non deſunt tamen, qui eundem dicant fuiſſe Mileſium, ut primo Phyſicor. teſtatur Simplicius.

Extitit & alius Eleates & philoſophus, & orator nomine Alcidamas, quem à Platone appellatum fuiſſe Palamedem libro 11. ſuarum inſtitutionum Quintilianus aſſerit. Suidas tamen Alcidamanta fuiſſe Eleum, ab Eleâ Aſiæ civitate, non ab Eleâ, quæ eſt in Italiâ, dictum exiſtimat. Ita enim ſcribit: Ἀλκιδάμας ἀπὸ Ἐλέας τῆς Ἀσίας φιλόσοφος Διοκλέους υἱὸς μουσικὰ γεγραφότος, μαθητὴς τοῦ Γοργίου Λεοντίνου.

De Eleâ Lucaniæ urbe, à quâ Eleates deducitur, ſic Latinè loquens Strabo, ubi agit de Lucaniâ: *Alius item flectenti contiguus ſinus offertur, ubi urbs ab ædificatoribus Phocenſibus Hyela nominata eſt, cùm*

eam

eam quidam Helam à fonte quodam nominaverint. Noſtra verò ætas Eleam dicit, de quâ Parmenides, atque Zeno duxerunt originem Pythagoricæ ſectæ viri. Eam per illos prioribus annis legibus, & inſtitutis benè formatam fuiſſe arbitror. Hæc Strabo.

Claruerunt hi duo philoſophi Olympiade LXXXI. quo tempore Romani legatos Athenas miſerunt, qui inclytas leges Solonis deſcriberent, & aliarum Græciæ civitatum inſtituta, mores, juráque noſcerent, ex quibus poſteà XII. tabularum leges natæ ſunt.

Philolaus Crotoniata Pythagorâ uſus præceptore in philoſophiâ multùm profecit. Hic librum compoſuit, quem (ut ait Hermippus) emit Plato à Philolai ſanguineis argenti minis Alexandrinis XL. in Siciliam ad Dionyſium accedens, ex quo Timæum tranſcripſit. Quod quidem factum, Adame, ex Laërtio hilari animo, ac libenter excerpſi, & huic meæ ad te epiſtolæ inſerere volui, quòd illius commemoratio non parùm gloriæ, & laudis noſtræ Italiæ afferre videatur.

Fuit & alter Philolaus, & Euritus, ambo Pythagorei, non Crotoniatæ, ſed Tarentini, quorum Xenophilus Chalcidenſis Thracius; Planton, Echecrates, & Diocles, & Polymnaſtus omnes Phliaſii fuerunt auditores. De utroque Laërtius in vitâ Pythagoræ: Ipaſſus ſimiliter Pythagoreus ex Metaponto urbe in ſinu Tarentino poſitâ originem habuit, qui (ut Democriti teſtimonio Laërtius autumat) nullam prorſus ſcripſit literam: tametſi primo τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ariſtoteles dixerit Ipaſſi Metapontini opinionem fuiſſe ignem eſſe rerum omnium initium.

Aſto Crotoniata arcanum quendam compoſuit ſermonem, de quo Laërtius. Scripſiſſe item dicitur & alia multa, quæ tamen Pythagoræ tanquam auctori tributa ſunt.

Lyſis Tarentinus audivit Pythagoram, de quo ſcripſit ad Hipparchum. Ejus meminit Laërtius. Thebani Epaminondæ præceptor fuit.

Ex Crotone civitate ortus eſt quidam poeta nomine Orpheus, Piſiſtrato Tyranno familiaris, quem ſcripſiſſe Decaeteriam, Argonautica, & alia quædam libro 6. Grammaticorum Aſclepiades tradit. De eo ità Suidas, Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης, ἐποποιὸς, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ, Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν. δεκαετηρίαν, Ἀργοναυτικὰ, καὶ ἄλλα τινά.

Ex Tarento quoque originem duxit Heraclides medicus, qui (ut teſtatur Celſus) cum aliquibus non mediocribus viris ex ipsâ profeſſione ſe Empiricum appellavit. Hunc in libro de compoſitione medicamentorum per genera magnopere laudat Galenus; ut eum qui fide dignus ſit, & ſola ipſius experimentis probata commemoret. Eo in loco ejuſdem adducit libros u-

num

num ad Aſtiodamantem, & Antiochidem, alterum quem στρατιώτην, i. militem nuncupavit. Heraclidis item Tarentini ſympoſium citat Athenæus ubi (σίκυον Græcè, Latinè cucumerem vocat ἡδύγαιον, quod in dulci oriatur ſolo.

Extitit & Apollodorus Tarentinus de quo Plinius libro primo.

Annibalis res geſtas hiſtoriæ Græcæ mandavit Eumachius Neapolitanus, ut idem Athenæus auctor eſt.

Cleomenis Rhegini epiſtolam ad Alexandrum, & dithyrambos ejuſdem ex Meleagro inſcripta fabula refert Athenæus.

Illud quoque ad hanc rationem maximè pertinet, quod in libro de philoſophicâ hiſtoriâ ſcribit Galenus: (ſi modò illud opus Galeni legitimum eſt) duo fuiſſe philoſophorum genera, alterum Ionium, alterum Italicum. quorum, hujus quidem quod Crotone, & Tarento floruit, Pythagoras: illius verò, quod Eleæ Xenophanes Colophonius princeps fuit.

Exciterunt & duo legiſlatores celeberrimi, atque notiſſimi Zaleucus, & Charondas, quos in Italiâ fuiſſe à Pythagorâ inſtitutos affirmat Laërtius, in ejuſdem vita, cujus hæc ſunt verba: Ἄλλους τε καὶ Ἰταλίαν ἀπεργάσασθαι καλοὺς, καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ Ζάλευκον, καὶ Χαρώνδαν νομοθέτας. Horum autem duorum Zaleuci quidem patriam reticuit Ariſtoteles, eundem tamen Locrenſibus qui ad occidentem vergunt tuliſſe leges aſſeruit. Charondam verò ex Catanâ Siciliæ civitate ortum ſuis leges ſcripſiſſe civibus. Sic enim ille ait libro Politicorum Secundo: Νομοθέται δ' ἐγένοντο Ζάλευκος Λοκροῖς τοῖς ἐπὶ Ζεφυρίοις, καὶ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὐτοῦ πολίταις, καὶ ταῖς ἄλλαις Χαλκιδικαῖς πόλεσι ταῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Sed non parùm me torquet, quod 6. Valerii Max. libro legatur Zaleucum quidem Locrum, ſed Charondã fuiſſe Tyrium. Cui dubitationi ſatisfacere me poſſe planè diffido; cùm Valerius ab Ariſtotele (ſi uterque de eodem loquatur Charonda) nimis apertè diſſentiat. Niſi dixerim aut mendum occupâſſe Valerii codicem, aut duos Charondas extitiſſe. At Plato libro 10. de legibus, Charondam neque Italum neque Siculum fuiſſe dicit, laudari tamen, atque extolli, quòd ambobus illis populis leges dederit: nam ſic ſcribit; Χαρώνδαν μὲν γὰρ Ἰταλία, καὶ Σικελία, καὶ ἡμεῖς Σόλωνα· σὲ δὲ τίς ἕξει τινὰ εἰπεῖν; id eſt, *nam Charondam Italia, & Sicilia, nos Solonem: te verò quemnam quis eſſe dixerit?* Prætereà Zaleucum legibus inſtituiſſe non Locros (ut Ariſtoteles, & Cicero) ſed Thurios Italiæ populos his verbis prodidit Athenæus Dipnoſoph. libro 11. Καὶ τοὶ ἔδει καθάπερ τὸν Λυκοῦργον τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τὸν Σόλωνα τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὸν Ζάλευκον

τοὺς

τοὺς Θουρίους καὶ αὐτὸν, εἴπερ ἦσαν χρήσιμοι νόμοι, πεῖσαι τινὰς τῶν Ἑλλήνων αὐτοῖς χρήσασθαι. Atqui opus erat quemadmodum Lacedæmoniis Lycurgus, Solon Athenienſibus, & Zaleucus Thuriis ſi utiles erant leges, perſuaſiſſet quibuſdam Græcis, ut eas ſervarent. Huic quoque loco illud addi poſſit Ciceronis libro de Legibus depromptum, Platonem, Zaleucum, & Charondam legiſlatores imitatum, quòd legis putavit eſſe perſuadere aliquid, non omnia vi, aut minis cogere.

Diocles Peripathius primus ab urbe conditâ Græcam confecit hiſtoriam, quem ut in Romulo teſtatur Plutarchus, imitatus eſt.

Fabius Pictor, ſcriptorum (ut ait Livius) antiquiſſimus, cujus Annales à Cicerone & Plinio commemorantur ſæpius. Hunc Græcè ſcripſiſſe, quamvìs Romanus vir, ex Ciceronis verbis, quæ poſita ſunt lib. primo de Divinatione ſatìs apparet. *Sunt* (inquit) *& hæc ut dixi ſomnia fabularum, híſque adjungatur etiam Æneæ ſomnium, quod in numerum Fabii Pictoris Græcis Annalibus ejuſmodi eſt, ut omnia quæ ab Ænea geſta ſunt, quæque illi acciderunt, ea fuerint, quæ ei ſecundùm quietem viſa ſunt.* Hæc Cicero. Hoc idem aſſerit Dionyſius Halicarnaſſeus libro ſuæ hiſtoriæ primo, ſic Latinè loquens; Nec abſimiles hiſtorias ediderunt quotquot Romani homines urbis ſuæ res antiquas Græco ſermone ſcripſerunt, quorum vetuſtiſſimi Quintus Fabius, & L. Cintius, ambo æquales bellis Punicis. Horum uterque ea quibus ipſe interfuit, ut probè ſibi cognita, diligenter mandavit literis. Verùm Quintum Fabium, cujus meminit Halicarnaſſeus, non poſſe alium eſſe, quàm Pictorem ex eo conſtat, quòd illum paulò pòſt adducit, & Pictorem nominat; tum etiam quòd ipſe poſt Cannenſem pugnam, ut affirmat Livius, Delphos ad oraculum miſſus eſt ſcitatum, quibus precibus ſupplices Deos poſſent placare, & quænam futura finis tantis cladibus foret. Perſpicuum igitur eſt Fabium Pictorem Græcè ſcripſiſſe. Viget tamen libellus Latinus de aureo ſeculo, qui eidem aſcribitur Pictori, in duas diſtributus partes. Referuntur etiam ab A. Gellio nonnulla Latina ejuſdem Fabii loca. Quo factum eſt, ut aliqui noſtrates fuerint ſuſpicati duos fuiſſe Fabios Pictores, quorum alter Græco, alter Latino ſermone in ſcribendo uſus ſit. Crediderim ego potiùs unum tantùm ejus cognominis Fabium, qui utrâque linguâ & loqui, & ſcribere probè noverit, juris, & omnis antiquitatis peritiſſimus. Nam uni tantùm vulgatum eſt nobiliſſimo viro ſummæ laudi datum fuiſſe; quòd ædem ſalutis, (ut autumat Plinius) pinxerit, atque inde nomen Pictoris habuerit anno urbis CCCCL. quæ pictura duravit uſque ad Claudii principatum æde exuſtâ.

Plinius ſimiliter civis noſter Italos enumerans auctores, per quos in contexendis naturalis hiſtoriæ libris ipſe profecerat, L. Aruncium de

de Astris, Sextium Nigrum, & Iulium Bassum de Medicinis Græcè scripsisse prodidit.

C. Alcidius Græcam scripsit historiam, ut tertio Officiorum testatur Cicero, cujus etiam Plutarchus meminit in Romulo.

Scripsit postea Cicero Græca sui consulatûs commentaria, ut ipsemet fatetur lib. Epistolarum secundo ad Atticum, quem ferunt etiam Græcam extempore habuisse orationem, quam admiratus Apollonius Alabandensis Molonis filius, Ciceronis Cæsarísque præceptor exclamâsse dicitur se Græcorum fortunæ misereri, quòd eloquentiæ ornamenta, quæ eis sola relicta essent, homo Romanus sibi vendicaret.

Scripserunt & alii Romani cives eâdem linguâ, ut Africanus Scipio, & T. Graccus P. F. cujus oratio Græca temporibus Ciceronis erat apud Rhodios.

Præterea & A. Albinus Græcam composuit historiam, vir literatus & disertus, qui cum L. Lucullo consul fuit.

Extant etiam nonnulla (ut in libris Digestorum satìs apparet) veterum Jurisconsultorum responsa, præsertim Herennii Modestini & Imperatorum rescripta, quæ Græco sermone fuerunt edita.

Verùm quoniam Sicilia Italiæ conjuncta quondam fuit, & una ejus habebatur pars, idcirco Siculos eosdem, quos Italos esse censendum est: nam & ejusdem vernaculæ linguæ commercio, & morum similitudine maximè conveniunt. Quapropter si hujus insulæ homines in literarum studiis eximios, qui Græcè aliquando scripserint, Italis nostris admisceam, profectò rem me facturum arbitror, quâ quidem augeri Italiæ dignitatem omnes intelligant.

Atque ut ab Empedocle incipiam: Hic fuit Agrigentinus ex Agrigento, sive Agraga (utroque enim modo dicitur,) nobilissimâ Siciliæ civitate. Idem (ut ait Cicero) poëta, & physicus, sed physicus potiùs quàm poëta Aristotelis judicio nuncupandus, quem fuisse Pythagoræ discipulum in sua historia Timæus prodidit, quamvìs alii dicant Parmenidis, & ab eo mirificè adamatum. Hujus complura apud Aristotelem leguntur carmina, quem invenisse artem Rhetoricam, referente Laërtio, Aristoteles in Sophista scriptum reliquit. Lustrâsse autem terrarum orbem, ut magiam disceret, tradit noster Plinius, de cujus morte Horatius in Poetica.

Excelluerunt quoque duo summi oratores genere Siculi, Corax, & Tisias, qui artem dicendi & ejus præcepta primi conscripserunt. Hanc autem rem ab Aristotele literis commissam in Bruto repetit Cicero. Plato in Phædro Tisiam, & Gogriam simul nominat. De eisdem Quintilianus libro tertio, *Artium* (inquit) *scriptores antiquissimi Corax, & Tisias, quos insecutus est vir ejusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, discipulus.*

Numeratur inter Siculos doctri-

nâ præditos Nicetas, vel (ut ipſum appellat Laërtius) Icetas patriâ Syracuſanus, quem quidem primum putâſſe terram immobili manente cœlo in orbem ferti nonnulli tradiderunt. De hoc ità in Academ. Cicero: *Nicetas Syracuſius (ut ait Theophraſtus) Cœlum, Solem, Lunam, Stellas, ſuperáque omnia ſtare cenſet: atque præter terram rem nullam moveri, quæ circa axem ſe ſummâ celeritate convertat, & torqueat, eadémque effici omnia, quæ ſi ſtante terrâ moverentur.* Atque hoc etiam Platonem dixiſſe, ſed paulò obſcuriùs.

Syracuſanus pariter fuit Monimus Diogenis diſcipulus; cujus (ut teſtatur Laërtius) meminit Menander.

Fuit item Nymphodorus Syracuſanus, quem περὶ τῆς τῆς Ἀσίας περίπλων, καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ θαυμαζομένων ſcripſiſſe Athenæus prodidit. Idem Athenæus Alcimi Siculi adducit librum, qui inſcriptus eſt Italicus.

Extitit etiam Siculus Andreas Panormita, qui, auctore Athenæo, Σικελικὰ τὰ κατὰ πόλιν monumentis mandavit. An verò hic fuerit Andreas ille Medicus, cujus toties & Celſus, & Plinius, & Galenus, mentionem faciunt, incertum apud me eſt.

Siciliam quoque inſulam maximè illuſtravit Diodorus natus in Agyra urbe: cujus autoritate utitur Athenæus, tum ex libro ad Lycophronem, tum ex Italicis linguis, & ex Bibliotheca quæ eſt Romana hiſtoria. Floruit Cæſaris Auguſti temporibus.

Philiſtus item Syracuſanus fuit, qui in conſcribenda hiſtoria ocium conſumpſit, Thucydidem maximè (ut ſecundo de Oratore Cicero opinatur) imitatus, cujus etiam meminerunt Dionyſius Halicarnaſſeus, & Plutarchus. Ejuſdem libros enumerat Suidas.

Extitere duo Heraclidæ patriâ Syracuſani, quorum uterque (Athenæus refert) περὶ τῆς ὀψαρτυτικῶν, ſed alter etiam περὶ τῶν θεσμῶν pertractârunt.

Habitus eſt etiam Siculus quidam poëta nomine Orpheus ex oppido Camerino, cujus dicunt eſſe ad inferos deſcenſum, de quo ità Suidas: Ὀρφεὺς Καμαριναῖος, ἐποποιός, οὗ φασὶν εἶναι τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν.

Ex urbe Syracuſana originem duxit etiam Theocritus poëta ille, quem in Bucolicis ſecutus eſt Virgilius, longo tamen intervallo. Non deſunt qui dicant eundem fuiſſe Coüm, atque ex Coo Syracuſas commigrâſſe.

Syracuſis pariter ortus eſt Archimedes mathematicus: de cujus ingenio, & morte Livius, Plinius, & Plutarchus, item de ejus ſepulcro libro quinto Tuſcul. Cicero.

De alio poëta Syracuſano Theoridâ nomine, ſic lib. ult. Dipnoſoph. ſcribit Athenæus: Θεοδωρίδας γοῦν ὁ Συρακούσιος ἐν Κενταύροις διθυράμβῳ φησὶ, πίσσα ἣ ὑπὸ τερέβιαν ἔσταξεν. hoc eſt, itaque Syracuſius Theodoridas in Centauris hoc utitur dithyrambo: *Pix ſub querno ligno ſtillabat.*

Præte-

Præterea Theognis Poëta Elegus patriam habuit Megaram Siciliæ civitatem, de quo Plato lib. 1. de Legibus: Ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς ἔχομεν μάρτυρα Θέογνιν πολίτην τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ Μεγαρέων. Idem in Memnone, & Ariſtot. lib. 9. de Morib. Athen. quoque lib. 6. ὡς καὶ ὁ Μεγαρεὺς Θέογνις ἐν ταῖς ἐλεγείαις, quarum multæ nunc habentur vulgó.

Ex Leontio ſimiliter Siciliæ urbe ortus eſt Gorgias orator præſtantiſſimus, Iſocratis doctor, & diſcipulus Empedoclis, ut in Catone Majore affirmat Cicero. Qui de eodem pluribus aliis in locis, ſed potiſſimùm in Oratore, ubi Gorgiam dicit fuiſſe λογοδαίδαλον, ſumpto illo ex Phædro Platonis vocabulo, quod ſanè libro tertio, Plato quoque qui Gorgiæ nomine ſuum de Rhetorica dialogum inſcripſit, in Apologia & in Memnone ejuſdem meminit, quem hominum primum auream ſtatuam, & ſolidam Delphis in templo ſibi poſuiſſe LXX. circiter Olympiade, noſter teſtatur Plinius.

Extitit & alius Timæus natione Siculus, à quo ſe adjutum fuiſſe in Naturali Hiſtoriâ fatetur Plinius primo libro. De eodem plerunque Dionyſius Halicarnaſſeus.

Ortum item habuit ex Meſſanâ Siciliæ civitate Euhemerus antiquus auctor, qui (ut ſcribit Lactantius) res geſtas Jovis, & cæterorum, qui putantur Dii, collegit, hiſtoriámque contexuit ex titulis, & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur, maximéque in fano Jovis triphylii, ubi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Jove titulus indicat, in qua columna geſta ſua perſcripſit, ut monumenta eſſent poſteris rerum ſuarum. Hunc Euhemerum interpretatus & ſecutus eſt præter cæteros Ennius, ut primo de Natura Deorum teſtatur Cicero. De hoc eodem alii Latini ſcriptores, ut Varro, & Auguſtinus, & Servius meminerunt. Ex Græcis Sextus Empiricus, & Theodoritus Thirenſis, qui quòd ipſe veram de Diis ſcripſerit hiſtoriam, eorum mortes & ſepulturas demonſtrando, ἄθεον καὶ γέροντα ἀλάζονα nuncupârunt.

Poſtremò Siculus etiam fuit Epicharmus, civis Syracuſanus, poeta Comicus, ut in Theage exiſtimat Plato, de quo Cicero primo Tuſcul. & tertio Epiſtolarum ad Q. Fratrem. Epicharmi ἐποικοδόμησιν, id eſt exaggerationem (ut vertit Gaza, quamvìs Soritem, & Acervalem interpretari poſſumus, quod eſt argumentandi genus) Ariſtoteles commemorat, & primo lib. de Ortu Animal. & primo Rhetoric. De hoc eodem Laërtius in Platonis vitâ. Citat Athenæus complures Epicharmi libros.

Illud ſilentio non prætereundum, quod ad noſtrum inſtitutum attinere videtur, Herodotum Halicarnaſſeum, quamvìs tam in Aſia ſua quàm in terra Græcia plura quidem opportuna & commoda reperirentur loca, in quibus

 ſuam

ſuam potuiſſet hiſtoriam contexere, Thurios tamen Italiæ oppidum inter Cratim & Sybarim (ut noſter ait Plinius) ſibi elegiſſe, ubi confecto divino opere patris hiſtoriæ nomen vindicaret. Quandoquidem non ignorabat eam eſſe Italiæ naturam, (ſive id cœli temperatione proveniat, ſive quòd hoc proprium ei munus dederit Deus:) ut non modò acuta & perſpicacia ſemper gignat ingenia, verùm & quæ ex aliis Europæ regionibus ad ſeipſam accedant incolendam, ea & magis eximia atque præſtantia reddere ſoleat.

Id denique libet adjungere, Flavium Philoſtratum duos nominare Sophiſtas genere Italos, Ælianum Romanum, & Aſpaſium Ravennatem, qui ſua animi ſenſa literis mandantes, Græcâ oratione uſi ſunt.

At Galli fortè linguam Græcam ſuam quoque eſſe contendant propterea quòd Maſſiliæ jam Græca ſtudia & literæ viguerint. Quaſi verò Gallia tantam hominum copiã qui Græcè ſcripſerint, artes & diſciplinas invenerint, à quibus ſummi Græciæ viri multa accipere, & docere non erubuerint, quantam Italia in medium poſſit afferre Vix unum habuit eundémque Sophiſtam (ut Philoſtratus aſſerit) Phavorinum, cujus toties mentionem facit Gellius, qui ortus Arelate, quæ eſt Galliæ Narbonenſis civitas, Cæſarum Trajani & Adriani temporibus illuſtri laude celebratus eſt. De quo ſic Flavius Philoſtratus in libris Sophiſtarum: τὸν Φαβοεῖνον τὸν φιλόσοφον ἡ εὐγλωττία ἐν τοῖς σοφισταῖς ἐκήρυττεν. ἦν μὲν γὰρ τῶν ἑσπερίων Γαλατῶν οὗτος Ἀρελάτου πόλεως ἣ ἐπὶ Ῥοδανῷ ᾤκισται.

Hos tibi clariſſimos viros, Adame, quorum monumentis in magno honore jam habita eſt & nunc habetur Italia, hâc meâ ad te epiſtolâ enumerare volui, ut ſi quando Germanis, Hiſpanis, Gallis, legere hæc noſtra, contigerit; ii (tametſi noſtris temporibus magnos in literis feciſſe progreſſus ſibi ipſis viſi ſunt) ſeſe tamen jactare & gloriari paulùm deſinant, & nos Italos præ ſe nolint contemnere. Tot enim, & tam multos eruditos viros omnibus ſæculis tulit, ac nunc etiam fert continenter Italia, ut Europa univerſa ad omnem animi excellentiam Italiæ ope & auxilio egere videatur.

Quapropter non poſſum complures noſtræ ætatis præſtantiſſimos homines eoſdémque Italos non incuſare, qui cùm Græcam & Latinam habeamus linguam, quæ quidem noſtræ propriæque ſunt, iis tamen poſthabitis in Etruſco ſermone totam ætatem inutiliter conterunt: nec illis venit in mentem, hunc ipſum fuiſſe tunc exortum, cùm in Italiam infuſa peregrinitas Latini ſermonis dignitatem & decorẽ corrupit depravavítque. in qua quidem verborum colluvie tres excelluêre noſtrates viri, Danthes, Petrarcha, & Boccatius, non, meo tamen judicio, tam abſoluti atque perfecti ut non aliquid eis vitio verti poſſit. Nam à Danthe poſtulari verba

verba magìs ſplendida, & ornata: In Petrarcha res & ſententias verbis ſubjectas requiri: Majorem in Boccatio deſiderari prudentiam ſatìs apparet. Sed non eſt noſtros hîc reprehendendi locus.

Reſtat igitur, mi Adame, ut quando noſtra Italia meritò utriuſque linguæ parens atque altrix dici poteſt, in eis & loquendo & ſcribendo continenter verſemur; Etruſcum verò ſermonem effugiamus tanquam ſcopulum, atque ex doctorum hominum conventibus explodamus, nec eo nobis ullo modo uti liceat, niſi cùm agere cum imperitorum vulgo neceſſe fuerit. Quod ſanè ſi facere neglexerimus, vereor equidem nè noſtra Italia, quæ nunc in augendâ & honeſtandâ Thuſcâ linguâ magìs quàm par ſit, occupata eſt, fœdâ & intolerandâ barbarie omnes Europæ nationes tandem ſit ſuperatura. Vale.

FINIS.

ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ
ΤΙΜΑΙΟΣ ΛΟΚΡΟΣ

περὶ Ψυχᾶς κόσμω, καὶ φύσιος.

PLATONIS
TIMÆUS LOCRUS
De Anima Mundi,

Id est NATURA.



CANTABRIGIÆ:
Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,
Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

DE
TIMÆO LOCRO
Veterum Testimonia.

PLATO in TIMÆO.

Τίμαιός τε γὰρ ὅδε εὐνομωτάτης ὢν πόλεως τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται, φιλοσοφίας δ' αὖ, κατ' ἐμὴν δόξαν, ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθε. *Nam & Timæus hic cùm esset è Locris civitate in Italia optimis legibus fundatâ, neque quoquam civium aut divitiis aut genere inferior, summos in ea civitate & honores & Magistratus gessit, &, ut ego arbitror, ad summum in omni Philosophiâ fastigium pervenit.* Et paulo post, Ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μὲν, ἅτε ἀστρονομικώτατον ἡμῶν, καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶντα δ' εἰς ἀνθρώπων φύσιν. *Visum est enim nobis, ut Timæus, utpote Astronomiæ maximè peritus, & qui in scientia naturæ Universi potissimùm operam collocavit, primas dicendi partes sustineret, ab ipsa mundi generatione incipiens, & in hominum procreatione finiens.*

Cicero Libro 5. de Finibus.

CUr Plato Ægyptum peragravit, ut à sacerdotibus barbaris numeros & cœlestia acciperet? cur pòst Tarentum ad Archytam? cur ad cæteros Pythagoreos, Echecratem, Timæum, Acrionem Locros, ut cùm Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eáque quæ Socrates repudiabat, addisceret? Et lib. 1. Tuscul. Quæstionum, *Platonem ferunt ut Pythagoreos cognosceret in Italiam venisse, & in ea cùm alios multos tum Archytam, Timæúmque cognovisse, & didicisse Pythagorea omnia.*

Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 5°.

TΊμαιος ὁ Λοκρὸς ἐν τῷ φυσικῷ συγγράμματι κατὰ λέξιν ὧδέ μοι μαρτυρήσει. Μία ἀρχὰ πάντων ἐστὶν ἀγένητος· εἰ γὰρ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχὰ, ἀλλ᾽ ἐκεῖνα ἐξ ἇς ἁ ἀρχὰ ἐγένετο. *Timæus Locrus in Libro de Natura bis verbis mihi feret testimonium.* Unum principium omnium est infectum. Si enim esset factum, non esset utique amplius principium, sed illud ex quo factum est principium; vel, ex quo tanquam principio factum est; legitur enim ἐξ ἇς ἀρχᾶς ἐγένετο, apud Theodoretum, qui eundem locum citat, sermone 2° de Principio.

Vide S. Hieron. adv. Ruffinum, ubi eadem ferè habes.

IAmblichus in Nicomachi Arithmeticâ, de Musica proportione agens. Εὑρίσκονται γοῦν πολλοὶ τῶν Πυθαγορείων αὐτῇ κεχρημένοι, ὥσπερ Ἀρισταῖος ὁ Κροτωνιάτης, καὶ Τίμαιος ὁ Λοκρός. *Quare multi Pythagorei inveniuntur qui illà sunt usi, ut Aristæus Crotoniates, & Timæus Locrus, &c.* Et rursus agens de proportione Geometricâ.

Τίμαιος

Τίμαιός τ' οὖν ὁ Λοκρός, ἐν τῷ περὶ φύσεως κόσμου καὶ ψυχᾶς, (ἀφ' οὗπερ ἐφοδιασθέντα Πλάτωνα τὸν διὰ τοῦτο φερώνυμον Τίμαιον συντάξαι λέγουσιν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς Σίλλους ποιήσας Τίμων λέγων οὕτως,

Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξατο βίβλον
Ἔνθεν ἀφορμηθεὶς Τιμαιογραφεῖν ἐπεχείρει.)

οὕτω πώς φησι. τριῶν γὰρ ὄντινων οὖν ὅρων ὅταν καὶ τὰ διαστάματα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐστάθη ποτ' ἄλλα (l. ἄλλαλα) τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῷ δίκας ὁρήμεθα ποτὶ τὸ πρῶτον, ὅπερ τὸ τρίτον ποτ' αὐτό, κἀν πάλιν, καὶ παραλλάξ. *Quare Timæus Locrus in Libro de Natura mundi atq; Animâ (ex quo instructum Platonem Timæum cognominem composuisse ferunt nonnulli, inter quos etiam est Timon Sillographus, ità scribens,*

Magno nummorum numero parvum emit librum,
Unde materiam nactus aggressus est Timæum scribere.)

ità loquitur. (secundum interpretationem editam) Cùm enim tres quidam existant termini, & intervalla quoque eâdem ratione inter se distent, tunc videlicet medium radii instar videmus ad primum esse, quod tertium est ad ipsum, & contrariâ vice, commutatísque intervallis.

Syriani Testimonium vide ad Ocellum.

Proclus Diadochus in Commentario in Timæum Platonis.

ΚΑΙ γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Τιμαίου γράμμα περὶ φύσεως τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον διατάττεται. ἔνθεν ἀφορμηθεὶς ὁ Πλάτων Τιμαιογραφεῖν ἐπιχειρεῖ, κατὰ τὸν Σιλλογράφον. ὃ καὶ προὐταξάμεθα τῶν ὑπομνημάτων, ἵν' ἔχοιμεν γινώσκειν τίνα μὲν ὁ Πλάτωνος Τίμαιος λέγει

λέγει ταυτὰ ἐκείνῳ, τίνα δὲ προσέθηκε, τίνα δὲ καὶ διάφωνα. *Etenim Liber Timæi Pythagorei de Natura Pythagorico more disponitur.* Unde materiam nactus Plato Timæum scribere aggressus est, *secundùm Sillographum. Quem librum etiam Commentariis nostris præfiximus, ut noscere possimus quænam Platonis Timæus tradit illi consentanea, quænam addidit, quænam etiam dissentanea.* Hunc igitur Librum ab ipso conservatum, & à nobis editum in Commentariis sæpe citat Proclus, quem nunc περὶ φύσεως indigitat, nunc περὶ παντός.

Damascius περὶ ἀρχῶν MS.

Χρόνος ἅμα τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν Τίμαιον, Tempus simul cum cœlo factum est, juxta Timæum. & alibi, αἰωνίων [l. αἰώνων] εἰκόνα τὸν χρόνον ὁ Τίμαιος πεποίηκε, sæculorum imaginem Timæus fecit tempus, & alibi, sæpe.

Æneas Gazæus in Theophrasto.

Ὁ Δὲ δὴ Πλάτων τὸν Τίμαιον ἐπιδεικνὺς, Plato Timæum explicans.

Suidas in Lexico.

Τίμαιος Λοκρὸς, Φιλόσοφος Πυθαγόρειος, μαθηματικὰ, περὶ φύσεως, περὶ τοῦ Πυθαγόρου βίου. *Timæus Locrus, Philosophus Pythagoreus, Mathematica, de Natura, de Vita Pythagoræ.*

ΤΙΜΑΙ'Ω ΤΩ͂ ΛΟΚΡΩ͂ ΠΕΡΙ' ΨΥΧΑ͂Σ ΚΟ'ΣΜΩ, Καὶ Φύσιος.

TIMAEI LOCRI DE ANIMA MUNDI, Id est Natura.

ARGUMENTUM.

VERE` aureus libellus, & purioris priſcorum philoſophorum doctrinæ pulcherrimum μνημόσυνον, ſuperioris verò diſputationis à Platone copioſè de Natura perſcriptæ verum autographum: cui fuſiùs & dilucidiùs nimirum explicando commentarii vice illa adhibita eſt. unde nomen etiam autoris retinuit Platonis candor. Nos, nè actum agamus, ſummis tantùm capitibus notatis, hæc autographi verba ad commentarium revocabimus. nam & libri ſubjectum & ipſa οἰκονομία planè cum illo conſentiunt. illic latior & magnificentior via, hìc ejuſdem doctrinæ certa & perſpicua animadvertuntur veſtigia. Hoc tamen notandum, Platonem, ad doctrinam amplificandam, fœda quædam commenta ex Ægyptiorum ſcholis putidâ quâdam diligentiâ illuc congeſſiſſe, quæ commodiùs & modeſtiùs hìc notantur à Timæo: veluti ſunt nugæ περὶ μεταφύσεως, in quibus ſanè nimius eſt Plato. hìc notantur quidem, ſed


ſed ità ut & confictæ dicantur, & ξέναι τιμωρίαι appellentur, quibus minimè ſit fides adhibenda: eas tamen neceſſariò dici, ut tam horribili pœnarum denuntiatione homines à ſceleribus abſterreantur. Fuit autem hic Timæus Locrus, Pythagoreus philoſophus, purioris philoſophiæ, ut apparet, peritiſſimus: ut non immeritò eum quaſi archetypum in phyſicis rebus explicandis ſibi propoſuerit Plato. Quo tempore vixerit, dubitatur. quidam Platone antiquiorem, quidam ei σύγχρονον fuiſſe arbitrantur.

AXIOMATA & THEOREMATA petantur quoque ex ſuperiori diſputatione.



ΤΙ'ΜΑΙΟΣ ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα· δύο αἰτίας εἶμεν τῶν συμπάντων· νόον μὲν, τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων· ἀνάγκαν δὲ, τῶν βίᾳ κατὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων. τουτέων δὲ, τὸν μὲν, τᾶς *τἀγαθῶ φύσιος εἶμεν, θεόν τε ὀνυμαίνεσθαι, ἀρχάν τε τῶν ἀρίστων· τὰ δ' ἑπόμενά τε καὶ συναίτια, εἰς ἀνάγκαν ἀνάγεσθαι. τὰ δὲ ξύμπαντα, ἰδέαν, ὕλαν, αἰσθητόν τε, οἷον ἔκγονον τουτέων. καὶ τὸ μὲν, εἶμεν ἀγένατόν τε καὶ ἀκίνατον, καὶ μένον τε, καὶ τᾶς ταυτῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γινομένων, ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐντί. τοιοῦτον γὰρ τι τὰν ἰδέαν λέγεσθαί τε

Legitur etiam τἀγαθῶν.



TIMÆUS Locrus hæc dixit, Duas eſſe rerum omnium cauſas: Mentem quidem, earum quæ ratione quâdam naſcuntur, & Neceſſitatem earum quæ exiſtunt vi quâdam, ſecundum corporum potentias & facultates. Harum rerum, id eſt Naturæ bonorum, optimum eſſe quoddam rerum optimarum principium, & Deum vocari: ea verò quæ conſequuntur & tanquam adjuvantes cauſæ accedunt, ad Neceſſitatem reduci. [1.] omnia enim eſſe Ideam, Materiam, Senſile, veluti illarum fœtum. & hanc quidem eſſe ingenitam & immobilem. Eſſe præterea in hac naturæ univerſitate quiddam quod maneat, & intelligibile ſit, rerum genitarum, quæ quidem in perpetuo quodã mutationum fluxu verſãtur, exemplar. hujuſmodi nimirũ in his rerum ſingularũ viciſſitudinibus conſtans & perpetuũ exemplar, Ideã dici

[1.] De principiis rerum naturalium, Materiâ & Formâ. Harum naturalium cauſarum Deus eſt ſumma & princeps cauſa, ἀρχὰ τῶν ἀρίστων, ἀρχαγὸς πάντων, δαμιουργὸς τῶ βελτίονος. Ità Deus univerſi opifex agnoſcitur. Vide in Tim. Plat. pag. xxviii, uſque ad xxx.

[2.] Rerum naturalium mirabilis οἰκονομία· Forma, Materia, Senſile. Formæ & Materiæ in mente Dei, vis & ἐνέργεια· unde res creatæ prodeunt veluti fœtus, Opificis decreto. à pag. xlviii, uſque ad liii.

καὶ

καὶ νοεῖσθαι. τὰν δ' ὕλαν, ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν εἶμεν τᾶς τρίτας ὠσίας. δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν, ἀποτελεῖν * πάντα τὰ γεννάματα. ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἀΐδιον μὲν ἔφα, οὐ μὰν ἀκίνατον· ἄμορφον δὲ καθ' αὑτὰν καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν. τὰν δὲ περὶ τὰ σώματα, μεριστὰν εἶμεν, καὶ τᾶς θατέρω φύσιος. ποταγορεύοντι δὲ τὰν ὕλαν, τόπον καὶ χώραν. δύο ὦν αἵδε ἀρχαὶ ἐναντίαι. ἂν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄρρενός τε καὶ πατρός· ἁ δ' ὕλα, θήλεός τε καὶ ματέρος. τρίτα δὲ εἶμεν, τὰ ἐκ τούτων ἔκγονα. τρία δὲ ὄντα, τρισὶ γνωρίζεσθαι· τὰν μὲν ἰδέαν, νόῳ κατ' ἐπιστάμαν· τὰν δ' ὕλαν, λογισμῷ νόθῳ· τῷ μήπω κατ' εὐθυωρίαν νοεῖσθαι, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν. τὰ δ' ἀπογεννάματα, αἰσθήσει καὶ δόξᾳ. πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἤστην ἰδέα τε καὶ ὕλα, καὶ ὁ θεὸς δαμιουργὸς τῶ βελτίονος. ἐπεὶ δὲ τὸ πρεσβύτερον κάρρον ἐστὶ τῶ νεωτέρω, καὶ τὸ τεταγμένον πρὸ τῶ ἀτάκτω, ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς, ὁρῶν τε τὰν ὕλαν δεχομέναν τὰν ἰδέαν καὶ ἀλλοιουμέναν, παντοίως μὲν,

Legitur etiam τάδε τὰ γεννάματα. Paulo post. ἀμορφωτον, pro ἄμορφον.

& mente comprehendi. Materiam autem esse expressum rerum simulacrum, & matrem & nutricem, & ad generationem Tertiæ essentiæ aptam. quum enim effigies rerum in sese susceperit & veluti impresserit, hos fœtus producere. [1.] Hanc verò Materiam aiebat esse sempiternam, nec verò mobilem: & ab omni forma & figura per se immunem & liberam, quaslibet tamen formas recipientem. circa verò corpora dividuam esse, & alterius naturæ participem. Appellant autem Materiam, Locum & Sedem. Duo hæc igitur sunt contraria principia. Idea quidem id est [Forma] rationem habet maris & patris: Materia autem, fœminæ & matris: Tertiam verò esse essentiam, ea quæ ex his, ut fœtus, nascuntur. Quum hæc tria sint, tribus quoque modis cognosci: Formam quidem, mente & scientia: Materiam adulterinâ quâdam ratiocinatione (quod videlicet non rectâ quâdam & æquâ rei animadversione, sed ex proportione quâdam & collatione intelligatur) Fœtus verò qui ex illis nascuntur, sensu & opinione. Antequam igitur Cœlum extaret, [2.] ratione erant Forma & Materia, & quidem Deus ille erat melioris opifex. Quandoquidem igitur antiquius juniore præstâtius est, & id quod ordinatũ est inordinato, Deus quũ nimirũ bonus sit, & videret Materiã recipere formã, & alterari variè quidẽ,

[1.] Materiæ primæ descriptio, & ministerium in opificio naturæ. Ibidem.

[2.] Mundi εὐταξία, & penè æterna firmitas. Pag. jam notatis: ubi hæc erunt diligenter perquirenda suis locis.

ἀτάκτως

ἀτάκτως δὲ, ἐδέετ' ἐς τάξιν αὐτὰν ἄγεν, καὶ ἐξ ἀορίστων μεταβολᾶν, ἐς ὡρισμέναν καταστᾶσαι· ἵν' ὁμόλογοι ταὶ διακρίσιες τῶν σωμάτων γίγνοιντο, καὶ μὴ κατ' αὐτόματον τροπὰς δέχοιντο. ἐποίησεν ὦν τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, ὅρον αὐτὸν κατασκιάξας τᾶς τῶ ὄντος φύσιος, διὰ τὸ πάντα τἆλλα ἐν αὑτῷ περιέχεν, ἕνα, μονογενῆ, τέλειον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν· (κρέσσονα γὰρ τάδε ἀψύχω καὶ ἀλόγω ἐστίν) καὶ σφαιροειδὲς σῶμα· τελειότερον γὰρ τῶν ἄλλων σχημάτων ἦν τοῦτο. δηλόμενος ὦν ἄριστον γέναμα ποιῆν, τοῦτον ἐποίει θεὸν γενατὸν, οὔποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω, ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ, εἴποκα δήλετο αὐτὸν διαλύεν. ἀλλ' οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐστιν ὁρμᾶν ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίστω. διαμένει ἄρα, τοιόσδε ὢν, ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος. κράτιστος δ' ἐστὶ γενατῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίστω αἰτίω ἐγένετο, ἀφορῶντος οὐκ ἐς χειρόκματα παραδείγματα, ἀλλ' ἐς τὰν ἰδέαν καὶ ἐς τὰν νοατὰν οὐσίαν· ποθ' ἅνπερ τὸ γεννώμενον ἀπακρειβωθὲν, κάλλιστόν τε καὶ ἀπαρεγχείρητον γίγνεται. τέλειος δ' ἀεὶ κατὰ τὰ αἰσθητά ἐστιν,

sed tamen inordinatè: vidit quoque opus esse ut eam ipse in ordinẽ reduceret, & ex indefinitis mutationibus ad certam definitámque constitueret: ut corporum distinctiones mutuâ ratione inter se responderent, neq; temere vicissitudines ultrò citróque reciperent. Hunc igitur mundum ex omni materia creavit Deus, universíque naturam terminum ipsum circumscripsit atque definiit: quòd videlicet omnia alia in seipso complectatur, quippe quod unum sit unigenitum, perfectum, animâ & ratione præditum (sic enim melius erat futurum, quàm illud quod animæ & rationis est expers) globoso corpore. (hæc enim figura omnibus figuris perfectior est.) Quum igitur Deus vellet pulcherrimum fœtum producere, hunc effecit Deum genitum, nunquam corrumpendum ab alia causa, præterquam à Deo qui ipsum composuit, siquando voluerit ipsũ dissolvere. At non est boni genitoris, ad sui fœtus, & pulcherrimi quidem illius, perniciem impelli. Permanet igitur mundus constanter talis qualis est creatus à Deo, ab omni corruptione liber & interitu, beatus, optimus rerum omnium genitarum: quandoquidem ab optima causa extitit, proponente sibi non exemplaria quædam manuum opificio edita, sed illam Ideam intelligibilémque essentiam: ad quam videlicet quum res ipsæ exquisitâ quâdam ratione effectæ fuerint, pulcherrimæ extiterunt, & hujusmodi ut novâ uâdam operâ emendari minimè debeant. Perfectus verò semper est mundus, rerum sensilium comparatione:

ὅτι καὶ τὸ παράδειγμα τῆνο αὐτῶ περιέχον πάντα τὰ * νοατὰ ζῶα ἐν αὐτῷ, οὐδὲν ἐκτὸς ἀπέλιπεν ἄλλο, ὅρος ὢν νοατῶν παντελὴς, ὡς ὅδε ὁ κόσμος αἰσθητῶν. στερεὸς δὲ ὤν, ἁπτός τε καὶ ὁρατὸς, γᾶς μεμόρακται, πυρός τε καὶ τῶν μεταξὺ ἀέρος καὶ ὕδατος. ἐκ παντελέων δὲ συνέστακε σωμάτων, τὰ περ ὅλα ἐν αὐτῷ ἐντὶ, ὡς μή ποκα μέρος ἀπολειφθῆμεν ἐκτὸς αὐτῶ· ἵνα ᾖ αὐταρκέστατον τὸ τῶ παντὸς σῶμα, ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρᾶν. οὐ γὰρ ἦν δίχα τουτέων ἄλλα, καὶ τῶν ἐντός· τὰ γὰρ καττὰν ἀρίσταν ἀναλογίαν συντεθέντα ἐν ἰσοδυναμίᾳ, οὔτε κρατεῖ ἀλλήλων ἐκ μέρεος, οὔτε κρατέεται· ὡς τὰ μὲν, αὔξαν, τὰ δὲ φθίσιν λαμβάνεν· μένει δ' ἐν συναρμογᾷ ἀδιαλύτῳ κατὰ λόγον ἄριστον. τριῶν γὰρ ὡντινωνοῦν ὅρων ὅταν καὶ τὰ διαστάματα καττὸν αὐτὸν ἐστάθη λόγον ποτ' ἄλλαλα, τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῷ *δίκαν ὁρήμεθα ποτὶ τὸ πρᾶτον ὅ, τι περ τὸ τρίτον ποτ' αὐτό· κἠν πάλιν καὶ παραλλὰξ κατ' ἐφάρμοσιν τόπων καὶ τάξιος.

Legitur & αἰσθητὰ ζῶα.

Al. δίκας.

quoniam & Exemplar illud quod & omnia animalia in seipso complectitur, nihil extrà reliquit aliud: hoc verò Exemplar, intelligibilium perfectus est terminus, quemadmodum hic mundus, sensilium. [1.] Est porro solidus, & hujusmodi ut & tangi & cerni possit: ac proinde Terram sortitus est & Ignem, &, quæ inter terram & ignem media intercedunt, Aërem & Aquam. E perfectis autem constitutus est corporibus, quæ tota in ipso existunt, ut nulla quidem pars extra ipsum relicta sit: ut sit Universi corpus absolutissimum, ut in ipso nihil desiderari possit, & interitui nullo modo obnoxium, extra omnem lethi noxam. Non enim alia quæpiam sunt seorsim à terra & igne, & duobus aliis intermediis elementis. Nam ipsa ex optimæ proportionis formulâ, æquali quâdem inter se potestate continenter, ut neque contineant neque contineantur ex parte inter se mutuò, ut alia incrementum, alia diminutionem capiant: sed profectò indissolubili quâdam compage, optimæ cujusdam rationis vinculo constricta permaneant. Quũ enim tres quidam existant termini, & intervalla quoq; eâdẽ illâ ratione inter se distent: tunc videlicet mediũ radii instar videmus ad primũ esse, quod tertiũ est ad ipsum: & contrariâ vice, commutatísque congruenter intervallis, servato locorum ordine.

[1.] Mundi forma absolutissima, è perfectis corporibus constituta, perfecta ἀναλογία· ut quidem nihil in ipso desit, nihil superfluat. quam elementorum mirabilem proportionem explicat. Illud autem est Mundi Corpus.

Pap. xxxi. &c.

ταῦτα δ' ἀριθμήμεναι μὴ μετ' ἰσοκρατείας, ἀμάχανον παντί· δὲ δ' ἔχει καὶ κατὰ σχῆμα καὶ κατ' τὰν κίνασιν. καθ' ὃ μὲν σφαιροειδὲς ὄν, ὡς ὅμοιον αὐτὸ αὑτῷ, πάντα εἶμεν, καὶ πάντα τἄλλα ὁμογενέα σχήματα χωρεῖν δυνάμενον· καθὰν δὲ ἐγκύκλιον μεταβολὰν ἀποδιδὸν δι' αἰῶνος. μόνα γὰρ ἁ σφαῖρα ἐδύνατο καὶ ἀρεμέουσα καὶ κινεομένα ἐν τᾷ αὐτᾷ συναρμόσσειν χώρᾳ, ὡς μή ποκα ἀπολιπεῖν, μήτε λαμβάνεν ἄλλον τόπον, τῷ ἐκ μέσου ἴσον εἶμεν πάντα. λειότατον δ' ὂν ποτ' ἀκρίβειαν κατὰ τὰν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, οὔ ποτι δέεται θνατῶν ὀργάνων, ἃ διὰ τὰς χρείας τοῖς ἄλλοις ζώοις ποτιάρμοσται τε καὶ διάκειται. τὰν δὲ τῶ κόσμω ψυχὰν μεσόθεν ἐξάψας ἐπάγαγεν ἔξω, περικαλύψας αὐτὸ ὅλον αὐτᾷ, κρᾶμα αὐτὰν κερασάμενος ἔκ τε τᾶς ἀμερίστω μορφᾶς καὶ τᾶς μεριστᾶς οὐσίας· ὡς ἓν κρᾶμα ἐκ δύω τουτέων εἶμεν·

Hæc autem recenſere, ità ut numeri & quaſi articuli harum proportionum intelligantur, nequaquam fieri poteſt, niſi res quædam pari poteſtate præditæ, ſubjectâ oculis deſcriptione, opponantur. quæ quidem docendi ratio opportuna eſt & ad figuræ & ad motûs rationem repræſenatndam. [2.] Quatenus igitur Mundus globoſâ eſt figurâ, ſibíque adeò undiquaque ſimilis, omnes certè alias figuras, quæ quidem unius ſint generis, capere poteſt. Jam & ex illo circulari motu perpetuum quendam tenorem conſervat. ſola enim globoſa illa ſive circularis figura poteſt, & dum quieſcit & dum movetur, in eodem loco aptâ quadam commenſuratione componi: ut nunquam vel deficiat, vel in alium quempiam commigret locum: quoniam videlicet omnia paribus ab ipſo medio diſtent intervallis. Quum porro læviſſimus ſit & prorſus æquabilis, ut nihil ad ſummam perfectámque æquabilitatem deſiderari in eo poſſit: minimè indiget mortalibus inſtrumentis, quæ ad facilem expeditúmque uſum cæteris animantibus aptata ſunt & accōmodata. [3.] Animam autem mundi in ipſius medio indidit Deus, & extrà eduxit: ipſúmque univerſum ipſâ contexit, certo quodam temperamento contemperatam, ex forma nimirum individua, & ex dividua eſſentia: ut unum quoddam temperamentum ex his duobus exiſtat:

[2.] Cur circularis ſit mundi FIGURA. Iiſdem pag.

[3.] De MUNDI ANIMA, id eſt NATURAE ORDINE, graphica & διαγραμματώδης deſcriptio: præclaris exemplis illuſtrata: ut ex muſicorum, arithmeticorúmve numerorum harmonia, Naturæ eximius ille concentus intelligatur, oculis per hæc exempla ſubjectus. Diagrammatis explicationem vide in Timæo majore. Ταυτῶ autem & θατέρου articulis illam harmoniam conſtare docet, pag. XXXIV, uſque ad XXXVII.

ᾇ ποτέμιξε δύο δυνάμιας, ἀρχὰς κινασίων, τάς τε ταυτῶ καὶ τὰς τῶ ἑτέρω. ἃ καὶ δύσμικτος ἐᾶσα, οὐκ ἐν τῷ ῥέστω συνεκίρνατο. λόγοι δ' οἵδε πάντες ἐντὶ κατ' ἀριθμὼς ἁρμονικὼς συγκεκραμένοι, ὡς λόγως κατὰ μοῖραν διαιρήκει ποτ' ἐπιστάμαν, ὡς μὴ ἀγνοεῖν ἐξ ὧν ἁ ψυχὰ καὶ δι' ὧν συνέστακε. ἂν οὐχ ὑστέραν τᾶς σωματικᾶς ὠσίας συνετάξατο ὁ θεὸς, ὥσπερ λέγομες ἁμὲς, (πρότερον γὰρ τὸ τιμιώτερον καὶ δυνάμει καὶ χρόνῳ) ἀλλὰ πρεσβυτέραν ἐποίει, μίαν ἀφαιρέων τὰν πρώταν μονάδων ἐοισᾶν τεττόρων, ποτὶ ὀκτὼ δεκάσι καὶ τρισὶν ἑκατοντάσι. ταύτας δὲ τάν τε διπλασίαν καὶ τριπλασίαν ῥᾷον συλλογίξασθαι, ἑσταμένω τῶ πρώτω. δεῖ δ' εἶμεν πως πάντας σὺν τοῖς πληρώμασι καὶ τοῖς ἐπογδόοις ὅρους ϛ' καὶ λ'. τὸν δὲ σύμπαντα ἀριθμὸν γενέσθαι μυριάδας ια', καὶ τεττόρων χιλιάδων ἑξακοσίαν ϟε'. ταὶ δὲ διαιρέσιες αὗται ἐντὶ, μυριάδες ια' δχϟε. τὰν μὲν ἐν τῷ ὅλῳ ψυχὰν ταῦτά πως διεῖλε.

cui duas potentias immiscuit, motuum principia, Ejusdem videlicet & Alterius. quæ quidem Anima, quum difficulter suscipiat mixtionem, neque facilè etiam ad hujus temperamenti formulam coaluit. Hæ autem omnes rationes sunt contemperatæ ad numeros harmonicos: quas & ipse rationes Opifex congruenter distinxit, certis scientiæ auspiciis: ut quidem minimè incognitum esse possit ex quibus hæc mundi anima sit constituta. Hanc verò non ultimam ordinavit Deus post corpoream ipsam essentiam, quemadmodum nos affirmamus. (illud enim quod honoratius est atque augustius & potestate & tempore prius est) sed antiquiorem creavit. & quidem hoc ordine: [1.] Quum primæ essent unitates quatuor, unam ex illis aufert, ad octo Denarios & tres Centenarios. hujus autem duplum & triplum facile est colligere, primo numero constituto. Omnes autem numeros cum suis supplementis & sesquioctavis oportet esse, terminos sex & triginta: omnem autem numerum fieri, Centena & quatuordecim millia, sexcenta nonaginta quinque. Divisiones autem hæ sunt, CENTENA QVATVORDECIM MILLIA, SEXCENTA NONAGINTA QVINQVE. Universi igitur animam hunc in modum ferè divisit.

[1.] Διάγραμμα ipsum consultò hîc omisimus: tum quòd ex majore Timæo peti posset illius explicatio: tum quòd peculiarem locum destinaverimus in nostris de doct. Plat. comment. in quo de Mathemat. descriptionibus, & de earum usu ex professo agamus: nè minùs provectorum ingenia istis figuris tanquam μορμολυκείοις, à lectione absterreantur.

ΘΕΟ`Ν

ΘΕΟ'Ν δὲ, τὸν μὲν αἰώνιον νόος ὁρῆ μόνος τὸν ἁπάντων ἀρχαγὸν καὶ γενέτορα τουτέων· τὸν δὲ γεννατὸν ὄψει ὁρέομες, κόσμον τε τόνδε καὶ τὰ μέρεα αὐτῶ ὁκόσα ὠράνια ἐντί. τάπερ αἰθέρια ὄντα, διαιρετὰ δίχα· ὡς τὰ μὲν, τᾶς ταυτῶ φύσιος εἶμεν· τὰ δὲ, τῶ ἑτέρω. ὧν τὰ μὲν, ἔξωθεν ἄγει πάντα ἐν αὐτοῖς τὰ ἐντὸς, ἀπ' ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν τὰν καθ' ἅπαν κίνασιν· τὰ δὲ τᾶς τῶ ἑτέρω, ἐντὸς ἀπὸ ἑσπέρας, τὰ ποθ' ἕω μὲν ἐπαναφερόμενά τε καὶ καθ' αὐτὰ κινεόμενα. συμπεριδινέεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τᾷ ταυτῶ φορᾷ, κράτος ἐχοῖσα ἐν κόσμῳ κάρρον. ἁ δὲ τῶ ἑτέρω φορὰ, μεμερισμένα καθ' ἁρμονικὼς λόγως, ἐς ἑπτὰ κύκλως συντέτακται. ἁ μὲν ὦν σελάνα ποτιγειοτάτα ἐᾶσα ἔμμηνον τὰν περίοδον ἀποδίδωτι· ὁ δ' ἅλιος μετὰ ταύταν ἐνιαυσιαίῳ χρόνῳ τὸν αὐτῶ κύκλον ἐκτελεῖ. δύο δ' ἰσόδρομοι ἀελίῳ ἐντὶ, Ἑρμᾶ τε καὶ Ἥρας· τὸν, Ἀφροδίτας καὶ φωσφόρον τοὶ πολλοὶ καλέοντι. νομεὺς γὰρ καὶ πᾶς ὅμιλος οὐ σοφὸς τὰ περὶ τὰν ἱερὰν ἀστρονομίαν ἐντὶ, οὐδ' ἐπιστάμων ἀνατολᾶν τᾶν ἑσπερίων καὶ ἑῴων.

[2.] DEUM porro sola mens videt in his omnibus sanè rebus, principem autorémque & parentem horum omnium. Id autem quod genitum est, oculis videmus, & hunc mundum per ipsius partes. quarum quidem præcipuæ sunt Cœlestes: quæ & ipsæ bifariam dividuntur: ut quidem nonnullæ sint Ejusdem naturæ, nonnullæ, Alterius. Harum aliæ quidem extrinsecus ducunt omnes in ipsis internas, ab Oriente ad Occidentem, universo quodam motu: eæ verò quæ ad motum Alterius pertinent intrà ab Occidente ad Orientem revertuntur, & peculiari quodam motu moventur. circumrotantur autem per accidens Ejusdem motu, qui in mundo præstantiorem habet potestatem. At motus ille Alterius per harmonicas rationes distributus, septem circulorum ordinibus distinguitur. Luna siquidem, omnium maximè infima, & ad terram accedens propiùs, menstruum peragit circulum: Sol autem post hanc annuo tempore suum circulum absolvit. Duo verò pari [3.] cum Sole cursu eunt, Mercurii & Junonis astrum: quod Veneris sive Luciferum vulgus vocat. neque enim quilibet hominum cœtus rerum astronomicarum. ex certæ cognitionis legibus, eruditus est, neque ortuum aut occasuum descrimina peritè novit,

[2.] Deus, per se inconspicuus, in rerum naturalium opificio apparet. Ipsarum porro rerum aliæ constantiorem habent naturam, aliæ, caducam. Motum autem ταυτῶ, uniformem quidem illum cœli motum & θατέρω, varium & multiplicem explicat, in variis planetarum cursibus, pag. XXXVIII, usque ad XL, &c.

[3.] Solis ministerium, iisdem paginis.

ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ποκὰ μὲν ἕσπερος γίγνεται, ἑπόμενος τῷ ἁλίῳ τοσοῦτον ὁπόσον μὴ ὑπὸ τᾶς αὐγᾶς αὐτῶ ἀφανίζεσθαι· ποκὰ δὲ, ἑῷος, ἁνίκα προαγέηται τῶ ἁλίω, καὶ προανατέλλῃ ποτ' ὄρθρον. φωσφόρος ὦν πολλάκις μὲν γίγνεται ὁ τᾶς Ἀφροδίτας, διὰ τὸ ὁμοδρομεῖν ἁλίῳ· οὐχ εἷς δὲ, ἀλλὰ πολλοὶ μὲν τῶν ἀπλανέων, πολλοὶ δὲ τῶν πλαζομένων. πᾶς γὰρ ἐν μεγέθει ἀστὴρ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα πρὸ ἁλίω γενόμενος, ἁμέραν ἀγγέλλει. τοὶ δ' ἄλλοι τρεῖς, Ἄρεος τε καὶ Διὸς καὶ Κρόνω, ἔχοντι ἴδια τάχεα καὶ ἐνιαυτὼς ἀνίσως· ἐκτελέοντι δὲ τὸν δρόμον, περὶ καταλάψιας ποιεύμενοι, φάσιάς τε, καὶ κρύψιας, καὶ ἐκλείψιας, γιγνώσκοντες ἀτρεκέας τε ἀνατολὰς καὶ δύσιας· ἔτι δὲ φάσιας φανερὸς ἑῴας ἢ ἑσπερίας ἐκτελέοντι ποτὶ τὸν ἅλιον, ὃς ἁμέραν ἀποδίδωτι τὸν ἀπ' ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν αὐτῶ δρόμον· νύκτα δὲ τὰν ἀπὸ δύσιος ἐπ' ἀνατολὰν κίνασιν κατ' ἄλλο ποιέεται, ἀγόμενος ὑπὸ τᾶς ταυτῶ φορᾶς· ἐνιαυτὸν δὲ, κατὰ τὰν αὐτῶ καθ' ἑαυτὸν κίνασιν. ἐκ δὲ τουτέων τῶν κινασίων, δύο ἐουσᾶν, τὰν ἕλικα ἐκπλέκει, ποτὶ ἕτερον μὲν κατὰ μέρος ἐν ἀμερησίῳ χρόνῳ προκυλινδόμενος ὑπὸ τᾶς τῶν ἀπλανέων σφαίρας, καθ' ἑκάσταν περίοδον, ὄρφνας καὶ ἁμέρας.

Idem enim aliquando Vesperus est, [i. occiduus] dum Solem sequitur, hactenus ut nobis conspicuus sit Sole lucem suam abscondente: aliquando Eöus vocatur [i. orientalis] quum Solem adventantem antecedit, & sub diluculum prior oritur. Lucifer igitur sæpenumero est Veneris stella, quòd eodem cum Sole cursu feratur. Non tamen unus ipse est Lucifer. nam id præstant multæ stellæ & fixarum & inerrantium. omne enim justâ magnitudine astrum quod super horizontem ante Solem extat, diem denuntiat. Jam verò alii tres Planetæ, Martis nimirum, Jovis & Saturni, habent peculiares celeritates & inæquales annos. Cursus autem suos justis spatiis conficiunt, ità ut certâ exploratáque cognitione percipi possint: quippe qui certis temporibus & appareant & lateant & deficiant, verósque ortus & occasus generent. Jam & manifestas apparitiones orientales & occiduas perficiunt ad Solem: qui DIEM ex eo cursu reddit, dum ab oriente ad occidentem pergit: NOCTEM verò alio contrario modo, ex occidentis ad orientem motu: quatenus Sol videlicet ex illo Ejusdem motu defertur: ANNVM verò, quatenus suo & peculiari motu. Ex duobus his motibus Sol duplicem cursum peragrat, dum universo quidem illo motu cœli circumfertur: & spiram gyrúmque obliquo quodam motu involvit. hoc quidem secundum unam partem dierum tempora & discrimina designat: illo verò, dum fixarum stellarum motu rapido circum volvitur, ad unumquemque circuitum, Noctem & Diem facit.

χρόνω δὲ τὰ μέρεα, τάσδε τὰς περιόδως λέγοντι, ἃς ἐκόσμησεν ὁ θεὸς σὺν κόσμῳ. οὐ γὰρ ἦν πρὸ κόσμω ἄστρα· διόπερ οὐδ' ἐνιαυτός· οὐδ' ὡρᾶν περίοδοι, αἷς μετρέεται ὁ γεννατὸς *κόσμος οὗτος. εἰκὼν δέ ἐστι τῶ ἀγεννάτω χρόνω, ὃν αἰῶνα ποταγορεύομες. ὡς γὰρ ποτ' ἀΐδιον παράδειγμα τὸν ἰδανικὸν κόσμον ὅδε ὠρανὸς ἐγεννάθη, οὕτως ὡς πρὸς παράδειγμα τὸν αἰῶνα ὅδε χρόνος σὺν κόσμῳ ἐδαμιουργήθη.

*γρ. χρόνος.

Γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρυμένα, ἑστία θεῶν, ὅρος τε ὄρφνας καὶ ἀμέρας γίνεται· δύσιάς τε καὶ ἀνατολὰς γεννῶσα κατ' ἀποτομὰς τῶν ὁριζόντων, ὡς τᾷ ὄψει καὶ τᾷ ἀποτομᾷ τᾶς γᾶς περιγραφόμενα. πρεσβύτατα δ' ἐντὶ τῶν ἐντὸς ὠρανῶ σωμάτων. οὐδέποκα ὕδωρ ἐγεννάθη δίχα γᾶς, οὐδὲ μάντοι ἀὴρ, χωρὶς ὑγρῶ. πῦρ τε ἔρημον ὑγρῶ καὶ ὕλας ἇς ἐξάπτοι, οὐκ ἂν διαμένοι. ὥστε ῥίζα πάντων καὶ βάσις ἁ γᾶ ἐρήρεισται ἐπὶ τᾶς αὐτᾶς ῥοπᾶς. ἀρχαὶ μὲν ὧν τῶν γεννωμένων, ὡς μὲν ὑποκείμενον, ἁ ὕλα· ὡς δὲ λόγος μορφᾶς, τὸ εἶδος. ἀπογεννάματα δὲ τουτέων ἐστὶ τὰ σώματα, γᾶ τε καὶ ὕδωρ, ἀήρ τε καὶ πῦρ:

[1.] Sunt verò hæ Temporis partes, quas Circuitus vocant. Deus autem TEMPUS cum ipso mundo ordinavit. non enim erant astra ante tẽpus neq;proinde annus, neq;anni tẽpestates certis circuitibus distinctæ, quibus genitum hoc tempus definitur. Est autẽ tempus ingeniti temporis imago, quod Æternitatem vocamus. Quemadmodum enim hæc Universitas ad intelligibilis mundi exemplar creata est, ità & hoc tempus ad Æternitatem, veluti ad exemplar quoddam, cum mundo ab Opifice fuit constitutum.

Terra porro in medio stabilita, deorum sedes, terminus est noctis & diei: occasus & ortus generat, prout cœli medium orbium illorum qui ὁρίζοντες [i. finientes] vocantur, quasi abscissionibus dividitur. sic enim ex vario terræ aspectu eos circumscribimus atque definimus. Antiquissimum verò est omnium quæ in hac universitate sunt, corpus. neque enim Aqua nata est sine terra, neque verò Aër sine humido. Ignis autem humido, veluti materiâ quâ inflammetur, destitutus, haudquaquam possit consistere. quocirca omnium radix & firmamentum aliorum, Terra eodem momento firmata est. Rerum igitur creatarum, ut subjectum, est Materia, veluti autem ratio proportióque formæ, est Idea. harum autem fœtus, Corpora: nimirum Terra, Aqua, Aër, Ignis.

[1.] TEMPORIS descriptio, id est diei, mensis, anni διορισμός, iisdem paginis.

[2.] Elementorum ipsorum συζυγίαι, conformatio, unus pag. LIII, usque ad LVIII.

ὧν

ὧν ἁ γένεσις, τοιαύτα. ἅπαν σῶμα ἐξ ἐπιπέδων ἐστί· τοῦτο δὲ ἐκ τριγώνων, ὧν τὸ μὲν ὀρθογώνιον ἰσοσκελὲς ἡμιτετράγωνον, τὸ δὲ, ἀνισόπλευρον, ἔχον τὰν μέζονα δυνάμει τριπλασίαν τᾶς ἐλάσσονος. ἁ δὲ ἐλαχίστα ἐν αὐτῷ γωνία, τρίτον ὀρθῆς ἐστι· διπλασία δὲ ταύτας, ἁ μέσα. δύο γὰρ τρίτων ἀντί ἐστιν. ἁ δὲ μεγίστα ὀρθὰ, ἁμιόλιος μὲν τᾶς μέσας ἐοῖσα, τριπλασία δὲ τᾶς ἐλαχίστας. τοῦτο δ' ὦν τὸ τρίγωνον, ἁμιτρίγωνόν ἐστιν, ἰσοπλεύρῳ τριγώνῳ, δίχα τετμημένῳ καθέτῳ, ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς ἐς τὰν βάσιν, ἐς ἴσα μέρεα. δύο ὀρθογώνια μὲν ὦν ἐντὶ ἑκατέρῳ· ἀλλὰ ἐν ᾧ μὲν, ταὶ δύο πλευραὶ ταὶ περὶ τὰν ὀρθὰν, μόναι ἴσαι· ἐν ᾧ δὲ, ταὶ τρεῖς πᾶσαι ἄνισοι. σκολιὸν δὲ τοῦτο μὲν καλέεσθω· κεῖνο δὲ ἁμιτετράγωνον, ἀρχὰ συστάσιος γᾶς. τὸ γὰρ τετράγωνον ἐκ τουτέων, ἐκ τεττάρων ἡμιτετραγώνων *συντεθειμένον. ἐκ δὲ τῶ τετραγώνω γεννᾶται τὸν κύβον, ἑδραιότατον καὶ στάδαιον πάντη σῶμα, ἓξ μὲν πλευράς, ὀκτὼ δὲ γωνίας ἔχον. καττοῦτο δὲ, βαρυτάτον τε καὶ δυσκίνατον ἁ γᾶ, ἀμετάβλητόν τε σῶμα εἰς *ἄλλα, διὰ τὸ ἀκοινώνατον εἶμεν τῶ ἄλλω γένεος τῶ τριγώνω. μόνα γὰρ ἁ γᾶ ἴδιον στοιχεῖον ἔχει τὸ ἁμιτε-

* γρ. συντιθέμενον.

* γρ. ἄλλο.

quorum quidem hujuſmodi eſt generatio atque productio. Omne corpus ex planis conſtat: hoc verò ex Triangulis: quorum alter quidem eſt ex rectis angulis æqualium laterum, ſemiquadrangulus: alter autem inæqualium laterum, qui habet majorem angulum potentiâ triplum minoris, minimus verò in ipſo angulus, tertia recti pars eſt: hujus autem duplum, medius eſt. hic enim duarum tertiarum partium eſt: maximus autem rectus ad mediam ſeſquialteram proportionem habet: triplus autem eſt ad minimum. Hic igitur triangulus, ſemiquadrangulus eſt, quatenus cum æquilatero triangulo comparatur, perpendiculo bifariam abſciſſo à vertice ad imum, in partes æquales. duo igitur utrique ſunt rectanguli: at in uno, duo quidem latera, quæ quidem in recto ſunt, æqualia ſunt tantùm, in altero autem omnia tria inæqualia. Hæc verò figura Obliqua vocetur. Ille autem ſemiquadrangulus primordium fuit conſtituendæ terræ. nam quadrangulus ex his quatuor videlicet quadrangulis componitur, ex quadrangulo verò cubus generatur, omnium corporum firmiſſimum & maximè ſtatarium, ut nullam in partem moveri poſſit: utpote quod ſex latera, octo autem habeat angulos. Hâc nimirum conſtitutione Terra elementum eſt & graviſſimum & difficulter mobile: hujuſmodi quidem certè ut in aliud corpus tranſmutari nullo modo poſſit, quod nullam habeat cum ullo triangulorum genere communitatem. ſola enim terra proprium habet & peculiare elementum, Semiquadrangulum,

τρίγωνον. τοῦτο δὲ στοιχεῖον τῶν ἄλλων σωμάτων ἐστὶ, πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος. ἑξάκις γὰρ συντεθέντος τῶ ἁμιτετραγώνω, τρίγωνον ἐξ αὐτῶ ἰσόπλευρον γίνεται. ἐξ ὧ ἁ πυραμὶς, τέσσαρας βάσιας καὶ τὰς ἴσας γωνίας ἔχοισα, συνίσταται, εἶδος πυρὸς εὐκινατώτατον καὶ λεπτομερέστατον. μετὰ δὲ τοῦτο, ὀκτάεδρον, ὀκτὼ μὲν βάσιας, * ἓξ δὲ γωνίας ἔχον, ἀέρος στοιχεῖον. τρίτον δὲ, τὸ εἰκοσάεδρον, βασίων μὲν εἴκοσι, γωνιῶν δὲ δώδεκα, ὕδατος στοιχεῖον, * πολυμερέστατον καὶ βαρύτατον. ταῦτα δ' ὦν ἀπὸ τωὐτῶ στοιχείω συγκείμενα εἰς ἄλλαλα τρέπεται. τὸ δὲ δωδεκάεδρον εἰκόνα τῶ παντὸς ἐστάσατο, ἔγγιστα σφαίρας ἐόν. πῦρ μὲν ὦν διὰ τὰν λεπτομέρειαν διὰ πάντων ἥκεν, ἀήρ τε διὰ τῶν ἄλλων, ἔξω πυρός· ὕδωρ δὲ, διὰ τᾶς γᾶς. ἅπαντα δ' ὦν πλήρη ἐντὶ, οὐδὲν κενεὸν ἀπολείποντα. συνάγεται δὲ τᾷ περιφορᾷ τῶ παντὸς, καὶ ἐρειδόμενα τρίβεται μὲν ἀμοιβαδὸν, ἀδιάλειπτον δὲ ἀλλοίωσιν ποτὶ γενέσιας καὶ φθορὰς ἀποδίδωντι. τούτοις δὲ ποτιχρεόμενος ὁ θεὸς τόνδε τὸν κόσμον κατεσκεύαξεν· ἁπτὸν μὲν, διὰ τὰν γᾶν· ὁρατὸν δὲ, διὰ τὸ πῦρ· ἅπερ δύο ἄκρα. δι' ἀέρος δὲ καὶ ὕδατος

γρ. ὀκτὼ δὲ γωνίας.

γρ. πολυμερέστερον καὶ βαρύτερον.

Hoc porro elementum eſt aliorum corporum, Ignis, aëris, aquæ. ſexies enim compoſito ſemiquadrangulo triangulus ex ipſo æqualibus fit cruribus: ex quo pyramis, quæ quatuor baſes & æquales angulos habet, componitur, ſpecies ignis maximè mobilis & tenuiſſimarum partium. Poſt hoc autem, id quod octo conſtat ſedibus, octo quidem baſes, octo verò angulos habens, eſt Aëris elementum. Tertium autem quod viginti ſedes habet, baſes quidem viginti, angulos autem duodecim, Aquæ elementum eſt, plurimarum partium atque graviſſimarum. Hæc igitur ab eodem elemento compoſita, inter ſe commutantur. At id quod duodecim conſtat ſedibus, imaginem Univerſi ſtatuit, quippe quod ad ſphæricam figuram proximè accedat. Ignis igitur ob partium tenuitatem per omnia penetrat: Aër item per alia elementa, excepto igne: Aqua autem, per terram. Omnia igitur plena ſunt, nec vacui quicquam relinquunt. Rapido autem illo univerſi motu circumaguntur, & firmata teruntur quidem viciſſim, indeſinentem verò alterationem ad ortus & interitus perficiunt. Horum miniſterio & operâ utens Deus hunc mundum conſtruxit: qui quidem mundus propter terram tangi poteſt, videri autem propter ignem: quæ duo ſunt extrema. Per aërem verò & aquam,

συνδ-

συνδεδέσθαι δεσμῷ κρατίστῳ, ἀναλογίᾳ· ἃ καὶ αὐτὰν καὶ τὰ δι' αὐτᾶς κρατεόμενα συνέχεν δύναται. εἰ μὲν γὰρ ἐπίπεδον εἴη τὸ συνδεόμενον, μία μεσότας ἱκανά ἐστιν· εἰ δὲ καὶ στερεὸν, δύο χρῄζει. δυσὶ γὰρ μέσοις δύο ἄκρα συναρμόξατο, ὅκως εἴη ὡς πῦρ ποτ' ἀέρα, ἀὴρ ποτὶ ὕδωρ, καὶ ὕδωρ ποτὶ γᾶν· καὶ κατ' ἐναλλαγὰν, ὡς πῦρ ποτὶ ὕδωρ, ἀὴρ ποτὶ γᾶν· καὶ ἀνάπαλιν, ὡς γᾶ ποτὶ ὕδωρ, ὕδωρ ποτ' ἀέρα, καὶ ἀὴρ ποτὶ πῦρ· καὶ κατ' ἐναλλαγὰν, ὡς γᾶ ποτ' ἀέρα, ὕδωρ ποτὶ πῦρ. καὶ ἐπεὶ δυνάμει ἴσα ἐντὶ πάντα, τοὶ λόγοι αὐτῶν ἐν ἰσονομίᾳ ἐντί. εἷς μὲν ὦν ὅδε ὁ κόσμος δαιμονίῳ δεσμῷ τὸ ἀνάλογόν ἐστιν. ἕκαστον δὲ τῶν τεττάρων σωμάτων πολλὰ εἴδεα ἔχει. πῦρ μὲν, φλόγα, καὶ φῶς, καὶ αὐγὰν, διὰ τὰν ἀνισότατα τῶν ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν τριγώνων. κατ' αὐτά τε καὶ ἀὴρ, τὸ μὲν, καθαρὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ, νοτερὸν καὶ ὀμιχλῶδες. ὕδωρ τε, τὸ μὲν, ῥυτὸν, τὸ δὲ πακτόν· ὁκόσον χιών τε καὶ πάχνα, χάλαζά τε καὶ κρύσταλλος. ὑγρόν τε, τὸ μὲν ῥυτὸν, ὡς μέλι, ἔλαιον· τὸ δὲ, πακτὸν, ὡς πίσσα, κηρός. πακτῶ δὲ εἴδεα, τὸ μὲν, χυτόν· χρυσὸς, ἄργυρος, χαλκὸς, κασσίτερος, μόλιβδος, σταγών· τὸ δὲ, θραυστόν· θεῖον, ἄσφαλτον, νίτρον, ἅλες, στυπτηρία, λίθοι τοὶ ὁμογενέες.

firmissimi cujusdam vinculi proportione, mundum colligavit, quî & ipsa & quæ per ipsam comprehenduntur, constringi continerique possint. Si igitur id quod colligatur, planum fuerit, una medietas satìs est: sin verò solidum, duobus indiget. Duobus igitur mediis duo extrema adaptavit, ut essent, veluti ignis ad aërem, aër ad aquam, aqua ad terram: & vicissim, ut ignis ad aquam, aër ad terram. & vicissim, veluti terra ad aquam, aqua ad aërem, & aër ad ignem: & vicissim, velut Terra ad aërem, aqua ad ignem. Quandoquidem autem omnia sunt potentiâ æqualia, ipsorum rationes totæ sunt in æqualitate. Unus igitur hic mundus felicis cujusdam & planè divini vinculi proportione consistit. Horum porro quatuor corporum unumquodque multas species habet. Ignis quidem, flammam, lucem, splendorem, propter triangulorum, qui in unoquoque ipsorum sunt, inæqualitatem. Eodem etiam modo & Aër, partim quidem purus & siccus, partim humidus & nebulosus. Aqua etiam, quædam fluida est, quædam congelata, veluti nix, grando, glacies. Humor autem, alius est humidus, ut mel, oleum: alius, compactus, ut pix, cera. Compacti verò species, alia, fusilis, ut aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, ferri defæcati genus, quod σταγόνα sive σταγονίαν vocant: alia, fragilis, ut sulphur, bitumen, nitrum, sal, alumen, & lapides ejusdem generis.

ΜΕΤΑ' δὲ τὰν τῶ κόσμω σύστασιν, ζώων θνατῶν γένασιν ἐμαχανάσατο, ἵν᾽ ᾖ τέλεος, ποτὶ τὰν εἰκόνα παντελῶς ἀπειργασμένος. τὰν μὲν ὦν ἀνθρωπίναν ψυχὰν ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων καὶ δυναμίων συγκερασάμενος καὶ μείξας, διένειμε τᾷ φύσει τᾷ ἀλλοιωτικᾷ παραδούς· διωδεξαμένα δ᾽ αὐτὸν ἐν τῷ ἀπεργάζεν θνατά τε καὶ ἐφαμέρια ζῶα, ὧν τᾶς ψυχὰς ἐπιρρύτως ἐνάγαγε, τὰς μὲν, ἀπὸ σελάνας, τὰς δ᾽, ἀπὸ ἁλίω· τὰς δὲ, ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν πλαζομένων ἐν τᾷ τῶ ἑτέρω μοίρᾳ· ἔξω μιᾶς τᾶς τῶ αὐτῶ δυνάμιος, ἃν ἐν τῷ λογικῷ μέρει ἔμιξεν, εἰκόνα σοφίας τοῖς εὐμοιράτοισι. τᾶς μὲν, γὰρ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς τὸ μὲν, λογικόν ἐστι καὶ νοερὸν, τὸ δ᾽, ἄλογον καὶ ἄφρον. τῶ δὲ λογικῶ τὸ μὲν κρέσσον, ἐκ τᾶς ταυτῶ φύσιος· τὸ δὲ χέρειον, ἐκ τᾶς τῶ ἑτέρω. ἑκάτερον δὲ περὶ τὰν κεφαλὰν ἵδρυται μόνον, ὡς τἆλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ σώματος ὑπηρετεῖν τούτῳ, καθάπερ ὑπ᾽ αὐτῶ τῶ σκάνεος ἅπαντος. τῶ δ᾽ ἀλόγω μέρεος τὸ μὲν θυμοειδὲς, περὶ τὰν καρδίαν·

[1.] JAM VERO post mundi constitutionem, mortalium animantium generationem molitus est Deus ut ad imaginem illam perfectus esset planè atque absolutus. [2.] Humanam igitur animam ex iisdem rationibus atque potentiis contemperatam atque divisam distribuebat, Naturæ alteratrici hoc tributo ministerio: quæ acceptis harum rerum mandatis, ipsius Opificis quasi vicem obivit in mortalibus & diurnis animalibus efficiendis, quorum animas quasi per fluxum quendam instillabat: ità alias quidem à Luna, alias à Sole, alias à cæteris quæ in Alterius parte oberrant astris deducebat. Unam animã excepit, quæ Ejusdem potentiâ prædita est, quam in parte illa rationis participe admiscuit, imaginem sapientiæ his qui bono fato utuntur. nam humanæ animæ altera pars rationis est particeps & intelligens: altera, rationis expers atq; insipiens. Ejus verò quæ rationis est particeps, melior potiórq; pars de Ejusdem natura est: deterior verò, Alterius. Utraque autem circa caput sedem habet, ut reliquæ tum animæ tum corporis partes huic inserviant, quemadmodum sub ipso corporis tabernaculo universo. [3.] At partis ejus quæ rationis est expers: ea pars quæ ad iram prona est, circa cor:

[1.] Animalium, & hominis maximè, qui cæteris animalibus dignitate præstat, μικρόκοσμος nimirum, creatio. Corporum autem creandorum potestatem, ut ξυνεργίῳ & Opificis ministræ Naturæ tribuit, distinctius quàm Plato. qui θεῶν illorum γεννητῶν crebriorem facit mentionem quàm philosophum deceret: cui est inhonesta in rebus maximis ἀκυρολογία. p. XLI. &c.

[2.] De animæ creatione. Ibidem.

[3.] De corporis creatione, pag. XLIII. &c. usque ad XLVIII. De singulis corporis partibus, earúmque officiis atque ministeriis, pag. LXI. usque ad LXXXI. &c.

τὸ δ' ἐπιθυματικὸν, περὶ τὸ ἧπαρ. τῶ δὲ σώματος, ἀρχὰν μὲν καὶ ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἁγεμονία· ἀπὸ δὲ τούτω, * ἀπόχυμα ῥεῖ διὰ τῶν νωτίων σπονδύλων τὸ λοιπὸν, ἐξ ὧ εἰς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεσθαι. ὀστέα δὲ, μυελῶν περιφράγματα. τουτέων δὲ σκέπαν μὲν τὰν σάρκα καὶ περικάλυμμα. συνδέσμοις δὲ ποτὶ τὰν κίνησιν τοῖς νεύροις συνᾶψε τὰ ἄρθρα. τῶν δ' ἐντοσθίων τὰ μὲν, τροφᾶς χάριν, τὰ δὲ, σωτηρίας. Κινασίων δὲ, τῶν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς, τὰς μὲν ἀναδιδομένας εἰς τὸν φρονέοντα τόπον, αἰσθήσιας εἶμεν· τὰς δ' ὑπ' ἀντίλαψιν μὴ πιπτοίσας, ἀνεπαισθήτως, ἢ τῷ τὰ πάσχοντα σώματα γεωδέστερα εἶμεν, ἢ τῷ τὰς κινάσιας ἀμενηνοτέρας γίγνεσθαι. ὁκόσαι μὲν ὦν ἐξιστᾶντι τὰν φύσιν, ἀλγειναὶ ἐντί· ὁκόσαι δὲ ἀποκαθιστᾶντι ἐς αὐτὰν, ἁδοναὶ ὀνυμαίνονται. τᾶν δ' αἰσθησίων τὰν μὲν ὄψιν ἄμμιν τὸν θεὸν ἀνάψαι εἰς θέαν τῶν ὠρανίων, καὶ ἐπιστάμας ἀνάλαψιν· τὰν δ' ἀκοὰν, λόγων καὶ μελῶν ἀντιλαπτικὰν ἔφυσεν· ἇς στερισκόμενος ἐκ γενέσιος ὁ ἄνθρωπος οὔτε λόγον ἔτι προέσθαι δυνάσεται. διὸ καὶ συγγενεστάταν τῷ λόγῳ ταύταν αἴσθασιν φαντὶ εἶμεν. ὁκόσα δὲ πάθεα τῶν σωμάτων ὀνυμαίνεται, ποτὶ τὰν ἁφὰν καλίζεται, τᾷ δὲ ῥοπᾷ ποτὶ

* γρ. οἷον ἀπόχυμα.

ea quæ concupiſcit, circa jecur ſedem habet. Jam verò Cerebrum, eſt principium & radix medullæ, in eóque etiam eſt animæ principatus. Ab hoc autem diffuſio quædam manat per dorſi vertebras, quaſi prono alveo, ut indè ad ſemen generationémque materia ſufficiatur. Oſſa autem, medullarum munimenta ſunt: Caro, horum tegmen & cooperimentum eſt. Articulos autem nervis connexuit per ligamenta ad modum. Ex internis autem inſtrumentis quædam alimenti gratiâ, quædam ſalutis fecit. Ex motibus autem qui ab externis proficiſcuntur, hi qui ad ſapientem illum locum tribuuntur, ſenſibus ſunt expoſiti: qui verò ſub perceptioné non cadunt, ſenſus effugiunt: ſive quòd corpora quæ afficiuntur, magìs ſint terrea, ſive quòd motus ſint imbecilliores. Quicunque igitur motus ſint, qui naturam excedunt, dolorem pariunt: quicunque autem ad ipſam reſtituuntur, Voluptates nominantur. At verò ex ſenſibus viſum quidem nobis accendit Deus ad rerum cœleſtium contemplationem ſcientiámque comparandam. Auditum autem creavit, accommodatum inſtrumentum ad ſermones & concentus percipiendos: cujus ſenſus beneficio ſi homo ab ipſo ortus primordio deſtitutus ſit, ſermonis quoque emittendi facultate deſtituetur. Itaque maximè cognatum ſermoni hunc ſenſum eſſe aiunt. Quæcunque verò affectiones corporum nominantur, tactus ratione appellationem ſortiuntur: ipsâ verò inclinatione,

τὰν χώραν. ἁ μὲν γὰρ ἀφὰ κρίνει τὰς ζωτικὰς δυνάμιας, θερμότατα, ψυχρότατα· ξηρότατα, ὑγρότατα· λειότατα, τραχύτατα· εἴκοντα, ἀντίτυπα· μαλακά, σκληρά. βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον ἀφὰ μὲν προκρίνει, λόγος δ' ὁρίζει, τᾷ εἰς τὸ μέσον καὶ ἀπὸ τῶ μέσω νεύσει. κάτω δὲ καὶ μέσον, ταυτὸν φαντί. τὸ γὰρ κέντρον τᾶς σφαίρας, τοῦτό ἐστι τὸ κάτω· τὸ δ' ὑπὲρ τούτω, ἄχρι τᾶς περιφερείας, ἄνω. τὸ μὲν ὦν θερμόν, λεπτομερές τε καὶ διαστατικὸν τῶν σωμάτων δοκεῖ εἶμεν· τὸ δὲ ψυχρόν, παχυμερέστερον πόρων καὶ συμπιλωτικόν ἐστι. τὰ δὲ περὶ τὰν γεῦσιν, ἔοικε τᾷ ἀφᾷ. συγκρίσει γὰρ καὶ διακρίσει, ἔτι δὲ τᾷ ἐς τὼς πόρως διαδύσει, καὶ τοῖς σχημάτεσσιν, ἢ στρυφνά, ἢ λεῖα. ἀποτάκοντα μὲν καὶ ῥύπτοντα τὰν γλῶτταν, στρυφνὰ φαίνεται· μετρίως δὲ τῷ ῥύπτειν, ἁλμυρά· ἐκπυροῦντα δέ, καὶ διαῤῥέοντα τὰν σάρκα, δριμέα. τὰ δ' ἐναντία, λεῖά τε καὶ *γλυκέα, κεχύλωται. Ὀσμᾶς δὲ εἴδεα μὲν οὐ κεχώρισται. διὰ γὰρ στενῶν πόρων διηθεῖται, στερροτέρων ὄντων ἢ ὡς συνάγεσθαι καὶ δίεσθαι, σάψεσι καὶ πέψεσι γᾶς τε καὶ γεοειδέων, εὐώδεά τε καὶ δυσώδεα εἶμεν. Φωνὰ δ' ἐστὶ μὲν πλᾶξις ἐν ἀέρι, διικνουμένα ποτὶ τὰν ψυχὰν δι' ὤτων, ὧν τοὶ πόροι διήκοντι ἄχρις ἥπατος

* γρ. τ' ὀνκία καὶ χυλῷ.

ad locum. tactus enim vitales facultates dijudicat, caliditatem, frigiditatem: ſiccitatem, humiditatem: lenitatem, aſperitatem: cedentia, renitentia: mollia, dura. Tactus autem grave & leve præjudicat: ratio verò definit atque determinat, eâ inclinatione quæ & ad medium & à medio tendit. Deorſum verò & medium idem omnino eſſe aiunt. nam centrum ſphæræ, ipſum eſt illud Deorſum: quod verò ſupra hoc eſt uſque ad circumferentiam, Surſum vocant. Calidum igitur tenuiſſimarum eſt partium, & vim habet atq; facultatem corporum diſparandorum. Frigidum verò, craſſiorum eſt partium & meatus conſtringit. Guſtus autem tactui ſimilis eſt. nam concretione & diſcretione, præterea & ſubtili quodam ad meatus ingreſſu, & figuris, aut acerba ſunt aut lenia ea quæ ad guſtum pertinent. Nam ea quæ vim habent inducendi ſtuporem in linguam, ejúſque abſtergendæ, Acerba ſentiuntur: quæ moderatè linguam abſtergunt, Salſa: at quæ linguam inflammant, & in carnem penitius immanant, Acria. at contraria & lævia & dulcia, in ſuccum eliqueſcunt. Odoris porro ſpecies diſtinctæ non ſunt. per anguſtos enim meatus percolantur, qui ſolidiores quidem ſunt quàm ut contrahi & diſpeſci poſſint putrefactionibus & concoctionibus terræ, rerúmq; terrearum. ſunt verò vel jucūdi vel injucundi odoris. Vox autē, ictus in aëre [aëre intermedio] ad animū perveniens per aures: quarū aurium meatus procedentes ad jecur

χωρέοντες.

χωρέοντες. ἐν τούτοις πνεῦμα, οὗ ἁ κίνασις ἀκοά ἐστι. φωνᾶς δὴ καὶ ἀκοᾶς, ἃ μὲν, ταχεῖα, ὀξεῖα, ἃ δὲ * βραδεῖα· μέσα δὲ ἁ συμμετροτάτα. καὶ ἃ μὲν πολλὰ καὶ κεχυμένα, μεγάλα· ἃ δὲ ὀλίγα καὶ συναγμένα, μικρά. ἃ δὲ τεταγμένα ποτὶ λόγως μωσικῶς, ἐμμελής· ἃ δὲ ἄτακτός τε καὶ ἄλογος, ἐκμελής τε καὶ ἀνάρμοστος. Τέταρτόν τι γένος αἰσθητῶν, πολυειδέστατον καὶ ποικιλώτατον. ὁρατὰ δὲ λέγεται· ἐν ᾧ χρώματά τε παντοῖα, καὶ κεχρωσμένα μυρία. πρᾶτα δὲ, τέτορα· λευκὸν, μέλαν, λαμπρὸν, φοινικοῦν. τἆλλα γὰρ ἐκ κιρναμένων τούτων γεννᾶται. τὸ μὲν ὦν λευκὸν διακρίνει τὰν ὄψιν, τὸ δὲ μέλαν συγκρίνει· ὅκως περ τὸ θερμὸν διαχεῖ τὰν ἁφὰν, τὸ δὲ ψυχρὸν συνάγειν δύναται· καὶ τὸ μὲν στρυφνὸν, συνάγειν τὰν γεῦσιν, τὸ δὲ δριμὺ, διαιρεῖν πέφυκε. τρέφεται δὲ τὸ σκᾶνος τῶν ἐναερίων ζώων καὶ συνέχεται, τᾶς μὲν τροφᾶς διαδιδομένας διὰ τῶν φλεβῶν εἰς ὅλον τὸν ὄγκον, κατ' ἐπιρροάν· οἷα δι' ὀχετῶν ἀγομένας καὶ ἀρδομένας ὑπὸ τῶ πνεύματος, ὃ διαχεῖ αὐτὰν ἐπὶ τὰ πέρατα φέρον. Ἁ δ' ἀναπνοὰ

Invenitur etiam βαρεῖα post βραδεῖα ut legatur, ἃ μὲν ταχεῖα, ὀξεῖα· ἃ δὲ βραδεῖα, βαρεῖα. Sic autem legendo, hic sensus fuerit; Velox quidem, acuta: tarda autem gravis. Paulo post autem pro ἀνάρμοστος invenitur ἄλογος.

usque contingunt. in his est spiritus, cujus motus est auditus. Vocis verò & auditus alia velox, alia acuta, alia tarda: gravis media, nullis tamen certæ mensuræ terminis definita: & alia quidem multa & diffusa, magna est: alia pauca & contracta, parva: alia verò ad rationes Musicas ordinata, concinna est: alia confusa & à ratione aliena, absurda est atque intemperata. Quartum autem genus eorum quæ sub sensus cadunt, varias habet atque multiplices species. ea porro dicuntur visibilia: quo genere & varii colores & coloratæ res quamplurimæ comprehenduntur. Primi autem colores sunt quatuor, Albus, niger, splendidus, puniceus. reliqui enim ex his permixtis generantur. Albus igitur color visum dispescit, niger componit atque coagmentat: quemadmodum Calidum diffundit tactum: frigidum contrà potest contrahere: & acerbum quoque gustum contrahere, acre verò diducere solet naturali quâdam facultate. Porro animalium eorum quæ aërem inspirant, corpus & nutritur & conservatur, dum alimentum per venas in universam corporis molem distribuitur, & defluxione quâdam veluti per canales derivatur, & à spiritu irrigatur, qui eum ad extremos usque fines efficaci quodam motu diffundit. Respiratio autem

γίνεται

γίνεται, μηδενὸς μὲν κενεῶ ἐν τᾷ φύσει ἐόντος, ἀπορρέοντος δὲ καὶ ἑλκομένω τῶ ἀέρος ἀντὶ τῶ ἀπορρέοντος διὰ τῶν ἀοράτων στομίων, δι' ὧν καὶ ἁ νοτὶς ἐπιφαίνεται, τινὸς δὲ καὶ ὑπὸ τᾶς φυσικᾶς θερμότατος ἀπαναλυμένω. ἀνάγκα ὦν ἀντικαταχθῆμεν τὸ ἴσον τῷ ἀναλωθέντι· εἰ δὲ μὴ, κενώσιας εἶμεν. ὅπερ ἀμάχανον. οὐδὲ γὰρ ἔτι * εἴη κασσύρροον καὶ ἓν τὸ ζῶον, διαιρουμένω τῶ σκάνεος ὑπὸ τῶ κενῶ. ἁ δ' ὁμοία ὀργανοποιΐα γίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων, κατὰ τὰν τᾶς ἀναπνοᾶς ἀναλογίαν. ἁ γὰρ σικύα καὶ τὸ ἤλεκτρον, εἰκόνες ἀναπνοᾶς ἐντί. ῥεῖ γὰρ διὰ τῶ σώματος ἔξω θύραζε τὰ πνεύματα, ἀντεπεισάγεται δὲ διὰ τᾶς ἀναπνοᾶς τῷ τε στόματι καὶ ταῖς ῥισίν· εἶτα πάλιν, οἷα εὔριπος, ἀντεπιφέρεται εἰς τὸ σῶμα. τὸ δὲ ἀνατείνεται κατὰ τὰς ἐκροάς. ἁ δὲ σικύα, ἀπαναλωθέντος ἀπὸ τῶ πυρὸς τῶ ἀέρος, ἐφέλκεται τὸ ὑγρόν· τὸ δ' ἤλεκτρον, ἐκκριθέντος τῶ πνεύματος, ἀναλαμβάνει τὸ ὅμοιον σῶμα. Τροφὰ δὲ πᾶσα, ἀπὸ ῥίζας μὲν τᾶς καρδίας, παγᾶς δὲ τᾶς κοιλίας, ἐπάγεται τῷ σώματι· ὃ καὶ εἴκα πλείω τᾶς ἀπορρεοίσας ἐπάρδοιτο, αὔξα λέγεται· εἴκα δὲ μείω, φθίσις. ἁ δ' ἀκμὰ

For. εἴη κασσύρροον. aut certè post particulam καὶ aliud quodpiam hujusmodi vocabulum scriptum fuit.

fit quum nihil vacui in natura sit: aër autem per oscula quæ videri non possunt, & attrahitur, & influit in ejus vicem qui effluxit. ex illis etiam meatibus mador sudórque perspicuè existit in suprema cutis parte. Jam quum & aliquid de ipso à naturali calore absumatur, necesse est vicissim introduci æqualem motum ejus qui consumptus est. quod nisi fieret, vacuum aliquid daretur in rerum natura: quod fieri nullo modo potest. non enim perpetuo illo motu quo solet animal quasi fluere, vires suas reficere atque instaurare posset, ut unum videlicet perduret, si corporis tabernaculum à vacuo divideretur. Similis autem instrumentorum solet esse molitio, & in ipsis quidem inanimis, ex ea respirationis reciproca proportione. cucurbitula enim & succinum imagines sunt respirationis. nam fluunt per corpus foras spiritus, vicissim autem introducuntur per respirationem & ore & naribus. deinde rursus, velut Euripus, vicissim feruntur in corpus. illud verò secundum influxiones distenditur. At cucurbitula consumpto igne ab aëre, attrahit humorem: succinum verò excreto spiritu, suscipit simile corpus. Omne verò alimentum à radice quidem cordis, à fonte verò ventriculi in corpus inducitur. quod etiam, si plus irrigatur quàm defluat, Incrementum dicitur: si verò minus, Imminutio. Vigor autem

μεθό-

μεθόριον τουτέων ἐστὶ, καὶ ἐν ἰσότατι ἀποῤῥοᾶς καὶ ἐπιῤῥοᾶς νοέεται. λυομένων δὲ τῶν ἁρμῶν τᾶς συστάσιος, αἴκα μηκέτι δίοδος ᾖ πνεύματι, ἢ τροφὰ μὴ διαδίδοται, θνάσκει τὸ ζῶον. πολλαὶ δὲ κᾶρες ζωᾶς καὶ θανάτου αἰτίαι. ἓν δὲ γένος νόσος ὀνυμαίνεται. νόσων δ᾽ ἀρχαὶ μὲν, αἱ τᾶν πράτων δυναμίων ἀσυμμετρίαι, εἴκα πλεονάζοιεν ἢ ἐλλείποιεν ταὶ ἁπλαῖ δυνάμιες, θερμότας, ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας, ἢ ξηρότας. μετὰ δὲ ταύτας, αἱ τῶ αἵματος τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσιες, ἐκ διαφθορᾶς, καὶ * αἱ τᾶς σαρκὸς ταχομένας κακώσιες· αἴκα κατ᾽ ἰδίας μεταβολὰς, ἐπὶ τὸ ὀξὺ ἢ ἁλμυρὸν ἢ δριμὺ τροπαὶ αἵματος, ἢ σαρκὸς τακεδόνες γένοιντο. χολᾶς γὰρ αἱ γενέσιες καὶ φλέγματος, ἐνθένδε. χυμοὶ νοσώδεες, καὶ ὑγρῶν σάψιες, ἀμαυραὶ μὲν, αἱ μὴ ἐν βάθει· χαλεπαὶ δ᾽ ὧν ἀρχαὶ γίνωνται ἐξ ὀστέων· ἀνιαραὶ δὲ, ἐκ μυελῶ ἐξαπτόμεναι. τελευταῖα δὲ νόσων ἐντὶ, πνεῦμα, χολὰ, φλέγμα, αὐξόμενα, καὶ ῥέοντα εἰς χώρας ἀλλοτρίας, ἢ τόπως * ἐπικαιρίως. τόκα γὰρ ἀντικαταλαμβάνοντα τὰν τῶν καῤῥόνων χώραν, καὶ ἀπελάσαντα τὰ συγγενέα, ἱδρύεται κακοῦντα τὰ σώματα, καὶ ἐς αὐτὰ ταῦτα * ἀναλύονται· καὶ σώματος μὲν

In præced. edit. αἰτίας.

γρ. ἐπὶ καιρίως.

γρ. ἀναλύοντα.

in horum confinio consistit, & in defluxionis ac influxionis æqualitate intelligitur. Quum autem constitutionis compages dissolvuntur, si non ampliùs transitus est spiritui, aut alimentum minimè distribuitur, animal interit. Multæ verò sunt pestes & noxæ vitæ, & mortis causæ. unum autem genus nominatur Morbus. morborum verò princeps & primaria causa, est primarum facultatum intemperies atque perturbatio: si videlicet simplices facultates vel redundarint vel defecerint: caliditas nimirum, frigiditas, humiditas aut siccitas. Post has autem sunt sanguinis mutationes & alterationes ex corruptione, & depravationes carnis tabidæ: si vicissitudinum alternationibus ad acidum vel salsum aut acre, sanguinis alterationes aut carnis tabes existant. Hinc enim bilis & pituitæ origines, humores morbosi & humorum putrefactiones, tenues quidem, si in profundo sint: [curatu] difficiles, quorum principia ex ossibus generantur: molestæ verò [ipso sensu] quæ ex medulla accenduntur. Postremi autem sunt morbi, Spiritus, bilis, pituita: dum & augentur & influunt in sedes alienas, vel locos corporis principales. tunc enim meliorem locum occupant, cognatísque depulsis sedes figunt, & afflictis corporibus in hæc ipsa dissolvuntur. [1.] Et corporis

[1.] De corporis & animi morbis, pag. LXXXI, &c.

μὲν

μὲν πάθεα τάδε, καὶ ἐκ τῶνδε ψυχᾶς νόσοι ἐντὶ πολλαί. * ἄλλαι δ' ἄλλων δυναμίων ἐντί· αἰσθητικᾶς μὲν, δυσαισθησία· μναμονικᾶς δὲ, λάθα· ὁρμητικᾶς δὲ, ἀνορεξία, καὶ ἀπροπέτεια· παθητικᾶς δὲ, ἄγρεια πάθεά τε καὶ λύσσαι οἰστρώδεες· λογικᾶς δὲ, ἀμαθία καὶ * ἀφροσύνα. ἀρχαὶ δὲ κακίας, ἁδοναὶ καὶ λῦπαι, ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, ἐξαμμέναι μὲν ἐκ σώματος, ἀνακεκραμέναι δὲ τᾷ ψυχᾷ, καὶ ἐξαγγελλόμεναι ὀνόμασι ποικίλοις· ἔρωτες γὰρ καὶ πόθοι, ἵμεροί τε ἔκλυτοι, ὀργαί τε σύντονοι, καὶ θυμοὶ βαρεῖς, ἐπιθυμίαι τε ποικίλαι, καὶ ἁδοναὶ ἄμετροι ἐντί. ἁπλῶς δὲ, ἀτόπως ἔχειν ποτὶ τὰ πάθη, καὶ ἄρχεσθαι, πέρας ἀρετᾶς καὶ κακίας ἐστί. τὸ γὰρ πλεονάζειν ἐν ταύταις, ἢ κάῤῥονα αὐτᾶν εἶμεν, εὖ ἢ κακῶς ἄμμε διατίθησι. ποτὶ δὲ ταύτας τὰς ὁρμὰς μεγάλα μὲν συνεργεῖν δύνανται αἱ τῶν σωμάτων κράσιες, ὀξεῖαι ἢ θερμαὶ, ἢ ἄλλοι ἀλλοῖαι γινόμεναι, ἔς τε μελαγχολίας καὶ λαγνείας λαβροτάτας ἄγοισαι ἄμμε. καὶ ὀδματιζόμενα μέρεα * δαξασμὼς ποιεῦντι καὶ μορφὰς φλεγμαινόντων σωμάτων μᾶλλον ἢ ὑγιαινόντων· δι' ὧν δυσθυμίαι καὶ λῆθαι, παραφροσύναι

Legitur etiam ἄλλα, ut referatur ad πάθεα.

γρ. ἰκφροσύνα.

Scribendum puto ἰδαξασμώς.

quidem hæ ſunt affectiones; & ex his animi complures morbi exiſtunt: ſed alii alias habent poteſtates: Sentiendi quidem facultatem, ſtupor: memoriæ vim, oblivio: appetendi ſtomachi faſtidium, vel nimius appetitionis ardor: patiendi, feræ affectiones & œſtro percitæ rabies: rationis participem animi facultatem, indocilitas, imperitia & inſipientia. Vitioſitatis autem principia ſunt, Voluptates & dolores, cupiditates & timores, ex corpore quidem accenſæ, ſed in animam quaſi immixtæ: ac proinde ex variis effectis varias ſortiuntur appellationes. Nam amores, deſideria, diſſolutæ cupidines, iræ concitatæ, graves excandeſcentiæ, cupiditates variæ, cupiditates denique infinitæ ex his motibus animo exiſtunt. In ſumma verò, ità comparatum eſſe ut importuno quodam & abſurdo cupiditatum imperio animus ſubjiciatur, eſt Virtutis & vitii terminus. nam in his vel multum eſſe vel ſuperiorem, nos vel bene vel malè affectos reddit. Ad hos animi impetus multum afferunt adjumenti corporis temperamenta, quæ vel vehementia fuerint & fervida, vel alio quopiam modo affecta atque compoſita, prout varii ſunt multiplicéſque motus: & ad atras biles & effuſiſſimas libidines nos abripiunt. Fluxionibus autem illis irritatæ quædam partes inducunt acres morſus, formáſq; tumeſcentiũ potiùs quàm ſanorum corporum: per quas triſtitiæ & obliviones, & deſipientiæ

τε

τε καὶ πλοῖαι ἀπεργάζονται. ἱκανὰ δὲ τὰ ἔθεα, ἐν οἷς ἂν ἐντραφῶσι κατὰ πόλιν ἢ οἶκον, καὶ ἁ καθ' ἁμέραν δίαιτα, θρύπτοισα τὰν ψυχὰν, ἢ ῥωννῦσα ποτ' ἀλκάν. ταὶ γὰρ θυραυλίαι, καὶ ἁπλαὶ τροφαὶ, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ ἤθεα τῶν συνόντων, τὰ μέγιστα δύνανται ποτὶ ἀρετὰν καὶ ποτὶ κακίαν. καὶ ταῦτα μὲν αἴτια ἐκ τῶν γενετόρων καὶ στοιχείων ἐπάγεται μᾶλλον ἢ ἐξ ἁμέων, ὅτι μὴ * ἀργεία ἐστὶν, ἀφισταμένων ἁμῶν τῶν ποθακόντων ἔργων. ποτὶ δὲ τὸ εὖ ἔχειν τὸ ζῶον, δεῖ τὸ σῶμα ἔχειν τὰς ὑπ' αὐτῶ ἀρετὰς, ὑγείαν τε καὶ εὐαισθησίαν, ἰσχύν τε καὶ κάλλος. ἀρχαὶ δὲ κάλλεος, συμμετρία ποτί τε αὐτὰ τὰ μέρεα καὶ ποτὶ τὰν ψυχάν· ἁ γὰρ φύσις οἷον ὄργανον ἁρμόξατο τὸ σκᾶνος, ὑπακουόν τε εἶμεν καὶ ἐναρμόνιον ταῖς τῶν βίων ὑποθέσεσι. δεῖ δὲ καὶ τὰν ψυχὰν ῥυθμίζεσθαι ποτὶ τὰς ἀναλόγως ἀρετάς· ποτὶ μὲν σωφροσύναν, οἷον ποτὶ ὑγείαν τὸ σῶμα· ποτὶ δὲ φρόνασιν, οἷον ποτὶ εὐαισθησίαν· ποτὶ δ' ἀνδρείαν, οἷον ποτὶ ῥώμαν καὶ ἰσχύν· ποτὶ δὲ δικαιοσύναν, οἷον ποτὶ κάλλος τὸ

Invenitur & ἄρτια ἐστίν. Illa autē altera scriptura stare videtur non posse nisi ει mutetur in ι, simúlque pro ποθακόντων aliud scribatur.

& consternationes incidunt. Multum etiam possunt consuetudines quibus quis vel in ea civitate vel eâ familia in qua & natus & educatus fuerit, sese conformârit. Accedit quotidiana vivendi ratio, animum vel frangens atque effœminans, vel contrà ad gravitatem fortitudinémque corroborans. nam & sub dio vitam agere, simplex tenuísque alimentorum ratio, exercitationes, mores denique eorum cum quibus verseris, magnum habent sive ad virtutem sive ad vitium momentum. Vitiositas verò è parentibus nostris & elementis potiùs oritur quàm ex incuria & publicorum morum intemperie: [quum videlicet ità simus comparati] ut ab illis actionibus quæ nos ad primævas illas parentum nostrorum labes adducunt, nunquam abscedamus. [1.] Cæterùm, ut bene se habeat animal, eo corpore debet esse præditum, quod eas virtutes quibus sanitas, sensuum subtilitas, robur, pulchritudo denique constare ei possit, cumulatè complectatur. Pulchritudinis principia sunt, partium congruentia atque concinnitas, quæ & secum & cum animo ipso aptè conspirent atque conveniant. Natura enim hoc corporis tabernaculum veluti instrumentum composuit, ut & obediens sit, & ad omnes vitæ rationes concinno quodam aptóque modo par esse possit. Animus quoque ad convenientes virtutes conformandus est atque instituendus: nimirum ad temperantiam, veluti corpus ad sanitatem: ad prudentiam verò, veluti ad sensuum subtilitatem: ad fortitudinem, veluti ad robur & vires: ad justitiam, veluti corpus ad pulchritudinem.

[1.] De corporis & animi remediis, pag. LXXXVIII, &c.

σῶμα.

σῶμα τουτέων δέ, ἀρχαὶ μὲν ἐκ φύσεως· μέσα δὲ καὶ πέρατα, ἐξ ἐπιμελείας· σώματός τε, διὰ γυμναστικᾶς καὶ ἰατρικᾶς· ψυχᾶς δέ, διὰ παιδείας καὶ φιλοσοφίας. αὗται γὰρ ταὶ δυνάμιες τρέφοισαι καὶ τονοῖσαι καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς διὰ πόνων καὶ γυμνασίων, καὶ διαίτας καθαρότατος, ταὶ μὲν διὰ φαρμακειᾶν, ταὶ δὲ παιδευτικαὶ τᾶν ψυχᾶν, διὰ κολασίων καὶ ἐπιπλαξίων. ῥωννύουσι γάρ, διὰ προτροπᾶν ἐγείροισαι τὰν ὁρμάν, καὶ ἐγκελευόμεναι τὰ ποτίφορα * ποτὶ ἔργα. ἀλειπτικὰ μὲν ὦν, καὶ ἁ ταύτᾳ συγγενεστάτα ἰατρικά, σώματα ταχθεῖσα θεραπεύεν, ἐς τὰν κρατίσταν ἁρμονίαν ἄγοισα τὰς δυνάμιας, τό, τε αἷμα καθαρὸν καὶ τὸ πνεῦμα σύρροον ἀπεργάζεται· ἵν' εἰ καί τι νοσῶδες ὑπογένοιτο, κράτος αὐτοῦ ἔχοιεν ἐρρωμέναι ταὶ δυνάμιες αἵματος καὶ πνεύματος. μωσικὰ δέ, καὶ ἁ ταύτας ἁγεμὼν φιλοσοφία, ἐπὶ τᾷ τᾶς ψυχᾶς ἐπανορθώσει ταχθεῖσαι ὑπὸ θεῶν τε καὶ νόμων, ἐθίζοντι καὶ πείθοντι, τὰ δὲ καὶ ποταναγκάζοντι, τὸ μὲν ἄλογον τῷ λογικῷ πείθεσθαι· τῶ δ' ἀλόγω θυμὸν μὲν πρᾶον εἶμεν, ἐπιθυμίαν δὲ ἐν ἀρεμήσει· ὡς μὴ δίχα λόγω κινέεσθαι, μηδὲ μὰν ἀτρεμίζειν τῶ νῶ ἐκκαλεομένω ἢ ποτὶ ἔργα ἢ ποτὶ ἀπολαύσιας. οὗτος γάρ ἐστιν ὅρος σωφροσύνας, εὐπείθειά τε καὶ καρτερεία. καὶ σύνεσις,

γρ. ποτὶ ἔργα. Alioqui potius ποτὶ scribendũ, sicut & paulo pòst scriptũ est.

Harum Virtutum primordia quidem sunt ex natura: media verò & fines, ex diligentia: in corpore videlicet, gymnastices adjumento & medicinæ: in animo autem eruditionis & philosophiæ beneficio. Hæ enim facultates nutriunt & roborant tum animos tum corpora, laboribus, exercitationibus, puráq; victus ratione: adhibitis partim medicamentis ad corpus reficiendum atque instaurandum, partim animi institutione, castigationibus & reprehensionibus. corroborant enim animum, dum cohortationum aculeis illius impetum exsuscitant, & ad commodas fructuosásque actiones impellunt. Unctoria igitur ars, & quæ huic cognata est Medicina, corporibus curandis destinata est: ádque optimam harmoniam facultates illas adducens, purum sanguinem spiritúmque expeditè fluentem reddit: ut siquid etiam morbosum subsit, validis illis sanguinis spiritúsque facultatibus id valeant pervincere atque profligare. Jam verò Musica & hujus dux Philosophia ad animi emendationem à diis legibúsque constitutæ assuefaciunt & suadent & cogunt partem animi expertem rationis obtemperare rationi: ei autem parti quæ sit expers rationis, mansuetam esse cicurámque Iram: Cupiditatem, quiescere: hactenus videlicet ut ipsæ nec absque ratione moveantur, nec contrà quiescant, quũ ipsas Mens vel ad actiones vel ad fructum voluptatis provocaverit. Ille enim est temperantiæ terminus, Obedientia & tolerantia. Sed & intelligentia

xai

καὶ ἁ πρεσβῦστα φιλοσοφία, ἀποκαθαραμέναι * ψεύδεα, ἐνέθηκαν τὰν ἐπιστήμαν, ἀνακαλεσάμεναι τὸν νόον ἐκ μεγάλας τᾶς ἀγνοίας, χαλάσασαι ἐς ὄψιν τῶν θείων· τοῖς ἐνδιατρίβεν σὺν αὐταρκείᾳ τε ποτ᾽ ἀνθρώπεια καὶ συνεργίᾳ, ἐπὶ τὸν σύμμετρον βίω χρόνον, εὐδαιμόν ἐστιν. ὅτῳ μὲν ὁ δαίμων μοίρας τᾶς δ᾽ ἔλαχε, δι᾽ ἀλαθεστάταν δόξαν ἄγεται ἐπὶ τὸν εὐδαιμονέστατον βίον· εἰ δέ κά τις σκλαρὸς καὶ ἀπειθὴς, τούτῳ δ᾽ ἑπέσθω κόλασις ἅ τ᾽ ἐκ τῶν νόμων καὶ ἁ ἐκ τῶν λόγων συντόνα ἐπάγοισα δείματά τε ἐπουράνια καὶ τὰ καθ᾽ ᾅδεω, ὅτι κολάσιες ἀπαραίτητοι ἀπόκεινται δυσδαίμοσι νερτέροις· καὶ τἆλλα ὅσα ἐπαινέω τὸν Ἰωνικὸν ποιητὰν ἐκ παλαιᾶς ποιεῦντα τὼς ἐναγέως. ὡς γὰρ τὰ σώματα νοσώδεσι πόκα ὑγιάζομες, εἴκα μὴ εἴκῃ τοῖς ὑγιεινοτάτοις, οὕτω τὰς ψυχὰς ἀπείργομες ψευδέσι λόγοις, εἴ κα μὴ ἄγηται ἀλαθέσι. λέγοιντο δ᾽ ἀναγκαίως καὶ τιμωρίαι ξέναι, ὡς μετενδυομέναν τᾶν ψυχᾶν, τῶν μὲν δειλῶν, ἐς γυναικέα σκάνεα, ποθ᾽ ὕβριν ἐκδιδόμενα· τῶν δὲ μιαιφόνων, ἐς θηρίων σώματα, ποτὶ κόλασιν· λάγνων δ᾽ ἐς συῶν ἢ κάπρων μορφάς· κούφων δὲ καὶ

* γρ. ψευδίας δόξας.

& antiqua illa auguſtáque philoſophia mentem mendacibus inanibúſque opinionibus expurgatam, & ex magna ignorantia revocatam Scientiæ dedicarunt, eámque ad rerum divinarum contemplationem erexerunt. In quarum rerum cognitione ſiquis ità verſetur ut animum gerat ſuâ ſorte contentum, humanóſque caſus ſub ſe poſitos habeat, & in hac animi æquitate quaſi ſecundo flumine ad moderatam temperatámque vitam aſpiret, is profectò viam ingreſſus eſt certæ felicitatis. Et certè is cui Deus has ſortes attribuerit, per veriſſimam opinionem ad feliciſſimam vitam deducitur. ſi quis contrà durus, & præfractus fuerit, nec ſanctiſſimis illis præceptis voluerit parere, eum pœna conſequetur tum ex legibus tum ex illorum ſermonum vocibus quæ & cœleſtes & infernas pœnas denuntiant: Infelices videlicet manes implacabilia ſupplicia manere: & alia quæ Ionicus poëta ſcripſit ex vetere memoria repetita, ex quorum auditu animos hominum voluit ad religionem puritatémq; informare, quo ſanè nomine illius conſilium probo. quemadmodum enim corpora remediis quibuſdam morboſis ſanamus, niſi cedant ſaluberrimis, ità & animos falſis ſermonibus coërcemus, niſi ducantur veris. Hac igitur de cauſa hoc concedatur, quòd neceſſariò commemorentur peregrina ſupplicia, quaſi animæ commigrent ultrò citróque in varia corpora: ignavorum quidem, in corpora muliebria, corporibus tributis ad ignominiam: homicidarum, in ferarum corpora, ad pœnam & ſupplicium: libidinoſorum, in ſuum vel aprorum formas: levium &

μετεώ-

μετεώρων, ἐς πτανῶν ἀεροπόρων· ἀργῶν δὲ καὶ ἀπρήκτων, ἀμαθῶν τε καὶ ἀνοήτων, ἐς τὰν τῶν ἐνύδρων ἰδέαν. ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευτέρᾳ περιόδῳ ἁ Νέμεσις συνδιέκρινε, σὺν δαίμοσι παλαμναίοις χθονίοις τε, τοῖς ἐπόπταις τῶν ἀνθρωπίνων· οἷς ὁ πάντων ἁγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμω συμπεπληρωμένω ἐκ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων· τῶν τε ἄλλων ζώων, ὅσα δεδαμιούργηνται ποτ' εἰκόνα τὰν ἀρίσταν εἴδεος * ἀγεννάτω καὶ αἰωνίω.

γρ. αἰωνίω καὶ νοητῶ.

temerariorum hominum, in species volantium animantium, quæ in aëre solent versari: segnium denique, otiosorum, imperitorum, stolidorum, in aquatilium speciem. Omnia autem hæc in secundo circuitu Nemesis certo judicio rata fixáque esse voluit, cum infernarum illarum furiarum numinibus: quibus humanarum rerum inspectionē summus ille Deus, omnium imperator atq; præses, attribuit: quibus etiam gubernationem mundi commisit. qui quidem mundus & diis & hominibus & cæteris animantibus constat, absolutâ planè omnibúsque numeris cumulatâ ratione. Et hæc quidem omnia ad optimam illam ingenitæ, æternæ, intelligibilis formæ imaginem fuerunt creata.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

DEMOPHILI,
DEMOCRATIS,
ET SECUNDI,

Veterum Philoſophorum

SENTENTIÆ MORALES

A LUCA HOLSTENIO Editæ.

Juxta exemplar Romæ impreſſum.

Editio ſecunda accuratior.



CANTABRIGIÆ:

Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,
Impenſis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

Illuſtriſſ. & Excellentiſſ.

ROMANÆ JUVENTUTIS PRINCIPIBUS CAROLO & MAPHÆO

Fratribus Barberinis

LUCAS HOLSTENIUS S.

ANtiquitatis reverentia, quam neſcio an genius meus an aliorum perſuaſio rudi adhuc & tenello animo impreſſerat, non ſolum id effecit, ut in omni ſtudiorum genere veteres ſapientiæ magiſtros recentioribus præferrem, & in ſcriptis eorum, quæ publicè extant, evolvendis operam tempúſque collocarem; ſed etiam ut nonnulla vulgo neglecta atque ignorata in bibliothecarum pulvere conquirerem, quibus ſcientiarum & ſapientiæ fundum inſtructiorem reddi poſſe exiſtimabam. Qua in re idem mihi, quod pingendi fingendíque artem profeſſis, uſuveniſſe ſentio; qui pulcherrima antiquorum opera, ad noſtram uſque ætatem conſervata, non ſolùm inſpiciunt ſtudiosè, atque imitando exprimunt; ſed ex veterum inſuper ædificiorum ruinis novas ſubinde ſtatuas & ſigna eruunt, iíſque pergulas & officinas exornant. Meos autem hac in re conatus fortè res ipſa teſtabitur, ubi quæ hactenus ſub Emin[mi]. Cardinalis Barberini Patrui veſtri munificentiſſimo patrocinio elaboravi, in lucem uſúmque publicum proferentur. Interim dum majora molior, exiguum hunc ſententiarum libellum Vobis offero: quem ſi neque graviſſimorum præceptorum pondus, neque nativus ille & rotundus Græci ſermonis lepor, nec mea qualiſcunque in vertendo & expoliendo opera, ſaltem officii erga Vos opportunitas commendabit. Eâ enim ætate nunc eſtis, quæ & politioribus literis excoli ad humanitatem, & præceptis ſeverioribus ad virtutem informari incipit:

 cipit:

cipit: dum animus prævio quodam ſucco ad Sapientiæ purpuram tenaciſſimè combibendam præparatur. Quam in rem quid commodius hiſce veterum de virtute atque optima vitæ ratione ſententiis à me adferri potuit? Sunt enim & prudenter atque acutè à ſapientiſſimis viris excogitatæ, & verbis elegantiſſimis ac concinno orationis ambitu ità comprehenſæ, ut facilè ſubeant animum, & ſine ſupercilio pariter atque adulatione quid rectum pulchrúmque oſtendant; quid ſequendum, quid fugiendum moneant. Vobis autem jure merito quidquid hoc libelli eſt debetur, domi veſtræ & in veſtra bibliotheca natum. Veſtram dico, quam patruus magnus, Pontifex ſanctitate & doctrinâ maximus, Vobis atque univerſæ familiæ Barberinæ virtutis & ſapientiæ officinam inſtruxit; & Franciſcus Cardinalis patruus veſtri amantiſſimus ita locupletavit, ut pleraſque celebriores orbis bibliothecas ſuperet, paucis cedat. Cæterùm ſi quis id mihi vitio vertendum duxerit, quòd Vobis circa prima Latini ſermonis rudimenta nunc occupatis Græca hæc præfeſtinè ingeram, huic ego clypeum Minervæ, hoc eſt, utriuſque Patrui auctoritatem obtendo. Qui cùm ſupremæ dignitatis apicem à Græcis literis non exiguum ſplendorem mutuari exiſtiment, non ſolùm ipſi eas amant colúntque impenſiſſimè; ſed & Vos jam indè à teneris iiſdem imbui ſeriò cupiunt: eâ ſcilicet ſpe, ut virtutis flore, quem generoſa indoles veſtra promittere cæpit, aſſiduo ſtudio in ſolidum fructum adoleſcente, ſapientiæ gloriam Barberinæ domui ab aliquot ſeculis hæreditariam porrò propagetis. Romæ, Non. Decemb. MDCXXXVIII.

BENE-

BENEVOLE

LECTOR,

Paucis te in limine de opusculis hisce quæ nunc evulgantur monendum duxi. Demophilus Pythagoricarum sententiarum collector quis aut cujas fuerit, quáve ætate vixerit juxtà cum ignarissimis ignoro: neque enim hoc nomine apud veteres ullum scriptorem laudatum memini, præter unum mathematicum, cujus nescio quæ scholia Porphyriana in tetrabiblum Ptolemæi introductioni inserta leguntur. Nam alterum CP. Episcopum, ob solam dogmatis impietatem à Suida commemoratum, pro indicto habuerim. Priori illi si quis hanc collectionem tribuere velit, non repugnaverim: cùm non pauci ex posterioribus Pythagoreis & Platonicis, ut cæteras curiosas artes, ità apotelesmaticam studiosè fuerint scrutati. Ipse autem libellus bipertitus est: cujus prior pars sententias ex similitudine ductas, hoc est, γνωμικὰ ὁμοιώματα, ut Iamblichus lib. 2. cap. 2. vocat; altera gnomas, seu sententias meras continet: quarum quot genera & quis usus apud Pythagoreos fuerit, cùm ex eodem Iamblicho lib. 1. cap. 18. & 22. cognoveris, id persuasissimum, puto, habebis, vera & γνήσια hæc esse Italicæ scholæ apophthegmata. Democratis verò ætatem, patriam, & sectam vetustissimus Ionici sermonis character ostendit. Ejus dicta & sententias nonnullas Stobæus & Antonius proferunt; apud quos sæpius cum Democrito librariorum imperitiâ confunditur: quorum error in tanta rerum antiquarum ignoratione haud facilè emendari potest. Plutarchus quoque in politicis præceptis Democratis cujusdam meminit, qui in Atheniensi republica versabatur circa olymp. cx. neque ab hoc fortasse diversus est ille, quem ab Epicuro ob libros transcriptos exagitatum in libello contra Epicurum idem Plutarchus refert. De Secundo omnia

nobis certiora faciunt Philostratus, Suidas, & sequioris ævi scriptor Vincentius Belloacensis meliores hac in re auctores secutus. Suidas autem planè absurdo & puerili errore Atheniensem hunc sophistam cum C. Plinio Secundo clarissimo scriptore Romano confundit. Eum porro errorem alio haud leviori oscitantes librarii cumulârunt, dum pro Herode nobili item sophista nobis substituerunt Herodotum. Atque ut Suidam ex Philostrato emendare in promptu est, ita vicissim apud hunc ex Suida Secundi cognomen restituendum, & pro ὀπίσθυρος, *ὀπίουρος legendum existimo: ea enim vox clavum ligneum seu paxillum significans fabri filio haud malè joculari appellatione tribui videtur. Addam & hoc, brevem illam & argutam Secundi declamatiunculam malè acceptam à Philostrati interprete, ita distingui vertíque debere, ut à nobis editur. Ex ea liquidò apparet gnomas hasce, vel potiùs ænigmata, verum & genuinum Sophistæ illius arguti &* βραχυλόγου *fœtum esse: de quo post Antonii & Vincentii testimonia dubitare non licet. Ineptissimam verò narrationem, quam adtexit Vincentius de pertinaci silentio, quod Secundus sibi indixerat, cùm nugacis & inficeti seculi genium redoleat, huic opusculo inserere religio mihi fuit: potest enim vel apud ipsum, vel apud G. Barthium legi, qui ex vetustis membranis in magnum Adversariorum opus lib. 15. c. 17. retulit. Tandem si & hoc scire aves, Demophilum Vaticanæ, Democratem Barberinæ, Secundum Regiæ Parisiensi bibliothecæ debes.*

D E-

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ ἘΚ ΤΩ͂Ν ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ Ὁμοίωματα, ἢ Βίου θεραπεία.

ΟΙΚΕΝ ἡ κολακεία γραπτῇ πανοπλίᾳ· διὸ τέρψιν μὲν ἔχει, χρείαν δὲ οὐδεμίαν παρέχεται.

Ἡ παιδεία ὁμοία ἐστὶ χρυσῷ στεφάνῳ· καὶ γὰρ τιμὴν ἔχει καὶ τὸ λυσιτελές.

[1.] Οἱ ἐλαφροὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ τὰ κενὰ τῶν ἀγγείων, εὐβάστακτοι τοῖς ὠταρίοις εἰσίν.

Ὁ βίος ὥσπερ ὄργανον ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει ἁρμοζόμενος ἡδίων γίνεται.

Ὁ λόγος ὥσπερ πλάστης ἀγαθὸς καλὸν τῇ ψυχῇ περιτίθησι σχῆμα.

Ὁ τῶν σοφῶν νοῦς, ὥσπερ χρυσὸς, βάρος ἔχει μέγιστον.

Τῆς ἀλαζονείας, καθάπερ τῶν κεχρυσωμένων ὅπλων, οὐχ ὅμοιά ἐστι τὰ ἔνδον τοῖς ἐκτός.

Μύρῳ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει ὁ λόγος· κάμνοντας γὰρ ἡμᾶς ὠφελεῖ, καλῶς δὲ πράσσοντας εὐφραίνει.

DEMOPHILI SIMILITUDINES, *Seu Vitæ curatio ex Pythagoreis.*

ADULATIO pictæ armaturæ similis est; ideóque oblectamentum quidem adfert, sed usum nullum præbet.

Eruditio similis est coronæ aureæ, quæ honorem simul cum pretio conjunctum habet.

Homines vani & leves, quemadmodum vasa inania, facillimè auribus prehensi ducuntur.

Vita musici instrumenti instar remissione & intentione temperata suavior redditur.

Ratio ad instar boni fictoris egregiam figuram animo inducit.

Mens sapientum ad instar auri ponderis quamplurimum habet.

Jactantiæ, perinde ut armorum deauratorum, interna externis haudquaquam respondent.

Eadem orationis virtus atque unguenti: nam & malè affectos nos juvat, & bene habentes oblectat.

[1.] Οἱ ἐλαφροὶ] ita Plutarchus in præceptis polit. τὸν μὲν λύκον οὔ φασι τῶν ὤτων κρατεῖν· δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐκ τῶν ὤτων ἄγειν δεῖ μάλιστα.

Φαύλου ἀνδρὸς, καθάπερ κυνὸς κακοῦ, μᾶλλον δεῖ τὴν σιγὴν ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι.

Hominis improbi, haud ſecus ac mali canis, ſilentium magis quàm vox cavenda.

Οὔτε τῇ γαμετῇ πρέπον τὴν ἑταίραν, οὔτε τῇ φιλίᾳ τὴν κολακείαν προτιμεῖσθαι.

Neque uxori amica, neque amicitiæ adulatio præferenda.

Οἱ ἀδολέσχαι, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, τῷ συνεχεῖ τῆς λαλιᾶς τὴν ἡδονὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσιν.

Homines garruli hirundinum inſtar continuâ loquacitate converſationis voluptatem perdunt.

Τοὺς μὲν κακοὺς ἀσεβήσαντας, τοὺς δ' ἀνοήτους καὶ θρασεῖς γηράσαντας, αἱ τῶν ἁμαρτημάτων συνδιώκουσιν ἐριννύες.

Homines malos in impietatem prolapſos, dementes verò & protervos ſenectute provectos peccatorum furiæ exagitant.

Τὸν πεπαιδευμένον ὥσπερ ἐκ συμποσίου τοῦ βίου εὐσχημονοῦντα δεῖ ἀναλύειν.

Sapienti ex vita, veluti ex convivio, modeſtè diſcedendum.

Λιμὴν μὲν πλοίῳ ὅρμος, βίῳ δὲ φιλία.

Navi quidem portus, vitæ autem amicitia ſtatio eſt.

[2.] Πατρὸς ἐπιτίμησις ἡδὺ φάρμακον· πλεῖον γὰρ ἔχει τὸ ὠφελοῦν τοῦ δάκνοντος.

Parentis objurgatio dulce pharmacum eſt: plus enim habet quod juvet, quàm quod mordeat.

Τὸν σπουδαῖον ἄνδρα, καθάπερ παλαιστὴν ἀγαθὸν, δεῖ πρὸς τὴν ἀνταγωνιζομένην τύχην τὰ βάρη μεταφέρειν.

Virum bonum boni luctatoris inſtar adverſanti fortunæ totâ corporis mole obniti decet.

[3.] Ἡ αὐτάρκεια, καθάπερ ὁδὸς βραχεῖα καὶ ἐπιτερπὴς, χάριν μὲν ἔχει μεγάλην, κόπον δὲ μικρόν.

Frugalitas brevis & jucundæ viæ inſtar multum gratiæ, defatigationis parùm habet.

Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς, οἱ δ' ὀξεῖς θυμοὶ τοῖς λογισμοῖς μετάγονται.

Equi contumaces frenis, animi ad iracundiam proni rationibus ducuntur.

Τῷ γελοίῳ καθάπερ ἁλὶ πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι.

Joco ſalis inſtar parcè utendum.

[2.] Πατρὸς ἐπιτίμησις] ſic Stobæus ſer. 81. ſed in Meliſſa cap. 125. πατρὸς ὕβρις legitur.

[3.] Ἡ αὐτάρκεια] MS. Vat. in fine huius ſententiæ legit. τόπον δὲ μικρόν. nullo ſenſu. unde cùm apud Stobæum ſer. 5. πόνον ſcriptum ſit, non dubitavi κόπον hoc loco ſubſtituere.

Καὶ

[4.] Καὶ ὑπόδημα καὶ βίος ἁρμόττων ὁ ἀλυπότερος.

Et calceus & fortunæ modus aptè quadrans minùs molestiarum habet.

Αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι οὐσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν.

Vestes talares corpora, opes immoderatæ animos impediunt.

Τοῖς μὲν σταδιοδρομοῦσιν ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βραβεῖον τῆς νίκης, τοῖς δὲ φιλοπονήσασιν ἐπὶ τοῦ γήρως τὸ πρωτεῖον τῆς φρονήσεως ἀπόκειται.

Stadii cursoribus victoriæ præmium in meta, studiosis autem prudentiæ palma in senectute reposita est.

[5.] Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν τὸν κατασπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὡς πατρίδα.

Voluptates Sirenum instar prætereundæ sunt ei, qui virtutem tanquam patriam visere cupit.

[6.] Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίαις φρονοῦντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἑτοιμάζουσι βοηθήματα.

Ut secundâ tempestate navigantes etiam adversæ præsidia in promptu habent; ita viri sapientes in rebus secundis etiam adversæ fortunæ remedia sibi parant.

Αἱ μὲν ἐσθῆτες γενόμεναι διάλαμπροι πάλιν ἐν τῇ χρήσει ἀναπίμπλανται ῥύπου· αἱ δὲ ψυ-

Vestes lotæ & nitidæ usu iterum sordibus opplentur; animi autem semel ab ignorantia

[4.] Καὶ ὑπόδημα] hæc sententia restituenda apud Stobæum ser. 3. ubi corrupta & malè divulsa extat. contrarium sentit Aristippus apud Maximum, ser 140. *Non ut majus calceamentum inutile est, sic & possessio major. illius enim superfluitas utentibus impedimento est: hac autem vel totâ, vel per partes pro temporis ratione uti licet.*

[5.] Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας] Ex notissimo Homeri figmento de Ulyssis navigatione per scopulos Sirenum. Eas tamen Plutarchus sympos. l. 9. quæst. 14. ex Platonis mente, easdem cum Musis esse docet. Sed locum de Sirenum cantu hactenus pro derelicto & desperato habitum hic emendatum propono, ἐνταῦθα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀμυδρά τις οἷον ἠχὼ τῆς μουσικῆς ἐκείνης ἐξικνουμένη, διὰ λόγων ἐκκαλεῖται καὶ ἀναμιμνήσκει τὰς ψυχάς· ὧν τὰ ὦτα μὲν πλεῖστον περιαλήλιπται καὶ καταπέπλασται σαρκίνοις ἐμφράγμασι καὶ πάθεσιν, οὐ κηρινοῖς. hoc ait: *Cœlesti illâ Sirenum musicâ excitari & admoneri animas, quarum aures obturatæ & stipatæ sunt sepimentis & affectionibus carneis, non cereis*; nam voces istæ, τότε, & κηρινοῖς, nauci non sunt, & allusionis elegantiam perdunt.

[6.] Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ] ita Terentius in Phormione:

Omnes cùm secundæ res sunt maximè. tum maximè
Meditari secum oportet, quo pacto adversam ærumnam ferant.

χαὶ

καὶ ἅπαξ ἀποκαθαιρόμεναι τὴν ἀμάθειαν διαπαντὸς μένουσι λαμπραί.

purgati perpetuò nitorem ſervant.

Οἱ μὲν δραπέται κἂν μὴ διώκονται φοβοῦνται· οἱ δὲ ἄφρονες κἂν μήπω κακῶς πράσσουσι ταράσσονται.

Mancipia fugitiva etiam nemine perſequente timent; ſtulti autem, quamvìs nullis malis conflictentur, perturbantur.

Ὁ τῶν φιλαργύρων πλοῦτος, ὥσπερ ἥλιος καταδὺς εἰς τὴν γῆν, οὐδένα τῶν ζώντων εὐφραίνει.

Divitiæ avarorum, occidui ſolis inſtar terram ſubeuntes, nulli viventium voluptatem afferunt.

[7.] Οἱ μὲν κατ' ἐνιαυτὸν καρποὶ ἐκ τῆς γῆς, οἱ δὲ ἐκ τῆς φιλίας κατὰ πάντα καιρὸν φύονται.

Ex terra ſingulis annis, ex amicitia quovis momento fructus proveniunt.

[8.] Μουσικοῦ μὲν ἔργον τὸ πᾶν ὄργανον ἁρμόσασθαι, πεπαιδευμένου δὲ ἀνδρὸς τὸ πάσῃ ψυχῇ συμφωνῆσαι.

Muſici opus eſt quodcunque inſtrumentum concinnè adaptare; viri autem ſapientis cuivis animo ſeſe adtemperare.

Οὔτ' ἀρρώστου πληγὴν, οὔτ' ἀνοήτου ἀπειλὴν δεῖ εὐλαβεῖσθαι.

Neque ægroti verbera, neque ſtulti minæ pertimeſcendæ.

[9.] Ὑπενδύεσθαι δεῖ τῷ μὲν θώρακι χιτῶνα, τῇ δὲ λύπῃ νοῦν.

Thoraci quidem tunica, dolori autem bonus animus ſubinduendus.

[10.] Νοσοῦντος δίαιτα καὶ ἄφρονος ψυχὴ δυσάρεστον.

Victus ægrotantis, & ſtulti animus faſtidii plenus.

[7.] Οἱ μὲν κατ'] Apud Iamblichum l. 2. de ſecta Pyth. c. 2. φιλοσοφίας non φιλίας legitur: ſed ſuus utrique conſtat ſenſus. Meliſſa ſer. 135. cum Demophilo congruit: rectiùs tamen verbis tranſpoſitis legit: οἱ μὲν ἐκ τῆς γῆς καρποὶ κατ' ἐνιαυτόν. ego Vaticani codicis ſcripturam repræſentavi.

[8.] Μουσικοῦ μὲν] pro ψυχῇ reponerem τύχῃ· & ſic ſæpe apud auctores peccatum. Proclus in Timæum lib. 1. pag. 61. Stoicum hoc paradoxum affert: τὸν σπουδαῖον οὐδὲν δεῖσθαι τῆς τύχης. *Sapientem non indigere fortunâ:* ubi tamen ψυχῆς pro τύχης editum legimus. Cæterum haud diſſimilem ex Demonacte ſententiam habet Meliſſa cap. 148. οὔτε οἱ ἄμουσοι τοῖς ὀργάνοις, οὔτε οἱ ἀπαίδευτοι ταῖς τύχαις δύνανται συναρμόσασθαι. quæ apud Stobæum ſer. 4. leviter corrupta eſt: ut & alia ſimilis ex Ariſtonymo ſer. 3.

[9.] Ὑπενδύεσθαι] malè apud Antonium Meliſſæ cap. 144. ἐπενδύεσθαι ſcribitur: ſubinduitur enim tunica thoraci, ne corpus premat; non inducitur.

[10.] Νοσοῦντος] apud Stobæum ſer. 4. & Meliſſæ cap. 148. ἄφρονος δυστυχία legitur, unde hîc iterum τύχη pro ψυχὴ reponendum apparet: attamen Vaticani Codicis lectionem non ferendam ſolùm, ſed & præferendam alteri exiſtimo.

Οἱ μὲν ἀμαθεῖς παῖδες τὰ γράμματα, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἄνδρες τὰ πράγματα συγχέουσιν.

Pueri indocti literas, viri imperiti actiones confundunt.

Ὁ ἐκ φιλοσοφίας νοῦς ἔοικεν ἡνιόχῳ· περίεστι γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν ἐπιθυμιῶν, ἀεὶ μετάγων αὐτὰς εἰς τὸ καλόν.

Animus sapientiæ præceptis imbutus aurigæ similis est; nam insitas nobis cupiditates cohibet, & ad honestum redigit.

Τὸ μὲν ἀψίνθιον ὁ καιρὸς τοῦ μέλιτος γλυκύτερον, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐντιμότερον τοῦ φίλου ἡ περίστασις ἐνίοτε ποιεῖ.

Tempus quidem absynthium melle suavius reddit; occasio autem & necessitas quandoque efficit, ut inimicum amico præferas.

Καὶ κυβερνήτης ἀγαθὸς ἐνίοτε ναυαγεῖ, καὶ ἀνὴρ σπουδαῖος ἀτυχεῖ.

Aliquando & bonus gubernator naufragium, & vir bonus infortunium patitur.

Αἱ μὲν βρονταὶ μάλιστα τοὺς παῖδας ἐκφοβοῦσιν, αἱ δὲ ἀπειλαὶ τοὺς ἄφρονας.

Tonitrua pueros, minæ autem stultos potissimùm terrent.

Ἀνδριάντα μὲν τὸ σχῆμα, ἄνδρα δὲ ἡ πρᾶξις κοσμεῖ.

Statuam figura, virum actio exornat.

[11.] Ταυτόν ἐστιν ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου φάρμακον θανάσιμον πιεῖν, καὶ παρὰ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν.

Perinde est lethale venenum bibere ex aureo poculo, & consilium ex amico perfido capere.

Αἱ μὲν χελιδόνες εὐδίαν σημαίνουσιν ἡμῖν, οἱ δὲ φιλοσοφίας λόγοι τὴν ἀλυπίαν.

Hirundines cœli serenitatem, sermones autem philosophici tranquillitatem animi nobis prænunciant.

Οὐχ οὕτως τοῖς ὀρφανοῖς παισὶν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνδράσιν ἐπιτρόπων ἐστὶ χρεία.

Non tam orbi parentibus pueri, quàm viri stulti tutoribus indigent.

Ἡ τύχη ἔοικε φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ· πολλάκις γὰρ τὸν μηδὲν πράξαντα στεφανοῖ.

Fortuna malo munerario similis est, quæ sæpius nihil perpetrantem coronat.

[12.] Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι κυβερνήτου καὶ πνεύματος χρεία·

Ad feliciter navigandum gubernatore & vento; ad beatè vi-

[11.] Ταυτόν ἐστι] extat bis Melissæ cap. 135. sed posteriori loco malè εὐγνώμονος legitur: quî enim consilium malum ab homine amico & benevolo?

[12.] Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι] sic Euryphamus antiquissimus Pythagoreus in egregio illo fragmento de vita, apud Stobæum ser. 101. unde apparet hanc istius ὁμακόου sententiam esse.

εἰς

εἰς δὲ τὸ εὐδαιμονῆσαι λογισμοῦ καὶ τύχης.

vivendum ratione & fortunâ opus eſt.

Ὁ μὲν δειλὸς καθ' ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα, ὁ δὲ ἀνόητος τὰ χρήματα ἔχει.

Ut timidus arma, ita ſtultus opes contra ſe ipſum habet.

Τὸ αὐτό ἐστιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμίζειν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα.

Idem eſt navium infirmæ ancoræ, & ſpem animo perverſo inniti.

Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις τὰ νέφη, τῷ δὲ λογισμῷ τὰ πάθη.

Solem ſubinde nebulæ, rationem affectus obtenebrant.

Οὔτε τὸν ἄῤῥωστον ἡ χρυσῆ ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἐπίσημος εὐτυχία.

Neque ægrotantem aureus lectus, nec ſtultum fortuna ſplendida juvat.

Τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐπιλύει· ὁ δὲ ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργάς.

Temperata aquæ potio inteſtinorum ardores, lenis autem oratio iras diluit.

Οὔτε ὁ αὐστηρὸς οἶνος εἰς πολυποσίαν εὔθετος, οὔτε ἄγροικος τρόπος εἰς ὁμιλίαν.

Neque vinum auſterum largiori compotationi, neque aſperi mores converſationi apti ſunt.

Πιθήκου ὀργὴν, καὶ κόλακος ἀπειλὴν ἐν ἴσῳ θετέον.

Ira ſimiæ, & adulatoris minæ eodem loco habendæ.

Τοῦ βίου καθάπερ δράματος πρῶτον μέρος ἐστὶν ἡ νεότης· διὸ πάντες αὐτῇ προσέχουσιν.

In vita, tanquam in comœdia, primum actum adoleſcentia ſuſtinet; ideo cuncti attento animo eam ſpectant.

[13.] Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλεστέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ.

Scripturas cautionibus munitas, actiones ſplendidas habere oportet.

[13.] Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλεστέρας] Cum ſimilitudines iſtæ, teſte Iamblicho, πρὸς τὰ ἐναργῆ δείγματα τῶν ὄντων, hoc eſt, rerum perſpicuarum comparatione exprimantur, non video quî ſcripturarum certitudo & ſecuritas cum ſplendore actionum comparari poſſit. Geſnerus Meliſſæ c. 1. ἀρχὰς legiſſe videtur, ubi vulgò γραμμὰς editur: puto & ij ſi hæſiſſe aquam, ideóque hariolum potiùs egiſſe quàm interpretem, mihi vox ἀσφαλεστέρας ſuſpecta, pro qua leviſſimâ mutatione ἀσκιαστέρας ſcriberem, vertereque: *Picturas umbra, actiones ſplendor commendat*: nam ut Plinius ait l. 35. c. 5. *Pictura lumen invenit & umbras, differentiâ colorum alternâ vice ſeſe excitante.* Si de ſcripturis vocem ancipitem quis accipere malit, referenda erit ſententia ad arcanum & reconditum, eóque obſcurum ſcribendi modum Pythagorici gregis, qui ſymbolis & ænigmatis animi ſenſa

Ὀν

involvebat, Delphici Apollinis instar, οὔτε λέγων, οὔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων, de qua obscuritate Iamblichum vide lib. 2. c. 21. sed fortè commodiori sensu ἀφελεστέρας scriberetur: cùm scriptionis, præsertim Philosophicæ virtus maxima & præcipua sit ἀφέλεια, sive pura & non affectata simplicitas; qualis in Xenophonte potissimùm ab Aristide aliisque magistris, commendatur, & qualem in Rustici literis observat laudátque Principum sapientissimus M. Aurelius: atque hæc nativa simplicitas in Ocello, Timæo, Cebete, cæterisque quorum fragmenta supersunt, antiquissimis, Pythagoreis, maximè elucet.

Ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν φυτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν νέων ἡ πρώτη φυὴ προδείκνυσι τὸν μέλλοντα καρπὸν τῆς ἀρετῆς.

Sicut in plantis, ita in pueris quoque prima indoles futurum virtutis fructum indicat.

[14.] Ἐν μὲν τοῖς συμποσίοις ὁ μὴ παροινῶν ἡδύτερος, ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ μὴ παρανομῶν.

In conviviis quidem suavior est homo minimè vinolentus, in bonis autem minimè iniquus.

Τὸ αὐτό ἐστιν ὄφιν ἐκτρέφειν, καὶ τὸν πονηρὸν εὐεργετεῖν· παρ' οὐδετέρῳ γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ.

Idem est enutrire anguem & malum beneficiis afficere; apud neutrum enim gratia benevolentiam parit.

Ἐν μὲν εὐδίᾳ σπάνιον τὸ ναυαγῆσαι· ἐν δὲ τῇ ἀβουλίᾳ τὸ μὴ ναυαγῆσαι.

Rarò secundâ cœli tempestate navis frangitur; rarò autem sine consilio servatur.

Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα.

Utres inanes ventus, homines autem stultos opinio inflat.

Γυμναζόμενον δεῖ φυλάσσεσθαι τὸν κόπον, εὖ πράσσοντα δὲ τὸν φθόνον.

In exercitiis lassitudo, in rebus secundis invidia cavenda.

Μέτρον ἄριστον, ἔφη τις τῶν σοφῶν· ᾧ πειθόμενοι καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τὰς τοῦ βίου θεραπείας ἀναπαύσωμεν, φίλτατε ἡμῖν καὶ ἱερώτατε Ἀσκληπιάδη.

Modum omnium rerum optimum sapientum aliquis pronunciavit: cujus consilio etiam nos, O amicissime piissiméque Asclepiades, vitæ curandæ præceptis finem imponemus.

[14.] Ἐν μὲν τοῖς συμποσ.] Similis Plutarchi sententia est apud Stobæum serm. 4. & Antonium c. 148. ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ πλεῖστοι· unde & hîc παρανοῶν potiùs quàm παρανομῶν legendum; è contrà isthic εὐτυχίαις scribendum existimo: nam res secundæ animos potissimùm dementant & transversos agunt.

Τοῦ αὐτοῦ Γνῶμαι

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑΙ΄.

Ejusdem Sententiæ

PYTHAGORICÆ.

[15.] Ἃ κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ θεοῦ. δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον· ὥστε οὐ δώσει, ὃ μὴ καθέξεις.

Ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν· συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὕπνος.

Βλάπτει θεὸς οὐ χολωθεὶς, ἀλλ' ἀγνοηθείς· ὀργὴ γὰρ θεοῦ ἀλλότριον. ἐπ' ἀβουλήτοις γὰρ ἡ ὀργή· θεῷ δὲ οὐδὲν ἀβούλητον.

Quæ parta tueri non possis ea à Deo nè expetas: nullum enim Dei donum eripi potest; idcirco haudquaquam dabit, quod nequeas conservare.

Mente pervigili esto: nam animi veternus veræ morti affinis est.

Mala hominibus immittit Deus non iratus, sed ignoratus: ira enim aliena est à Deo; quippe quæ in rebus contra voluntatem accidentibus locum habet. Deo autem nihil invito accidit.

[16.] Βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς φθονεῖς σαυτῷ τάχιον ὑπὸ σαυτοῦ κακῶς. καὶ αὐτὸς δὲ μὴ βούλου παρὰ κακοῦ πάσχειν καλῶς. οἷον γὰρ τὸ ἦθος ἑκάστου, τοιόσδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις. ψυχὴ γάρ ἐστι ταμιεῖον, ἀγαθὴ μὲν ἀγαθῶν, κακὴ δὲ κακῶν.

Βουλευσάμενος πολλὰ, ἧκε ἐπὶ τὸ λέγειν, ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἕξεις ἐξουσίαν ἀνακαλέσασθαι τὰ πραχθέντα, ἢ λεχθέντα.

Ubi de alio mali quid cogitas te ipsum malo prævertis: neque verò boni quidquam à malo expectes; nam quales cujusque mores, talis & vita & actiones: penu enim & promtuarium est animus; bonus quidem bonorum, malus autem malorum.

Postquam diu multúmque consulueris ad dicendum vel agendum accede: neque enim in tua potestate erit facta aut dicta revocare.

[17.] Γλῶσσα σοφοῦ οὐ προηγου-

Non linguam sed opera sapien-

[15.] Ἃ κτησάμενος] Sexti Philosophi est Sect. 79. & 80. quam Ruffinus vertendo ita pervertit, ut vix vestigia veræ lectionis agnoscas.

[16.] Βουλευόμενος] apud Sextum ita habetur Sect. 312. & 313. *Qui cogitat adversùs alium mala, ipsa præveniens ipse perfert mala:* unde hic quoque legendum constat, φθάνεις σεαυτὸν πάσχων· quod in versione expressi.

[17.] Γλῶσσα] Ita Sextus Sect. 401. & 402. sed græca Ruffinus vertendo interpolavit. in Melissa ser. 93 posterior pars paulò auctior legitur, ut & in MS. anthologia bibliothecæ Barberinæ, ubi Sexto disertim tribuitur. sequens etiam partim apud Sextum, partim apud Hieroclem p. 25. aurei commentarii habetur.

μένας τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα. Σοφὸς γὰρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.

Γλωσσαλγὸς ἄνθρωπος καὶ ἀμαθὴς εὐχόμενος καὶ θύων τὸ θεῖον μιαίνει. μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφὸς, μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὔχεσθαι.

Γυμνὸς ἀποσταλεὶς σοφὸς, γυμνιτεύων καλέσει τὸν πέμψαντα· μόνου γὰρ τοῦ μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις πεφορτισμένου ἐπήκοος ὁ θεός.

Δῶρον ἄλλο μεῖζον ἀρετῆς οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ λαβεῖν.

[18.] Δῶρα καὶ θυσίαι θεὸν οὐ τιμῶσιν, ἀναθήματα θεὸν οὐ κοσμεῖ· ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς συνάπτει θεῷ. χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον.

Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον ἢ τυράννοις.

Διαλέγεσθαι ἄμεινον ἑαυτῷ πλέον, εἴπερ τοῖς πέλας.

Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ὅπου ἂν ἡ ψυχή σου καὶ τὸ σῶμα ἔργον ἀποτελῇ, θεὸς ἐφέστηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς εὐχαῖς καὶ πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληστον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον.

Ἐφ' ὅσον σαυτὸν ἀγνοεῖς, νόμιζε μαίνεσθαι.

[19.] Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ

tis Deus præcipuè æstimat: nam sapiens etiam cùm tacet Deum honorat.

Homo garrulus atque imperitus & orando & sacrificando numen contaminat. Solus igitur sapiens sacerdos, solus pius, solus orandi gnarus.

Sapiens nudus huc missus, nudus eum qui misit invocet: Deus enim solum exaudit illum qui alienis non est oneratus.

Nullum donum majus virtute à Deo accipi potest.

Munera & victimæ nihil honoris Deo conferunt, neque suspensa templis donaria Deum ornant: sed mens pia solidè nos Deo conjungit: nam simile simili adjungi necessum est.

Durius est servire affectibus, quàm tyrannis.

Præstat sæpius cum se ipso, quàm cum externis colloqui.

Si semper memineris, quocunque demum loco anima aut corpus tuum aliquid perpetret, Deum inspectorem adesse; in cunctis quidem orationibus actionibúsque tuis vereberis inspectoris præsentiam quem nihil latet: Deum verò intimum pectoris hospitem habebis.

In quantum temetipsum ignoras, furere & insanire te existima.

Ii conjuges & liberi quærendi,

[18.] Δῶρα καὶ] Hæc quoque dicto Hieroclis loco extat: ubi auctiùs meliúsque διαρκῶς ἡδρασμένον legitur.

[19.] Ζητεῖν δεῖ] vide & hanc paulò auctiorem apud Stobæum ser. 1.

τέκνα

τέκνα τὰ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου τούτου παραμένοντα.

Ζῇ ὡς ἀληθῶς θεῷ ὁμοίως ὁ αὐτάρκης καὶ ἀκτήμων φιλόσοφος, καὶ πλοῦτον ἡγεῖται μέγιστον, μηδὲν ἀλλότριον κεκτῆσθαι καὶ μὴ ἀναγκαῖον. ἐπιτείνει γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ποτὲ ἡ τῶν χρημάτων ἐπίκτησις· αὔταρκες δὲ πρὸς εὐζωίαν τὸ μηδὲν ἀδικεῖν.

Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτῆσις διὰ ῥᾳστώνης οὐ περιγίνεται.

Ἡγοῦ μάλιστα ἀγαθὸν εἶναι, ὃ καὶ ἑτέρῳ μεταδιδόμενον σοὶ μᾶλλον αὔξεται.

Ἡγοῦ μάλιστα φίλους τοὺς ὠφελοῦντας τὴν ψυχήν, ἢ τὸ σῶμα.

Ἡγοῦ παντὸς ἀνοήτου καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὸν ψόγον καταγέλαστον, καὶ ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸν βίον.

Θέλε μᾶλλον τοὺς συνόντας αἰδεῖσθαί σε, ἢ φοβεῖσθαι· αἰδοῖ γὰρ πρόσεστι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος.

Θυηπολία ἀφρόνων πυρὸς τροφή, τὰ δὲ ἀναθήματα ἱεροσύλων χορηγία.

Ἴσθι ὡς οὐδεμία προσποίησις πολλῷ χρόνῳ λανθάνει.

Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τὸ συνειδὸς ὁ ἀδικῶν, βασανιζόμενος τῇ ψυχῇ, ἤπερ τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος.

Λόγον περὶ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ τ' ἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων καὶ τὰ ψευδῆ κίνδυνον φέρει.

qui etiam post hanc vitam superstites maneant.

Vivit reverà vitam Deo similem frugalis inópsque philosophus, & opes maximas ducit nihil externum & non necessarium possidere: nam divitiarum acquisitio quandoque cupiditatem accendit: sed ad bene beatéque vivendum sufficit nè quid injustè agas.

Vera bona nequaquam otio & ignaviâ parantur.

Illud potissimùm bonum esse existima, quod cum alio communicatum tibi magìs augetur.

Eos præcipuè amicos judica, qui animum potiùs quàm corpus juvant.

Cujusvis stulti & laudem & vituperium ridiculum ducito; & totam hominis imperiti vitam opprobrium existima.

Da operam ut tui te familiares vereantur potiùs, quàm metuant: nam verecundia venerationem, metus odium conjunctum habet.

Adulter est in suam uxorem omnis impudicus amator ardentior.

Nihil propter solam libidinem facias.

Scito te adulterum esse, etiam si cogites de adulterio. Sed & de omni peccato eadem sit tibi ratio.

Fidelem te esse professus, spopondisti pariter non peccare Deo.

Fideli mulieri ornatui ducatur pudicitia.

Vir qui uxorem dimittit, profitetur se nec mulierem gerere.

Mulier pudica gloria viri est.

Reverentiam habens uxori, habebis eam reverentem.

Fidelium conjugium certamen habeat continentiæ.

Ut continueris ventrem, ita & venereos motus.

Devita infidelium laudes.

Quæ gratis accipis à Deo, præsta gratis.

Multitudinem fidelium non invenies. Rarum est enim omne quod bonum est.

Sapientem honora post Deum.

Cùm argueris sapientem, diliget te.

Qui sapienti non obtemperaverit, nec Deo obtemperabit.

Fidelis volens esse, præcipuè quidem hoc nitere, nè pecces: quod etiam si fortè acciderit, saltem cave nè iteretur idipsum.

Doctrinam quæ non est Deo digna nè dicas.

Multa velle scire, curiositas animi putanda est.

Qui cognoscit quæ Deo digna sunt, ille sapiens est.

Doctrinam ex qua proficere potes in amore Dei, illam necessariò expete.

Sapiens vir parcit nè perdat tempus.

Fiduciam cũ verecundia habeto.

Excrucient te liberi malè viventes, magìs quàm morientes.

Filii infideles nec filii.

Fidelis vir non ægre fert abjectionem liberorum.

Vivere quidem non est in nobis, rectè autem vivere in nobis est.

Non judices esse sapientiæ studiosum, cui non de omnibus credis.

Criminationes adversùs sapientiæ studiosum noli admittere.

Stude communiter omnibus benefacere.

Execrabile tibi sit, etiam justè aliquid punire.

Si vis cum lætitia animi vivere, noli multa agere. In multis enim actionibus minor eris.

Quod non posuisti nè tollas, sed sufficiant tibi quæ tua sunt.

Relinquens quæ possides, sequere verbum Dei. Liber enim eris ab omnibus cum Deo servieris.

Cessa à cibo.

Ede citra satietatem.

Omni homini impartito.

Pro reficiendo paupere etiam jejunare bonum est.

Omne poculum tibi suave sit, quod sitim extinguit.

Ebrietatem quasi insaniam fuge.

Homo qui à ventre vincitur, belluæ similis est.

Ex carne nihil oritur bonum.

Turpissimæ libidinis ea quidem, quæ suavia sunt citò transeunt, probra verò perpetuò manent.

Solent homines abscindere aliqua membrorum suorum pro sanitate reliquorum, quanto id præstantius pro pudicitia fiet?

Grandem pœnam putato cum in desideriis obtinueris, nunquam enim sedat desiderium adeptio desideratorum.

Non est sapienter factum, in quo libertas aufertur.

Bona habere omnes quidem optant, obtinent autem qui semetipsos integre verbo Dei mancipârunt.

Sapientiæ amator, & honestus esto, & non obtrectator

Rara sit objurgatio tua, & opportuna.

Nimius risus indicium est animi negligentis, nè ergo tantum tibi indulgeas ut risu diffluas.

Castorum vita sit tibi honestatis exemplum.

Optimum quidem est non peccare, peccantem verò agnoscere quàm ignorare, melius est.

Jactans non est sapiens.

Magnam scito esse sapientiam, per quam ferre potes ineruditorum insipientiam.

Turpe ducito proprio ore laudari.

Sapientum animæ insatiabiles sunt in amore Dei.

Exordium in agendo à Deo sume quæ agis.

Ore autem priùs Deum habeto & mente quàm respires.

Ea quæ oportet discere & ita facere, nè coneris facere antequam discas.

Carnem noli amare.

Animam bonam post Deum dilige.

Domesticorum indignationes ferre sapientis est.

Sapientum divitiæ continentia.

Si quid proprium alii tradideris, at ipse non habebis, non judices bonum.

Justa communio servanda.

Non dicas aliquod alio peccato levius.

Sicut in benefactis laudari vis, ita in delictis patienter accipe si culperis.

Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magnipendas.

Thesaurum quidem defodere inhumanum est; inventum auferre non est sapientis.

Quantum laboras pro corpore, si tantum labores pro anima sapiens eris.

Sapiens

Sapiens non eſt qui nocet.

Ad omnia quæ agis, Deum invoca teſtem.

Deus bonos actus hominum confirmat.

Malorum actuum malus dæmon dux eſt.

Sapiens vir Deum hominibus commendat.

Deus ſuper omnia opera ſua, plùs ſuper ſapientem gloriatur.

Nihil tale poſt Deum verum ſicut ſapiens.

Quæcunque Deus poſſidet, hæc & ſapiens.

Malus vir non putat eſſe providentiam.

Anima mala Deum fugit.

Omne quod malum eſt, Deo inimicum eſt.

Qui ſapit in te, hunc dicito eſſe hominem.

Particeps Dei eſt vir ſapiens.

Ubi eſt quod ſapit in te, ibi eſt & bonum tuum.

Bonum in carne non quæras.

Quod animæ non nocet, nec homini.

Sapientem hominem tanquam Dei miniſtrum honora poſt Deum.

Tabernaculum quidem corporis graviter ferre ſuperbum eſt.

Deponere autem poſſe cum oportuerit, in pace beatum eſt.

Mortis quidem ipſe tibi cauſa non fias.

Si quis autem vult te corpore exuere: ne indigneris.

Sapientem ſi quis de corpore extrudat injuſtè, in iniquitate ſua beneficium ei præſtat, abſolvitur enim tanquam è vinculis.

Hominem metus mortis contriſtat pro imperitia animæ.

Ferrum quo homines interimuntur optimum fuerat non fieri, factum tamen apud te non ſit.

Nulla ſimulatio multo tempore latebit, maximè in fine.

Ut ſunt mores tui, talis & vita tua, mors enim religioſi facit vitam beatam.

Qui cogitat adversùs alium mala, ipſa præveniens ipſe perfert mala.

Nè te impediat à benefaciendo homo ingratus.

Optimè facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit.

Fratrem volentem à fide recedere, hortare ne faciat, & ſi inſanabilis ſit, magìs obſerva.

In fide conare omnes homines, vincere.

Intellectum non priùs habebis quam intellexeris te habere.

Stude tuâ ſorte contentus eſſe.

Membra corporis ſarcina ſunt iis qui eis non utuntur.

Miniſtrare aliis melius eſt, quàm ab aliis miniſtrari.

Quem Deus non emittit è corpore, ne graviter ferat.

Sententiam quæ miſericordiam vetat, non ſolum non tenere ſed audire refuge.

Qui dat aliquid & imputat, contumeliam magìs quàm beneficium dedit.

Qui tuetur pupillos, erit multorum filiorum ſecundùm Deum pater.

Quicquid egeris causâ gloriæ, merces facti tui erit.

Si quid dederis ut hominibus innoteſcas,

notescas, non homini, sed propriæ libidini præstitisti.

Iracundiam multitudinis nè provoces in te.

Disce quod oportet fieri ut beatus fias.

Melius est fame mori, quàm per incontinentiam ventris maculare animam.

Vestimentum esse putato animæ corpus tuum, mundum igitur id conserva.

Qualia studia gesserit anima corpus inhabitans, tales habebit testes in judicio.

Immundam animam sibi dæmones immundi vendicant.

Fidelem animam & bonam in via Dei mali dæmones non impediunt.

Verbum de Deo non omni homini committas.

Non est tutum audire de Deo homines vanæ gloriæ jactantiâ corruptos.

De Deo etiam quæ vera sunt, loqui periculum est, & non parvum.

De Deo nihil dicas quod non didiceris à Deo, vel ei qui non credit, de Deo nihil loquaris.

Verbum verum ut Deum honora.

Si immunis non es à flagitiosis operibus, de Deo nihil disceptes.

Sermo verus de Deo, sermo Dei est.

Si scis quòd acceptum habent de te, quòd diligis Deum, hi qui te audiunt, tunc eis loquere de Deo.

Opera charitatis Dei procedant abs te, & tunc sermonem facito de Deo.

In multitudine dicere de Deo non audeas.

Verbum de Deo parciùs proferto quàm de anima. Melius est animam perdere, quàm verbum vanum de Deo proferre.

Viri amantis Deum, corporis potestatem habet leo, & tyrannus similiter.

Cùm tibi minatur tyrannus, cujus sis, tunc memor maximè esto.

Verbum de Deo reticere præstat magìs, quàm temere proferre.

Qui dicit de Deo quæ non sunt, contra eum falsum loquitur.

Deum non cognovit, qui non colit.

Non est verum quòd Deum colat qui hominem lædit.

Fundamentum, & initium est cultûs Dei, amare Dei homines.

Qui hominum curam gerit, & orat Deum pro eis, iste verè à Deo esse putandus est.

Dei proprium est salvare, quos dignos judicat.

Cultoris autem Dei est orare Deum pro salute hominum.

Cum oranti tibi præstitum fuerit quod poposcisti à Deo, tunc tibi potestatem permissam à Deo intellige.

Dignus Deo homo, Deus est & in hominibus.

Melius est nihil habere, quàm multa habentem nemini impertiri.

Si non das egenti cùm poscit, non accipies à Deo cum poposceris.

Qui ex animo dat cibum indigenti, parùm quidem est quod dat, sed magna fiet ei bonæ voluntatis retributio.

Deum qui putat esse, & nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui

qui non credit esse Deum.

Optimè honorat Deum ille, qui mentem suam quantùm fieri potest similem Deo facit.

Deus quidem nequaquam eget, lætatur tamen super his qui indigentibus tribuunt.

Fidelium pauca sint verba, opera autem multa.

Fidelis qui libenter vult doceri, operarius efficietur veritatis.

Præpara & apta te ad tribulationes, & lætus eris.

Neminem lædens nullũ timebis.

Tyrannus beatitudinem non aufert.

Quod fieri necesse est voluntariè sacrificato.

Quod non oportet fieri, nullo modo facias.

Omnem magis causam refer ad Deum.

Nemo sapiens est qui deorsum respicit in terram.

Immensa amatoris sapientiæ libertas non sit in homine, sed in anima.

Mentiri in vita decipere est, & decipi.

Quid sit Deus agnosce, & quid in te quod agnoscit Deum.

Dei opus bonum, homo bonus.

Sine Deo sunt hi, pro quibus verbum Dei maledicitur.

Animam mors non perdit, sed mala vita.

Si scis à quo factus es teipsum agnoscis.

Non est secundùm Deum vivere, nisi pudicè, & bene, & justè quis agat.

Hominum infidelium vita opprobrium est.

Animam de terra fides elevat ad Deum.

Animæ sapientis magnitudinem non invenies, sicut nec Dei quidem.

Quæcunque dat mundus, nemo firmiter tenet.

Quæcunque dat Deus, nemo auferre potest.

Divina sapientia vera est scientia.

Immundæ animæ ne audeas loqui de Deo.

Viri periculum in operibus primò sicut in verbis facito.

Aures tuas non omnibus committas.

Operari quidem Deo omnibus facile est, dicere autem de Deo soli justo permittendum.

Non cruciet anima tua corpus tuum, neque animam tuam libido corporis.

Insuesce teipsum quidem corpori præbere quæ sua sunt castè, & animæ quæ sua sunt piè.

Pasce animam tuam verbo Dei, & corpus simplicibus cibis.

Illis insuesce animam tuam gaudens in quibus rectè gaudeat. Anima quæ iniquis rebus gaudet, indigna est apud Deum.

Sapientis anima audit Deum, sapientis anima aptatur à Deo, sapientis anima semper est cum Deo.

Cor diligentis Deum in manu Dei stabilitum est.

Animæ ascensus ad Deum per Dei verbum est.

Sapiens sequitur Deum, & Deus animam sapientis.

Gaudet rex super his quos regit, gaudet ergo Deus super sapiente.

Inseparabilis est & ab his quos regit ille qui regit, ita ergo & Deus ab anima sapientis quam tuetur & regit.

Regitur à Deo vir sapiens, & idcirco beatus est.

Anima sapientis ac mens Deo probatur.

Sapiens vir & cùm tacet honorat Deum.

Venerem & ea quæ sub alvo sunt non continens, nec fidelis. Homo incontinens polluit Deum.

Hominem scientia Dei paucis verbis uti facit.

Multis verbis uti de Deo ignorantia Dei facit.

Homo qui Dei cognitionem habet non multâ ambitione utitur.

Qui electus Dei est, facit quidem omnia secundùm Deum, esse autem seipsum non jactat.

Fidelis homo semper in metu est usquequo eat ad Deum.

Homo qui secundo satiatur cibo non dormit noctu nec concubitum effugit, sed nec dignus est apud Deum.

Alioquin & Deus graviter fert libidines corporis.

Fidelis vir continentiâ pascitur.

Sapientem fatum non facit, gratia enim Dei fato non subjacet.

Agnosce qui sunt filii Dei in creaturis ejus, & honora unumquemque pro merito post Deum.

Nil proprium Dei dicas quod malum est.

Fidelis anima & casta & sapiens, Propheta veritatis Dei est.

Non amabis Dominum Deum nisi habueris in te aliquid simile Dei.

Amicum deputa similem simili tantummodo.

Si non diligis Deum, non ibis ad Deum.

Consuesce teipsum semper respicere ad Deum.

Intuendo Deum videbis Deum.

Videns Deum facies mentem tuam qualis est Deus.

Excole quod intra te est, nec ei ex libidine corporis contumeliam facias.

Incontaminatum custodi corpus tuum, tanquam si indumentum acceperis à Deo, & sicut vestimentum corporis immaculatū servare stude.

Sapiens mens speculum est Dei.

FINIS.

ΘΕΟΦΡΑ΄ΣΤΟΥ
ἨΘΙΚΟΙ΄ ΧΑΡΑΚΤΗ͂ΡΕΣ.

THEOPHRASTI
NOTATIONES MORUM

ISAACO CASAUBONO Interprete.

Editio Nova.
Accessêre in fine Variantes Lectiones ex Cod. MS°,
Et optimis quibusque impressis.



CANTABRIGIÆ:
Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,
Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ἨΘΙΚΟῚ ΧΑΡΑΚΤῆΡΕΣ.

THEOPHRASTI CHARACTERES ETHICI, SIVE, MORUM DESCRIPTIONES.

ISAACO CASAUBONO INTERPRETE.

Ἤδη μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, ἐθαύμασα, ἴσως δὲ οὐδὲ παύσομαι θαυμάζων, τί δήποτε τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀέρα κειμένης, καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὁμοίως παιδευομένων, συμβέβηκεν ἡμῖν οὐ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν τρόπων ἔχειν. ἐγὼ γάρ, ὦ Πολύκλεις, συνθεωρήσας ἐκ πολλοῦ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἅτε βεβιωκὼς ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα, ἔτι δὲ ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι, καὶ παρατεθεαμένος ἐξ

SÆpè equidem jam antè quum hâc de re attentiùs cogitare cœpissem, miratus sum, sed nec mirari fortasse desinam, quid causæ sit, cur, quum Græcia omnis eidem cœlo subjecta sit; quum etiam Græci omnes eodem modo instituantur, non omnes tamen iisdem moribus utamur. Ego siquidem, mi Polycles, quum à multo tempore hominum naturas essem contemplatus, (quippe qui annos nonaginta novē jam vixerim: & cum multis, atque omnis generis naturæque hominibus sim versatus) quum inquam

ἀκριβείας

ἀκριβείας πολλῆς τούς τε ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους· ὑπέλαβον δεῖν συγγράψαι ἃ ἑκάτεροι αὐτῶν ἐπιτηδεύουσιν ἐν τῷ βίῳ. ἐκθήσω δέ σοι κατὰ γένος ὅσα τε τυγχάνει γένη τρόπων τούτοις προσκείμενα, καὶ ὃν τρόπον τῇ οἰκονομίᾳ χρῶνται. ὑπολαμβάνω γάρ, ὦ Πολύκλεις, τοὺς υἱοὺς ἡμῶν βελτίους ἔσεσθαι, καταλειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημάτων τοιούτων· οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν, ὅπως μὴ καταδεέστεροι ὦσιν αὐτῶν. τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον. σὸν δέ, παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδῆσαι εἰ ὀρθῶς λέγω. πρῶτον μὲν οὖν ποιήσομαι τὸν λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι, καὶ πολλὰ περὶ τοῦ πράγματος λέγειν. καὶ ἄρξομαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας, καὶ ὁριοῦμαι αὐτήν· εἶθ' οὕτως τὸν εἴρωνα διέξειμι, ποῖός τις ἐστί, καὶ εἰς τίνα τρόπον κατενήνεκται. καὶ τὰ ἄλλα δὴ τῶν παθημάτων, ὥσπερ ὑπεθέμην, πειράσομαι κατὰ γένος φανερὰ καταστῆσαι.

diligentiâ magnâ & probos simul & improbos homines considerâssem, atque inter se comparâssem, faciendum duxi, ut quæ sit vitæ degendæ utrorumque ratio, hoc scripto complecterer. Exponam autem tibi generatim, cùm omnes morum species quibus illi sunt præditi, tum quis sit illorum vitæ cotidianæ modus. Liberos enim nostros, mi Polycles, fore meliores existimo, si monumenta ipsis hujuscemodi reliquerimus, quæ sibi pro exemplo proponentes, optimè moratos quosque sint electuri, quibuscum versentur & consuescant, ut in viros tandem nihilo illis deteriores evadant. Sed jam ad rem ipsam me accingam. Tuum erit, ad ea quæ dicam, animum advertere, & an rectè dicam pernoscere. Igitur, missis præfationibus, & iis quæ multa poterant de re afferri, initium dicendi faciam ab illis qui cavillationem amplexi sunt, vitiúmque ipsum primò definiam: deinde cavillatorem hominem describam qualis sit, & qui ejus mores. Postea verò alias quoque animi affectiones generatim, ut antè diximus, explicare conabimur.

Περὶ Εἰρωνείας.

Ἡ Μὲν οὖν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ὡς τύπῳ λαβεῖν, προσποίησις ἐπὶ τὸ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων. ὁ δὲ εἴρων, τοιοῦτός τις ἐστίν, οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλει λαλεῖν, οὐ μισεῖν·

De Cavillatione.

Cavillatio igitur, si quis rudi definitione complecti velit, est cùm factorũ tum dictorũ in deterius fictio. Homo autem cavillator talis est, qui ad inimicos suos adeat, quasi alloqui eos velit, nõ ampliùs odisse:

καὶ

καὶ ἐπαινεῖν παρόντας, οἷς ἐπέθετο λάθρα, καὶ τούτοις συλλυπεῖσθαι ἡττωμένοις. καὶ συγγνώμην δὲ ἔχειν τοῖς κακῶς αὐτὸν λέγουσι· καὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτοῦ λεγομένοις, καὶ πρὸς τοὺς ἀδικουμένους καὶ ἀγανακτοῦντας πρᾴως διαλέγεσθαι. καὶ τοῖς ἐντυγχάνειν κατὰ σπουδὴν βουλομένοις, προστάξαι ἐπανελθεῖν· καὶ μηδὲν ὧν πράττει, ὁμολογῆσαι, ἀλλὰ φῆσαι βουλεύσεσθαι: καὶ προσποιήσασθαι ἄρτι παραγεγονέναι, καὶ ὀψὲ γενέσθαι αὐτὸν, καὶ μαλακισθῆναι· καὶ πρὸς τοὺς δανειζομένους καὶ ἐρανίζοντας, ὡς οὐ πωλεῖ· καὶ μὴ πωλῶν, φήσει πωλεῖν· καὶ ἀκούσας τι, δόξει μὴ προσποιεῖσθαι· καὶ ἰδὼν, φήσει μὴ ἑωρακέναι· καὶ ὁμολογήσας, μὴ μεμνῆσθαι· καὶ τὰ μὲν σκέψεσθαι φάσκει, τὰ δὲ οὐκ εἰδέναι, τὰ δὲ θαυμάζειν, τὰ δὲ ἤδη ποτὲ καὶ αὐτὸς οὕτω διαλογίσασθαι. καὶ τὸ ὅλον; δεινὸς τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τοῦ λόγου χρῆσθαι, Οὐ πιστεύω, Οὐχ ὑπολαμβάνω, Ἐκπλήττομαι· καὶ λέγει ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι. καὶ μὴν, Οὐ ταῦτα πρὸς ἐμὲ διεξῄει. παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα, ἄλλῳ τινὶ λέγε· ὅπως δὲ σοι ἀπιστήσω, ἢ ἐκείνου καταγνῶ, ἀποροῦμαι· ἀλλ' ὅρα μὴ σὺ θᾶττον πιστεύῃς τοιαύτας φωνὰς καὶ πλοκὰς καὶ παλιλλογίας· οὐ χεῖρον ἐστὶν εὑρεῖν οὐδέν. τὰ δὴ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις.

quíque illos quibus clàm ſtruit inſidias, præſentes laudet, & ſi victi fuerint, eorum vicem doleat. Si quis ipſi maledicat, ei ignoſcit: jactáque in ſe convitia negligit; cum iis etiam, qui quòd injuriam ab ipſo paſſi ſint, quiritant, blandè benignéque loquitur. Eos qui ipſum confeſtim conventum velint, jubebit redire iterum. Quicquid agit, clàm id habet, & ſe adhuc deliberare dicit. Idem ſe modò adveniſſe fingit: aut ſub veſperam veniſſe, & è via languere. Pecuniam mutuò rogantibus, aut eranum ab ipſo exigentibus; Nihil vendo, inquit: è contrario quum nihil vendet, tum vendere ſe affirmabit. Quum quid audiverit, videri volet animum non advertiſſe. Quum quid viderit, negabit vidiſſe. Pactus aliquid, negabit ſe meminiſſe. De aliis dicit ſe cogitaturum, alia neſcire, mirari alia: de quibuſdam ſe quoque jam antè ſimiliter cogitâſſe. Denique frequens omnino in ejus ore hujuſmodi eſt oratio, Non credo: Non puto: Obſtupeſco. Seſe etiam alium fuiſſe dicet. Item, Atqui non hæc erat ipſius apud me oratio. Res mihi videtur mira, & fidem omnem ſuperare: Quære alium cui iſta narres: Tibíne credam, an illius damnem fidem, neſcio. At tu caveſis vocibus iſtiuſmodi & involucris ſimulationum recantatis dictis credas: quâ re deterior nulla queat reperiri. Enimverò mores hujuſmodi hominum, non ſimplicium ſed inſidioſorũ, magìs quàm viperas fugere debemus.

Πεϱὶ

Περὶ Κολακείας.

Τὴν δὲ κολακείαν ὑπολάβοι ἄν τις ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι, συμφέρουσαν δὲ τῷ κολακεύοντι. τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα, ὥστε πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν, Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι; τοῦτο οὐδενὶ γίνεται τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν ἢ σοί. ηὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι· καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγειν. ἀπὸ τοῦ ἱματίου ἀφελεῖν κροκίδα· καὶ ἐάν τι πρὸς τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς ἀπὸ πνεύματος * προσενεχθῇ ἄχυρον καρφολογῆσαι· καὶ ἐπιγελάσας δὲ εἰπεῖν, ὁρᾷς; ὅτι δυοῖν σοι ἡμερῶν οὐκ ἐντετύχηκα, πολιῶν ἔσχηκας τὸν πώγωνα μεστόν. καίτοι, εἴ τις καὶ ἄλλος, ἔχεις πρὸς τὰ ἔτη μέλαιναν τὴν τρίχα. καὶ λέγοντος δὲ αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι δὲ ἀκούοντος. καὶ ἐπισημήνασθαι δὲ, εἰ παύσεται, Ὀρθῶς. καὶ σκώψαντι * πικρῶς ἐπιγελάσαι, τό τε ἱμάτιον ὦσαι εἰς τὸ στόμα, ὡς δὴ οὐ δυνάμενος κατασχεῖν τὸν γέλωτα· καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι μικρὸν κελεῦσαι ἕως ἂν Αὐτὸς παρέλθῃ. καὶ τοῖς παιδίοις μῆλα καὶ ἀπίους πριά-

γρ. προσαχθῇ.

γρ. ψυχρῶς.

De Adulatione.

Adulationem verò putet aliquis esse turpem vitæ quotidianæ consuetudinem, sed quæ adulatori conducat. Adulator autem is est, qui si cum aliquo ambulet, ei dicat, Viden' ut omnes in te oculos convertunt? Fit hoc nemini ex omnibus civibus præterquam tibi. Heri in porticu magnum bonæ existimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum homines ibi plus quàm triginta sederent, sermóque incidisset, Ecquis civium esset optimus? & orsos ab ipso, & in ejusdem nomen simul omnes recidisse. Hæc ille loquitur, aliáque his similia. Idem ex illius vestimentis cui assentatur, floccos solet eximere. Quòd si qua vel palea vel festuca à vento acta illius capillamento adhæserit, tollit adulator; & simul renidens; En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, ut canitie barba tibi est referta: atqui tu sanè, qui id ætatis homo sis, habes ut si quis alius capillos nigros. Jam si aliquid dicat Ille, hîc verò adulator silentium omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce gestúque applaudere, & ubi finem dicendi fecerit, Dictum bene! acclamare. Quòd si quem Ille sale aliquo perstrinxerit, eundem iste acerbè irridebit, vestémque in os sibi indet, quasi risum tenere non queat. In viâ si qui fiant obvii, sistere gradum jubet, donec Ille transierit. Mala etiam & pyra à se empta domum liberis

μενος,

μένος, εἰσενέγκας δοῦναι, ὁρῶντος αὐτοῦ· καὶ φιλήσας δὲ εἰπεῖν, χρηστοῦ πατρὸς νεόττια! καὶ συνωνούμενος δὲ κρηπῖδας, τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. καὶ πορευομένου πρός τινα τῶν φίλων, προδραμὼν εἰπεῖν, ὅτι πρὸς σὲ ἔρχεται· καὶ ἀναστρέψας, ὅτι προσήγγελκα. ἀμέλει δὲ καὶ τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακονῆσαι δυνατὸς ἀπνευστί. καὶ τῶν ἑστιωμένων, πρῶτος ἐπαινέσαι τὸν οἶνον· καὶ * προκειμένων εἰπεῖν, ὡς μαλακῶς ἐσθίεις! καὶ ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, φῆσαι, τοῦτο ἄρα ὡς χρηστόν ἐστι! καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ, καὶ εἰ ἐπιβαλέσθαι βούλεται καὶ ἔτι περιστεῖλαι αὐτόν. καὶ μὴν ταῦτα λέγων, πρὸς τὸ οὖς προσπίπτων, ψιθυρίζειν· καὶ εἰς ἐκεῖνον ἀποβλέπων, τοῖς ἄλλοις λαλεῖν. καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλαια, αὐτὸς ὑποστρῶσαι. καὶ τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι, καὶ τὸν ἀγρὸν εὖ πεφυτεῦσθαι, καὶ τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι. καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸν κόλακά ἐστι θεάσασθαι πάντα καὶ λέγοντα καὶ πράττοντα οἷς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει.

γρ. παρακειμένων.

Illius afferre, & ſpectante ipſo dare moris habet: atque adeò ipſos oſculatus, Probi patris pullitiem! ait, exclamans. Crepidas ementi ſi comes affuerit, pedem dicet ipſo calceo eſſe concinniorem. Adeunte Illo ad amicorum aliquem, curſu præire aſſentator, & huic quidem, Venit Ille, inquit, ad te: ſtatímque reverſus, Ego, ait, de tuo adventu præmonui. Sanè etiam quæcunque ad muliebre forum pertinent, didicit iſte omnia ſedulò & diligenter miniſtrare: necnon ex omnibus convivis vinum primus laudare: & Illi aſſiduè aſſiſtens, dicere, Ut tu molliter comedis! & de iis quæ menſæ ſunt appoſita, aliquid attollens, Hoc verò, ait, quàm bonum eſt: Quærere etiam amat, nunquid Ille frigeat, nunquid tegi adhuc & ampliùs amiciri velit: & quidem hæc dicens, ad aurem hominis ſe inclinat, eíſque aliquid inſuſurrat: in eundem etiam dum alios alloquitur, oculos defixos habet. Pulvinos in theatro puero ademptos, ipſe ſubſternit. Domum ait benè & ingenioſè fuiſſe dimenſam & ædificatam: agrum diligenter conſitum: imaginem eſſe perſimilem. In ſummâ, aſſentatorem ſemper videas & facere omnia & dicere quæ audientibus putat fore grata.

Περὶ Ἀδολεσχίας.

Ἡ δὲ ἀδολεσχία, ἐστὶ μὲν διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων· ὁ δὲ ἀδολέσχης, τοιοῦτός ἐστιν οἷος ὃν μὴ γινώσκει,

De Garrulitate.

GArrulitas eſt longorum & inconſideratorum ſermonum effutitio. Garrulus autem ejuſmodi eſt, qui vel apud ignotum

τούτῳ

τούτῳ παρακαθεζόμενος πλησίον, πρῶτον μὲν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς εἰπεῖν ἐγκώμιον· εἶτα ὃ τῆς νυκτὸς εἶδεν ἐνύπνιον, τοῦτο διηγήσασθαι· εἶθ' ὧν εἶχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέκαστα διεξελθεῖν· εἶτα δὴ προχωροῦντος τοῦ πράγματος, λέγειν ὡς πολὺ πονηρότεροί εἰσιν οἱ νῦν ἄνθρωποι τῶν ἀρχαίων· καὶ ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ· καὶ ὡς πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι· καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλώϊμον εἶναι· καὶ, εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ, τὰ ἐν τῇ γῇ βελτίω ἔσεσθαι· καὶ, ὅτι ἀγρὸν εἰς νέωτα γεωργήσει· καὶ, ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν. καὶ, ὡς Δάμιππος μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε. καὶ, Πόσοι εἰσὶ κίονες, τοῦ Ὠδείου, καὶ, Χθὲς ἤμεσα. καὶ, Τίς ἐστιν ἡμέρα σήμερον; κἂν ὑπομένῃ τις αὐτὸν, μὴ ἀφίστασθαι. καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μέν ἐστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια, Ποσειδεῶνος δὲ τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια. παρασείοντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν.

juxtim ei assidens, uxoris suæ laudes prædicare instituat: deindè quod præcedenti nocte somniaverit, id narret: tum quæcunque in cœnâ sibi fuerint apposita, omnia sigillatim recenseat. Mox verò ubi incaluerit, homines hujus sæculi dicet esse antiquis deteriores: frumenta in foro vili vænisse pretio: peregrinos esse in urbe quàm plurimos: mare statim à Dionysiis patere navibus: & si Jupiter pluerit, eorum quæ terrâ conduntur meliorem fore proventum: séque agrum suum in sequentem annum esse culturum: ait etiam vivendi rationes esse perdifficiles: & quum Mysteria agitarentur, Damippum facem omnium maximam statuisse. Quærit etiam, quot sint Odei columnæ: &, Heri, ait, vomui: &, Quotus hic est mensis dies? Quòd si quis patientem se præbeat, nunquam ille ab eo discedat. Narrabit Mysteria mense Boëdromione, Apaturia Pyanepsione, Posideone verò quæ ruri agitantur Dionysia, solita celebrari. Id genus homines demissis manibus, grandíque gradu fugiat oportet, quisquis febre carere volet. Difficile enim est cum iis durare, qui neque otii neque negotii tempora distinguere nôrunt.

Περὶ

Περὶ Ἀγροικίας.

Ἡ Δὲ ἀγροικία δόξειεν ἂν εἶναι ἀμαθία ἀσχήμων· ὁ δὲ ἄγροικος, τοιοῦτός τις οἷος κυκεῶνα πιὼν εἰς ἐκκλησίαν πορεύεσθαι· καὶ τὸ μύρον φάσκειν οὐδὲν τοῦ θύμου ἥδιον ὄζειν· καὶ μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φορεῖν· καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν· καὶ τοῖς μὲν φίλοις καὶ οἰκείοις ἀπιστεῖν, πρὸς δὲ τοὺς αὑτοῦ οἰκέτας ἀνακοινοῦσθαι περὶ τῶν μεγίστων· καὶ τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις μισθωτοῖς ἐν ἀγρῷ, πάντα τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας διηγεῖσθαι. καὶ ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος, καθιζάνειν, ὥστε τὰ γυμνὰ αὐτοῦ * φαίνεσθαι. καὶ ἐπ' ἄλλῳ μὲν μήτε θαυμάζειν, μήτε ἐκπλήττεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὅταν δὲ ἴδῃ βοῦν, ἢ ὄνον, ἢ τράγον, ἑστηκὼς θεωρεῖν. καὶ προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμείου, δεινῶς φαγεῖν, καὶ ζωρότερον πιεῖν· καὶ τὴν σιτοποιὸν πειρᾶν λαθεῖν. κᾆτ' ἀλέσας μετ' αὐτῆς τοῖς ἔνδον πᾶσι καὶ αὐτῷ τὰ ἐπιτήδεια. καὶ ἀριστῶν δὲ ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις * ἐμβαλεῖν τὸν χόρτον· καὶ κόψαντος τὴν θύραν ἐπακοῦσαι αὐτός. καὶ τὸν κύνα προσκαλεσάμενος, καὶ ἐπιλαβόμενος τοῦ ῥύγχους, εἰπεῖν, οὗτος φυλάττει τὸ χωρίον, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἔνδον. καὶ τὸ ἀργύριον δὲ παρά του * λαβὼν ὑποδοκιμάζειν, λίαν μὲν

γρ. ὑποφαίν.

γρ. προσβαλεῖν τὴν θύραν.

γρ. λαμβάνων.

De Rusticitate.

Rusticitas verò honestatis & decori ignoratio videri queat. At rusticus is est, qui hausto pharmaco in concionem nihilominus prodeat: quíque unguentum non suavius fragrare thymo dicat. calceos gestat pede grandiores: voce etiam altâ loqui suevit. Amicis necessariísque suis parùm fidens, de rebus maximis ad famulos refert: quæcunque in concione audivit, omnia mercenariis suis, qui ruri apud ipsum opus faciunt, enunciat. Sæpe etiam veste ita supra genu adductâ sedet, ut denudatæ corporis partes conspici queant. In viâ aliorum quidem nihil admiratur, neque ullâ re percellitur: sed si bovem, asinum, aut hircum viderit, ibi homo gradum sistere, & contemplari. Quúmque aliquid è promptuariâ cellâ depromit, decerptum inde frustum vorat: & vinum meracius potat: diligenter interim ne hoc ancilla panifica rescifcat, cavens. Deinde verò cum illâ molere, & quæ sunt ad victum necessaria, tum sibi tum universæ familiæ parare solet. Inter prandendum jumentis pabulum objicit: & si quis fores pulset, ipse auscultat. Vocato etiam cane, & ejus rostro manu prehenso, Hic, inquit, & agrum & domum, quíque in eâ sunt omnes custodit. Argentum quod ab aliquo acceperit, quasi tenue aut nimis asperū solet rejicere,

λυπρὸν εἶναι, καὶ ἕτερον ἅμα ἀλλάττεσθαι. καὶ ὃ ἄροτρον ἔχρησεν, ἢ κόφινον, ἢ δρέπανον, ἢ θύλακον, ταῦτα τῆς νυκτὸς κατ' ἀγρυπνίαν ἀναμιμνησκόμενος· καὶ εἰς ἄστυ καταβαίνων, ἐρωτῆσαι τὸν ἀπαντῶντα πόσου ἦσαν αἱ διφθέραι καὶ τὸ τάριχος· καὶ εἰ σήμερον ὁ ἀγὼν νεομηνίαν ἄγει. καὶ εἰπεῖν εὐθὺς ὅτι βούλεται καταβὰς ἀποκείρασθαι. καὶ ἐν βαλανείῳ δὲ ᾆσαι· καὶ εἰς τὰ ὑποδήματα δὲ ἥλους ἐγκροῦσαι. καὶ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίσασθαι * παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους.

γρ. ἀπὸ Βεχχίου.

Περὶ Ἀρεσκείας.

Ἡ δὲ ἀρέσκεια, ἐστὶ μὲν, ὡς ὅρῳ * περιλαβεῖν, ἔντευξις οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ ἡδονῆς παρασκευαστική· ὁ δὲ ἄρεσκος, ἀμέλει τοιοῦτός τις οἷος πόρρωθεν προσαγορεύσας, καὶ ἄνδρα κράτιστον εἰπὼν, καὶ θαυμάσας ἱκανῶς, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ, μὴ ἀφιέναι· καὶ μικρὸν προπέμψας, καὶ ἐρωτήσας πότε αὐτὸν ὄψεται, ἔτι ἐπαινῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ· καὶ τοὺς ξένους δὲ εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγουσι τῶν πολιτῶν. καὶ κεκλημένος δὲ ἐπὶ δεῖπνον, κελεῦσαι καλέσαι τὰ παιδία τὸν ἑστιῶντα· καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκῳ

γρ. εἰπεῖν.

& ut alio id sibi mutetur postulare. Aratrum si cui fortè utendum dederit, aut cophinum, aut falcem, aut saccum, nocte intempestâ illa repetet, si per insomnium fuerit eorum recordatus. In urbem cùm venit, obvium quemque interrogans; Quanti, ait, pelles & salsamenta vænibant? &, Nunquid hodie ludi novam lunam adducunt? Dicit etiam, se simul ac descenderit, tondere velle. Idem cantare in balneo, & clavis calceos suffigere, &, quia eadem via erat, ab Archia salsamenta accipere, ac portare ipse, moris habet.

De Blanditiâ.

Blanditia, si quis eam definire velit, est congressio parùm honestas voluptatis illecebras habens. Blandus verò is est, qui è longinquiore spatio aliquem salutare, & virum appellare præstantissimum, fortunámque ejus admirari soleat, & utraque manu prehendens, non dimittat: sed aliquantisper comitatus, quærens quando sit illum visurus, vix tandem domum revertatur, ejus interim laudes prædicans. Idem captus arbiter, non ei tantùm cui adest, sed adversæ etiam parti, ut communis utriusque amicus habeatur, gratificari studebit. Peregrinos justiora quàm civeis loqui decet. Ad cœnam invitatus, convivii dominum ut liberos suos vocet, rogabit: atq; illis ingredientibus, negabit ficum ficui

ὁμοιότερα

ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρί· καὶ προσαγαγόμενος, φιλῆσαι, καὶ παρ' αὑτὸν καθίσαι· καὶ τοῖς μὲν συμπαίζειν αὐτὸς, λέγων, ἀσκὸς, πέλεκυς· τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐᾶν καθεύδειν, ἅμα θλιβόμενος. καὶ πλειστάκις δὲ ἀποκείρασθαι, καὶ τοὺς ὀδόντας λευκοὺς ἔχειν. καὶ τὰ ἱμάτια δὲ χρηστὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ χρίσματι ἀλείφεσθαι· καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προσφοιτᾶν· τῶν δὲ γυμνασίων ἐν τούτοις διατρίβειν, οὗ ἂν οἱ ἔφηβοι γυμνάζωνται· τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν· καὶ ἀγοράζειν αὑτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ εἰς Βυζάντιον ἐπιστάλματα· καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον· καὶ μέλι Ὑμήττιον, εἰς Ῥόδον· καὶ ταῦτα ποιῶν, τοῖς ἐν τῇ πόλει διηγεῖσθαι. ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς, καὶ τίτυρον κτήσασθαι, καὶ Σικελικὰς περιστερὰς, καὶ δορκαδείους ἀστραγάλους, καὶ * Θυριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, καὶ αὐλίδιον παλαιστρικὸν κόνιν ἔχον, καὶ σφαιριστήριον· καὶ τοῦτο περιιὼν χρᾶν ἀεὶ τοῖς φιλοσόφοις, τοῖς σοφισταῖς, τοῖς ὁπλομάχοις, τοῖς ἁρμονικοῖς ἐπιδείκνυσθαι. καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἐπιδείξειν ὕστερον εἰπεῖν, ἐπὶ τῶν θεωμένων, πρὸς ἕτερον, ὅτι τούτου ἐστὶν ἡ παλαίστρα.

* γρ. θηρι-ακῶν.

tam esse similem, quàm illi sint patri: deinde eos ad se vocabit: osculatúsque, sibi assidere jubebit: & cum aliis jocans, En utrem, inquiet, En securim; alios in sinum recumbere dormientes, quamvis onere gravetur, sinet. Comam sæpiùs solet tondere: dentes nitidos habere: vestes quæ usui adhuc esse possint, mutare: unguento uti. Ac fori quidem in eam maximè partem ventitat, ubi sunt argentariorum mensæ: gymnasia verò illa frequentat, in quibus se ephebi exercent: in theatro autem & spectaculis juxta ipsos prætores sedet. Idem in foro sibi quidem nihil; sed amicis qui Byzantii sunt, mittenda munera emtitat: necnon Laconicas canes, quas Cyzicum: & mel Hymettium quod Rhodum mittat: atque hæc se facere suis civibus narrat. Prætereà solet idem, simiam domi alere, satyrum emere, & columbas Siculas, necnon dorcadios talos, & Thyriacas ampullas ex illis quæ formâ sunt rotundâ: item baculos sive scipiones ex obliquis Lacedæmone advectos, necnon aulæum cui sint Persæ intexti. Habet etiam idem parvulum atrium pulvere palæstrico respersum, & sphæristerium: atque has ædium suarum partes solet ille obvio cuique vel è philosophorum grege, vel sophistarum, vel eorum qui se armis, aut musico cantu exercent, commodare, ut ibi artis suæ periculum faciant: quod quidem dum illi faciunt, ipse de aliquo è spectatoribus alii dicit, Eccum tibi cujus est hæc palæstra.

Περὶ Ἀπονοίας.

Ἡ δὲ ἀπόνοιά ἐστιν ὑπομονὴ αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων. ὁ δὲ ἀπονενοημένος, τοιοῦτός τις οἷος ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι, καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος. τῷ ἤθει ἀγοραῖός τις, καὶ ἀνασεσυρμένος, καὶ παντοποιός. ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ. καὶ ἐν θαύμασι δὲ τοὺς χαλκοὺς ἐκλέγειν, καθ᾽ ἕκαστον παριών. καὶ μάχεσθαι τοῖς τὸ σύμβολον φέρουσι, καὶ προῖκα θεωρεῖν ἀξιοῦσι. δεινὸς δὲ καὶ πανδοχεῦσαι, καὶ πορνοβοσκῆσαι, καὶ τελωνῆσαι, καὶ μηδεμίαν αἰσχρὰν ἐργασίαν ἀποδοκιμάσαι, ἀλλὰ κηρύττειν, μαγειρεύειν, κυβεύειν, τὴν μητέρα μὴ τρέφειν, ἀπάγεσθαι κλοπῆς, τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν ἢ τὴν αὑτοῦ οἰκίαν. καὶ οὗτος δ᾽ ἂν εἶναι δόξειε τῶν περιϊσταμένων τοὺς ὄχλους, καὶ προσκαλούντων, μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ παρεῤῥωγυίᾳ διαλεγομένων πρὸς αὐτοὺς καὶ * λοιδορουμένων· καὶ μεταξὺ οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι πρὶν ἀκοῦσαι αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀρχὴν, τοῖς δὲ συλλαβὴν, τοῖς δὲ μέρος τοῦ πράγματος λέγει· οὐκ ἄλλως θεωρεῖσθαι ἀξιῶν τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, ἢ ὅταν ᾖ πανήγυρις. ἱκανὸς δὲ καὶ δίκας τὰς μὲν φεύγειν,

* γρ. λοιδορούντων.

De Vacordiâ, sive perditâ audaciâ.

VÆcordia est per quam aliquis & facere quidvis & loqui contra honestatem sustinet. Homo autem is est qui jusjurandum facilè suscipiat: qui malè audire ac convitiis proscindi, súsque déque habeat. Moribus est veteratoris calidi improbíque, & hominis spurci, ac quidvis audentis. Atque adeò non pudebit eum, saltare cordacem etiam sobrium, & in comico choro personatum: & quum præstigiæ spectantur, ad quémque spectantium adire & stipem æream exigere: ac si quis tesseram afferens, gratis spectare postulet, cum eo rixabitur. Cauponam quoque exercere, leno ac portitor coactórque esse solet: ac qui à nullo turpi artificio se abstineat, præco erit; coquus erit; aleator erit; matri suæ alimenta denegabit: furti etiam convictus obtorto collo rapietur, atque in carcere diutiùs quàm in suis ædibus habitabit. Est etiam iste ex iis qui turbam circa se sistunt, & obvios ad se vocant, quibuscum voce magnâ & præfractâ loquuntur, iísque maledicta ingerunt: atque illi intereà partim accedunt, partim discedunt, priusquam quid sibi ille velit audierint: dum ille aliis principium, aliis vix syllabam, aliis partem aliquam de re totâ refert: non aliter quàm in celebri hominũ conventu profligatũ ac perditum ingeniũ suum spectari postulans. Litibus etiam partim quæ ipsi intenduntur,

τὰς

τὰς δὲ διώκειν, τὰς δὲ ἐξόμνυσθαι, τὰς δὲ παρεῖναι· ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσίν. οὐκ ἀποδοκιμάζων δὲ οὐδ' ἅμα πολλῶν ἀγοραίων στρατηγεῖν, καὶ εὐθὺς τούτοις δανείζειν, καὶ τῆς δραχμῆς τόκον τρία ἡμιωβόλια τῆς ἡμέρας πράττεσθαι, καὶ ἐφοδεύειν τὰ μαγειρεῖα, τὰ ἰχθυοπωλεῖα, τὰ ταριχοπωλεῖα. καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. ἐργώδεις δὲ εἰσὶ τὸ στόμα εὔλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν, καὶ φθεγγόμενοι μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ὡς συνηχεῖν αὐτοῖς τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἐργαστήρια.

partim quas ipse aliis intendit, solet esse implicitus: atque in aliis absentiam suam jurejurando interposito excusare: ad alias judicio se sistere, in sinu quidem scrinium, præ manibus verò forensium libellorum fasciculum habens. Quin etiam, quæ ejus est insignita impudentia, ducem se rabulis forensibus præbet: ac mox illis pecuniâ fœnori datâ, pro usurâ drachmæ cujusque ternos semiobolos in dies exigit: sæpe etiam popinas & macella ubi pisces ac salsamenta væneunt, pererrat: necnon quas è nundinatione suâ nummos conficit, solet eos in buccam condere. Sunt sanè istiusmodi homines admodum difficiles: quorum quidem os ad convitiandum facilè solvitur; atque id voce ita contentâ, ut eorum clamoribus & forum, & omnes tabernæ personent.

Περὶ Λαλιᾶς.

Η Δὲ λαλιὰ, εἴ τις αὐτὴν ὁρίζεσθαι βούλοιτο, εἶναι ἂν δόξειεν ἀκρασία τοῦ λόγου. ὁ δὲ λάλος, τοιοῦτός τις, οἷος τῷ ἐντυγχάνοντι εἰπεῖν ἂν ὁποῖον πρὸς αὐτὸν φθέγξηται, ὅτι οὐδὲν λέγει. καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ, ἂν ἀκούῃ αὐτοῦ, μαθήσεται. καὶ μεταξὺ δὲ * ἀποκρινομένου ὑποβάλλειν, εἴπας, σὺ μὴ * ἐπιλάθῃ ὃ μέλλεις λέγειν· καὶ εὖγε ὅτι με ὑπέμνησας· καὶ, τὸ λαλεῖν ὡς χρήσιμόν που· καὶ, ὃ παρέλιπον· καὶ, ταχύ γε συνῆκας τὸ πρᾶγμα. καὶ,

γρ. ἀποκρινομένῳ.

γρ. ἐπιλάθῃς.

De Loquacitate.

Loquacitas autem, si quis eam definire velit, sermonis intemperantia esse videatur. Loquax verò is est, qui soleat ei quîcum verba facit, dicere, quicquid ille narrare inceperit, Nihil dicis: se rem omnem probè tenere: illum, si operam sibi dare velit, intellecturum. Deinde respondentem interpellans, Tu, ait, ne obliuiscaris eorum quæ dicturus eras: &, Factum benè quòd in memoriam revocâsti: &, Quàm juvat interdum sermones mutuos serere! &, Quod præterii: &, Celeriter tu quidem rem percepisti: &,

πάλαι σε παρετήρουν εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐμοὶ κατενεχθήσῃ. καὶ ἑτέρας ἀφορμὰς τοιαύτας πορίσασθαι, ὥστε μηδὲ ἀναπνεῦσαι τὸν ἐντυγχάνοντα. καὶ ὅταν γε τοὺς καθ' ἕνα ἀποκναίσῃ, δεινὸς καὶ ἐπὶ τοὺς ἀθρόους καὶ συνεστηκότας πορευθῆναι, καὶ φυγεῖν ποιῆσαι μεταξὺ χρηματίζοντας. καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα δὲ καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, κωλύειν τοὺς παῖδας προμανθάνειν τοσαῦτα, καὶ προσλαλεῖν τοῖς παιδοτρίβαις καὶ διδασκάλοις· καὶ τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας δεινὸς προπέμψαι, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ πυθόμενος τὰς ἐκκλησίας ἀπαγγέλλειν· προσδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντος τότε γενομένην τοῦ ῥήτορος μάχην, καὶ τὴν * τῶν Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου· καὶ οὓς * ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῷ δήμῳ. * καὶ κατὰ τῶν πληθῶν γε ἅμα διηγούμενος κατηγορίαν παρεμβαλεῖν. ὥστε τοὺς ἀκούοντας, ἤτοι ἐπιλαθέσθαι, ἢ νυστάξαι, ἢ μεταξὺ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. καὶ συνδικάζων δὲ, κωλῦσαι κρῖναι· καὶ συνθεωρῶν, θεάσασθαι· καὶ συνδειπνῶν, φαγεῖν· λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λάλῳ ἐστὶ σιωπᾶν, καὶ ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστιν ἡ γλῶττα· καὶ ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν, οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίστερος. καὶ σκωπτόμενος ὑπομεῖναι καὶ ὑπὸ τῶν αὑτοῦ παι-

γρ. Λακεδαιμονίων.
γρ. τότε.
γρ. μισῶ.

Pridem exſpectabam an eôdem mecum recideres: aliáſque hujuſmodi occaſiones loquendi captans, ne reſpirare quidem eos ſinit, quibuſcum loquitur. Ac poſtquam ſinguli ſunt ab eo ita enecti, tum ad eos accedere non veretur, qui plures unà coïerunt, eóſque de rebus ſeriis agentes, in fugam vertere. Sed & ludos ac palæſtras ingreſſus, ut ne tantùm pueri addiſcant ſolet efficere, verba intereà cum corporum exercitatoribus ſeu pædotribis, & ludimagiſtris funditans. Si quis diſcedere ſe velle dicat, comitari ille, & domum uſque deducere ac proſequi. Si fortè, quid ſit in concione actum, reſcierit, id aliis poſteà narrabit: tum de eo prælio quod prætore Ariſtophonte nobili illo oratore commiſſum eſt, longam narrationem contexet; item, de eâ pugnâ quæ à Lacedæmoniis duce Lyſandro eſt pugnata: & ſi quid ipſe unquam pro concione cum aliquâ ſuâ laude dixerit. Atque hæc narrans, ſimul in vulgus invehetur: idque tanto cum audientium tædio, ut eorum alius quæ ab ipſo dicuntur, oblivioni ſtatim mandet, alius dormitet, alius loquentem adhuc deſerat, diſcedátque. Denique ſive ad judicandum cum alio ſedeat, judicare; ſive ad ſpectandum, ſpectare; ſive ad cibum ſumendum, cibum ſumere, confeſſorem impediet. Quippe, inquit, loquaci durum eſt tacere: linguam enim tanquam in udo habet: atque adeò præ quâvis hirundine garrulus videri malit, quàm tacere: adeò ſe irrideri fert patienter: ídque vel à puerulis ſuis,

δίων,

δίων, ὅταν αὐτὸν ἤδη καθεύδειν βουλόμενον κελεύῃ λέγοντα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ.

qui somnum petituri jubeant ipsum aliquid sibi narrantem, verba facere: ut ita nobis, inquiunt, somnus obrepat.

Περὶ Λογοποιΐας.

Ἡ δὲ λογοποιΐα, ἐστὶ σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων, ὧν βούλεται ὁ λογοποιῶν. ὁ δὲ λογοποιὸς, τοιοῦτός τις οἷος ἀπαντήσας τῷ φίλῳ, εὐθὺς καταβαλὼν τὸ ἦθος, καὶ μειδιάσας, ἐρωτῆσαι, πόθεν σὺ, καὶ τί λέγεις; καὶ ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον; καὶ μὴν ἀγαθά γε ἐστὶ τὰ λεγόμενα. καὶ οὐκ ἐάσας ἀποκρίνασθαι, εἰπεῖν, τί λέγεις; οὐδὲν ἀκήκοας; δοκῶ μοί σε εὐωχήσειν καινῶν λόγων. καὶ ἔστιν αὐτῷ ἢ στρατιώτης, ἢ παῖς Ἀστείου τοῦ αὐλητοῦ, ἢ Λύκων ὁ ἐργολάβος παραγεγονὼς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης, οὗ φησὶν ἀκηκοέναι. αἱ μὲν οὖν ἀναφοραὶ τῶν λόγων τοιαῦταί εἰσιν αὐτοῦ, ὧν οὐδεὶς ἂν ἔχοι ἐπιλαβέσθαι. διηγεῖται δὲ τούτους φάσκων λέγειν, ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς *μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσανδρος ἐζώγρηται. κἂν εἴπῃ τις αὐτῷ, Σὺ δὲ ταῦτα πιστεύεις; φήσει· τὸ πρᾶγμα βοᾶσθαι γὰρ ἐν τῇ πόλει, καὶ τὸν λόγον ἐπεντείνειν· καὶ πάντας γὰρ συμφωνεῖν, ταὐτὰ λέγειν περὶ τῆς μάχης· καὶ πολὺν τὸν *ζωμὸν γεγονέναι· εἶναι δὲ

γρ. μάχῃ.

γρ. φόνον.

De Famigeratione, sive rumorum confictione.

FAmigeratio est factorum dictorúmque ad arbitrium ipsius fingentis confictio. Famigerator autem is est qui obvius amico factus, statim mutato vultu ac renidens, interroget, Unde tu, & quid ais? &, Habésne super hoc novi quicquam? & pergens interrogare, Nihílne, inquit, novi dicitur? atqui fausta sanè sunt & læta, quæ vulgò narrantur: tum autem priùs quàm ille respondeat, Quid ais, inquit, nihil audivisti? Ergò ego te, sicut video, rerum novarum epulis lautè excipiam. Ac statim est illi aut miles aliquis, aut Astei tibicinis puer, aut manceps Lyco qui ex ipso prælio sit reversus, à quo se dicat audiisse: auctores siquidem ille tales eorum quæ dictitat profert, quos nemo queat arguere. Refert autem accepisse se ab illis, Polysperchontem cum rege hostes prælio fudisse, & superâsse: Cassandrúmque vivum in hostium potestatem venisse. Quòd si quis ei dicat, Tu autem hæc credis? Imò, inquiet; rem enim clarissimâ omnium voce totâ urbe ferri; rumorem crescere; omnes congruere; eadem enim de prælio ab omnibus narrari: magnum nimirum eâ pugnâ fartum esse factum. Idque se

αὐτῶν καὶ σημεῖον τὰ πρόσωπα τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν· ὁρᾶν γὰρ αὐτῶν πάντων μεταβεβληκότα. λέγει δ' ὡς καὶ παρακήκοε παρὰ τούτοις κρυπτόμενόν τινα ἐν οἰκίᾳ, ἤδη πέμπτην ἡμέραν ἥκοντα ἐκ Μακεδονίας, ὃς πάντα ταῦτα οἶδε. καὶ πάντα διεξιὼν, πῶς οἴεσθε; πιθανῶς σχετλιάζει. λέγων, δυστυχὴς Κάσσανδρος! ὦ ταλαίπωρος! ἐνθυμῇ τὸ τῆς τύχης. ἀλλὰ οὖν ἰσχυρὸς γενόμενος. καὶ δεῖ δὲ * αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι. πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων. Τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι, τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν· οἱ δ' ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν· εἰσὶ δ' οἳ καὶ πλεῖστοι λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν. πάνυ δὲ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα. ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν, ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις;

* γρ. αὐτόν.

ex eorum etiam vultu, qui rem gerunt publicam, colligere: quem viderit ipſis penitùs immutatum. Addit deinde ſe inaudiſſe, quendam qui ex Macedoniâ advenerit, quíque omnibus quæ geſta ſunt interfuerit, quintum jam diem ab illis domi occultari. Atque ubi hæc commemoravit, miſerationes adjicit: at ſcin' quomodo? ſanè quam perſuaſibiliter. O infelicem, inquiens, Caſſandrum! O virum ærumnoſum! En Fortuna quid poſſit. at fuit certè Caſſander præpotens. Te verò, ait, tacitum hoc tecum habere oportet. ipſe autem ad civium unumquemque accurrit, ut ei omnia narret. Equidem mirari ſoleo quid ſibi homines hoc genus falſis rumoribus fingendis ſpargendíſque velint: quæ res, ut taceam mendacii turpitudinem, non rarò ipſis incommoda evenit. Factum enim ſæpe, ut dum iſti in balneis concurſus facerent, veſtes intereà ſuas furto amitterent: alii dum in porticu aut pedeſtri aut navali prælio vincunt, quòd vadimonium non ſtitiſſent, graviter multati ſunt. Quibuſdam etiam, dum urbes verbis ſuis fortiter caperent, cœna intereà loci periit. Enimverò miſera eſt iſtorum vita & conditio: nam quæ porticus eſt, quæ officina, quæ fori pars, in quâ dies non traducant integros, magno cum audientium, quos falſis ſuis narrationibus obtundunt, tædio?

Περὶ Ἀναισχυντίας.

Ἡ Δὲ ἀναισχυντία ἐστὶ μὲν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους. ὁ δὲ ἀναίσχυντος, τοιοῦτος οἷος πρῶτον μὲν ὃν ἀποστερεῖ, πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι. εἶτα θύσας τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ, τὰ δὲ κρέα ἀποθέναι ἁλσὶ πάσας· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι, ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρας κρέας καὶ ἄρτον, καὶ εἰπεῖν ἀκουόντων πάντων, εὐωχοῦ τίμιε. καὶ ὀψωνῶν δὲ, ὑπομιμνήσκειν τὸν κρεωπώλην, εἴ τι χρήσιμον αὐτῷ γέγονε. καὶ ἑστηκὼς πρὸς τῷ σταθμῷ, μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὀστοῦν εἰς τὸν ζυγὸν ἐμβάλλειν· καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει. εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς τὸ μέρος, θεωρεῖν. ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν, καὶ τὸν παιδαγωγόν. καὶ ὅσα ἐωνημένος ἄξιά τις φέρει, μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ. καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρα. καὶ ταῦτα χρήσαντας, ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτόν. δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ βάψας ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως,

De Impudentiâ.

IMpudentiam definire licet, famæ neglectum turpis quæstûs gratiâ. Impudens autem is est, qui solet pecuniam mutuò rogaturus ad eum accedere, cujus aliquid per fraudem detineat: deinde quum sacra diis facit, carnes victimæ suæ sale aspersas, condit, ipse apud alium cœnans: atque ibi pedisequum suum compellans, sublatis de mensâ carnium frusto, & pane, in omnium auribus, Tu vir honeste, inquit, epulare hilariter. Quando obsonatur, lanium meminisse jubet, si ullâ unquam in re fuerit de eo benè meritus: deinde autem trutinæ assistens, principio quidem carnes; sed si id non possit, os saltem aliquod in lancem injiciet: quod si auferre queat, id optimè: si non, tum ille è mensâ vel aliquod intestinorum frustum rapiet, & cum risu discedet. Jam si peregrinis apud se divertentibus locum in theatro ad spectandum emerit, ipse quoque nullo pro capite suo dato ære spectatum veniet: quinetiam liberos suos cum pædagogo eòdem secum postero die ducere non dubitabit. Quæcunque autem parvo empta ferentem aliquem viderit, sibi quoque communicari jubebit. Et ubi ad ædes alienas venerit, vel hordeum, vel, si usus ità tulerit, paleam mutuaturus, eos coget à quibus acceperit, id quod dederint, domum sibi apportare. Sæpè etiam in balneis ad aēna accedens postquàm arytænam mersam replevit, sese

αὐτὸς

γρ. αὐτόν. αὐτὸς * αὑτοῦ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι λέλουται, ἀπιών. κἀκεῖ, Οὐδεμία σοι χάρις.

ipse, non sine magno balneatoris clamore, perfundit: dein discedens, Lavi, inquit: & ad balneatorem conversus, Ego verò, ait, gratiam tibi nullam.

Περὶ Μικρολογίας.

Ἡ δὲ μικρολογία ἐστὶ φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν· ὁ δὲ μικρολόγος, τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, καὶ συσσιτῶν ἀριθμεῖν πόσας κύλικας ἕκαστος * πέπωκε· καὶ ἀπάρχεσθαι ἐλάχιστον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν συνδειπνούντων. καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι ἄγαν. καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ διφᾶν τὰ καλύμματα. καὶ ἐάν τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι ὥστε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ. καὶ οὐκ ἂν ἐάσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου, οὔτε διὰ τοῦ αὑτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι, οὔτε ἐλαίαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ πεπτωκότων ἀνελέσθαι. καὶ τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι ὁσημέραι, εἰ διαμένουσιν οἱ αὐτοί. δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκου. καὶ ἑστιῶν δημότας, μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι· καὶ ὀψωνῶν, μηδὲν πριάμενος εἰσελ-

γρ. ἐκπέπωκε.

De Sordidâ parsimoniâ.

Sordida parsimonia est studium parcendi sumptibus ultra modum. Sordidè parcus is est, qui à *sodalibus apud se convivia agitare solitis*, tanquam pro menstruâ domûs pensione semiobolum exigat: & in convivio quot quisque calices educat, numeret: qui etiam ex omnibus convivis Dianæ minima libamenta offerat. Jam quæcunque ei quispiam fert impensa, etsi parvo empta, nimio tamen constare dicet. Si famulus ollam aut patinam fregerit, de ejus demenso tantum detrahet, quanti erat quòd fractum est. Quòd si uxor trichalcum amiserit, ille verò omnem suppellectilem, lectos etiam, atque capsas loco movebit, & omnia stragula scrutabitur. Quicquid vendit, tanti vendit, ut emptori ea res cedere bono non queat. Ficum de suo horto neminem gustare siverit: neminem per fundum suum transire: aut ullam cadivam olivam, palmulámve auferre. quotidie terminos inspectat suos, ecquid immoti eodem loco iidem maneant. Porrò autem debitum si quis die præstitutâ non solverit, pœnam pro morâ, atq; adeò usuræ usuram solet exigere. Populares convivio accipiens, minutas apponet carnes: qúmque ad obsonandum exierit, sæpe vacuus domum revertetur.

θεῖν.

δεῖν· καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ μήτε ἅλας χρωννύειν, μήτε ἐλλύχνιον, μήτε κύμινον, μήτε ὀρίγανον, μήτε οὐλὰς, μήτε στέμματα, μήτε θυηλήματα· ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐστι τοῦ ἐνιαυτοῦ. καὶ τὸ ὅλον δὲ, τῶν μικρολόγων καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἐστὶν ἰδεῖν εὐρωτιώσας καὶ κλεῖς ἰωμένας· καὶ αὐτοὺς δὲ φοροῦντας ἐλάττω τῶν μηρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐκ ληκυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους, καὶ ἐν χρῷ κειρομένους, καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους, καὶ πρὸς τοὺς γναφεῖς διατεινομένους, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται ταχύ.

Uxori solet edicere, nè cuiquam salem aut ellychnium, aut cyminum, aut origanum, vel etiam farris quicquam, vel corollam ullam, vel libum ullum commodet: Magnam enim, inquit, parva hæc tandem in anno summam efficiunt. In summâ, sordidorum istorum hominum loculos videas situ oblitos, claves ferrugine illitas. Ipsos quinetiam videre licet vestes gestare intrà quàm modicas: guttulos, ex quibus ungantur, parvulos habere: capite esse, ad cutem usque, attonso: calceos medio die exuere: & cum fullonibus obnixè agere, ut ad poliendam suam vestem, cretæ multum adhibeant, ne sordes facilè contrahat.

Περὶ Βδελυρίας.

ΟΥ χαλεπὸν δέ ἐστι τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι· ἔστι γὰρ παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιστος. ὁ δὲ βδελυρὸς, τοιοῦτός τις οἷος ἀπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον. καὶ ἐν θεάτρῳ κροτεῖν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται· καὶ συρίττειν οὓς ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποί. καὶ ὅταν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγεῖν, ἵνα τοὺς καθημένους ποιήσῃ μεταστραφῆναι. καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἑστηκὼς τραγηματίζεσθαι, ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν. καὶ καλέσαι δὲ τῶν παριόντων ὀνομαστί τινα, ᾧ μὴ

De Impuritate, sive *moribus impuris*.

IMpuritatem verò definire non est difficile: Est siquidem jocus ludúsve evidens nimis ac flagitiosus. Impurus verò is est, qui si in liberas mulieres incidat, veste subductâ pudenda illis ostendat. In theatro reliquis tacentibus, ipse plaudit: & quos alii libenter spectant, ipse sibilis consectatur: & toto theatro ad spectandum intento, ipse resupinato corpore ructat, ut qui sedent, oculos avertere necesse habeant. Ac quando maximè frequens est forum, ad nuces, mala, & reliquos omnis generis fructus accedens, ibíque stans, de iis comedit, sermones interea cum eorum venditore serens. Non etiam dubitat prætereuntium aliquẽ, nullâ sibi

συνήθης

συνήθης ἐστί· καὶ προσδιδόντα δέ τους ὁρῶν, περιμεῖναι κελεύσαι. καὶ ἡττημένῳ δὲ μεγάλην δίκην ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου προσελθεῖν, καὶ συνησθῆναι· καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτὸν, καὶ αὐλητρίδας μισθοῦσθαι. καὶ δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα, καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα. καὶ διηγεῖσθαι προσεστὼς πρὸς κουρεῖον, ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει. καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. καὶ ἐπὶ θέαν τηνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι, ἄγων τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι. καὶ ἀποδημῶν δημοσίᾳ, τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν, παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείζεσθαι. καὶ τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν, καὶ ἐλάχιστα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν. καὶ ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος τὸ αὑτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι. καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ εἰπὼν, σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω, τῷ παιδαρίῳ· τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. καὶ τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος, κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν. καὶ τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα· Φειδωνείῳ μέτρῳ τὸ πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς, τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια, σφόδρα ἀποψῶν, ὑποπείσασθαι. ἀμέλει δὲ καὶ χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν,

familiaritate junctum, nominatim compellare: & si quem aliquò properantem videat, jubebit exspectare. Solet etiam ad eum qui in grandis pecuniæ judicio causâ ceciderit, redeuntem è judicio, accedere, & ei gratulari: quúmque sibi opsonia emerit, & tibicinas conduxerit, ut cuique obvius fuerit factus, obsonia illi ostendere, & ad ea invitare. idémque ad tonstrinam aut tabernam unguentariam astans, narrat velle se mox ad ebrietatem usque bibere. Vinum vendens, etiam amico dilutum dabit. Ad ludos, quando maximè spectandum est, liberos suos ire non sinit: tunc sinit, quando gratis per theatrorum redemptores licet spectare. Cùm legatus peregrè proficiscitur, relicto domi viatico quod publicè accepit, à legationis sociis mutuò rogabit. Moris etiam habet famulum itineris comitem, onerare quidem sarcinis supra modum, victum verò ei suppeditare angustè nimis & infra modum. Lautia si cum aliis acceperit, suam portionem petet, ut eam statim vendat. In balneis lavans, puerulo appellato, Nam hercule tu, inquit, oleum nimis rancidum mercatus es: & simul alieno se inungit. Quòd si quos pueri nummos æreos, ut fit, in viâ repererint, partem inde sibi poscet, illud usurpans, Mercurium esse communem. Ejusdem hominis sunt hæc quoque. Phidonia mensura si quid metiatur, eam adhibet, cujus sit fundum collisum & introrsus adactum: domesticis suis demensum ipse per- quam studiosè radens metitur ..... & si triginta minas solvere habeat,

ἔλαττον

ἔλαττον τέτταρσι δραχμαῖς ἀποδιδόναι. καὶ φράτορας ἑστιῶν, αἰτεῖν τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ * κοινοῦ ὄψον. τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίσεα τῶν ῥαφανίδων ἀπογράφεσθαι, ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσιν.

γρ. κ. ὄψου.

ut quatuor tamen drachmæ de solido desiderentur, operam dabit. quando etiam tribuleis convivio accipit, solet pueris suis obsonia è communi postulare: dimidiatos verò raphanos, si qui fortè demensâ tollantúr, annotat, nè eos pueri ministrantes capiant.

Περὶ Ἀκαιρίας.

Ἡ μὲν οὖν ἀκαιρία, ἐστὶν ἐπίταξις λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας. ὁ δὲ ἄκαιρος, τοιοῦτός τις, οἷος ἀσχολουμένῳ προσελθὼν ἀνακοινοῦσθαι, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐρωμένην κωμάζειν πυρέττουσαν. καὶ δίκην ὠφληκότα ἐγγύης προσελθὼν, κελεῦσαι αὐτὸν ἀναδέξασθαι. καὶ μαρτυρήσων παρεῖναι, τοῦ πράγματος ἤδη κεκριμένου. καὶ κεκλημένος εἰς γάμους, τοῦ γυναικείου γένους κατηγορεῖν. καὶ ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι, παρακαλεῖν εἰς περίπατον. δεινὸς δὲ καὶ προσάγειν ὠνητὴν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι. καὶ ἀκηκοότας καὶ μεμαθηκότας ἀνίστασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων. καὶ πρόθυμος δὲ ἐπιμεληθῆναι ἃ μὴ βούλεταί τις γενέσθαι, αἰσχύνεται δὲ ἀπείπασθαι. καὶ θύοντας καὶ ἀναλίσκοντας, ἥκων τόμον ἀπαιτήσων. καὶ μαστιγουμένου οἰκέτου παρεστὼς, διηγεῖσθαι ὅτι καὶ αὐτοῦ ποτε παῖς οὕτω πληγὰς λαβὼν ἀπήγξατο. καὶ παρὼν διαίτῃ, συγκρούειν, ἀμφοτέρων βουλομένων

De Intempestivitate, sive *inscitiâ temporis.*

Intempestivitas est congressio molesta iis quibuscum congrediaris. Homo autem intempestivus is est, qui ad amicum occupatũ accedens, velit re communicatâ cum illo deliberare: quíq; ad amicam suam febri laborantem veniat comessatum. Solet etiam eum qui jam ante fuerit ex sponsu condẽnatus, adire, rogans ut pro se quoq; intercedere velit. & ad dicendũ testimonium tunc venit quum res est judicata: ad nuptias vocatus, in mulierum genus invehitur. Eos qui è longinquo itinere modò advenerint, ad deambulandum secum invitat: re jam venditâ emptorem adducit qui pluris sit empturus. Sæpe etiam è medio hominum sibi assidentium surgit, ut rem illis orsus à capite exponat, quam omnes jam audiverint ac pernorint: & quæ nollet quidem aliquis, sed denegare tamen erubescit, ad illa curanda, promptus est. Ad eos qui sacra faciunt, & epulas concelebrant, accedit, ut aliquam inde partem auferat. Quòd si præsente eo famulus cædatur; sibi quoq; puerum aliquando fuisse narrabit, qui similiter virgis cæsus se suspẽderit. Idem captus arbiter, duos litigantes, quorũ uterq; rem transigi optat, inter se committet.

διαλύεσθαι.

διαλύεσθαι. καὶ ὀρχησάμενος ἅψασθαι ἑταίρου μηδέπω μεθύοντος.

Denique saltaturus, socium manu prehendit, qui nondum sit vino madidus.

Περὶ Περιεργίας.

De Sedulitate ineptâ.

Ἀμέλει περιεργία δόξειεν ἂν εἶναι προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων, μετ' εὐνοίας. ὁ δὲ περίεργος, τοιοῦτός τις, οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστὰς ἃ μὴ δυνήσεται. καὶ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι, ἔν τινι στὰς, δεικνύειν ὡς οὐχ οἷόν τε ἐλεγχθῆναι. καὶ πλείω δὲ ἐπαναγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι ἢ ὅσα δύνανται οἱ παρόντες ἐκπιεῖν. καὶ διείργειν τοὺς μαχομένους, καὶ ἧς οὐ γινώσκει ἀτραποῦ ἡγήσασθαι, εἶτα μὴ δύνασθαι * εὑρεῖν οὗ πορεύεται. καὶ τὸν στρατηγὸν δὲ προσελθὼν ἐρωτῆσαι, πότε μέλλει παρατάττεσθαι, καὶ τί μετὰ τὴν αὔριον παραγγέλλει, καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ μήτηρ ἤδη καθεύδει ἐν τῷ δωματίῳ. καὶ ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ μαλακιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν, εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα. καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦτε ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς, καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποταπή ἐστι. καὶ προσεπιγράψαι ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. καὶ ὀμνύναι μέλλων, εἰπεῖν πρὸς τοὺς περιεστηκότας, ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα.

* γρ. ἀνευρεῖν πῆ.

Περιεργία, (quàm liceat sedulitatem ineptam dicere) est dictorum factorúmq; simulatio cum significatione benevolentiæ. Mores ejusmodi hominis ita sunt. Facilè surgens è medio, in se recipit, quibus præstandis par non sit: rem quæ omnium confessione justa est, pluribus verbis, in aliquo inhærens, docere instituit, nullo modo posse argui. Puerum vini ampliùs miscere cogit, quàm quantum omnes qui adsunt convivæ, queant ebibere. Contendentes pugnantésque invicem instigat. Solet etiam viam præire, quam ignoret ipse: cujus quidem exitum mox invenire nequeat: & ad ductorem exercitûs accedens, rogare, ecquando sit aciem ad dimicandum instructurus: necnon quid in perendinum diem imperet: & ad patrem veniens, En, inquit, mater in cubiculo jam dormit. Ac quum vini usum ægroto medicus interdixerit, solet hic illum quasi periculi faciendi causâ ad bibendum componere. Quòd si uxor obîerit, monumento ejus & mariti & patris & matris nomina inscribet, itémque cujas ipsa sit: tum hoc elogium insuper adjiciet, SINGULARI OMNES ISTI PROBITATE ERANT. Idem si ad jusiurandum adigatur, conversus ad circumstantem turbam, Ego verò, inquit, jam antè sæpiùs juravi.

Περὶ

Περὶ Ἀναισθησίας.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος, τοιοῦτός τις οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις, καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾷν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται; καὶ δίκην φεύγων, καὶ ταύτην εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ, μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων. καὶ πολλὰ φαγὼν τὰς νύκτας, καὶ ἐπὶ θᾶκον ἀνιστάμενος, ὑπὸ κυνὸς τοῦ τοῦ γείτονος δηχθῆναι. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν. καὶ ἀπαγγέλλοντός τινος αὐτῷ ὅτι τετελεύτηκέ τις αὐτοῦ τῶν φίλων, ἵνα παραγένηται, σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας, εἰπεῖν, Ἀγαθῇ τύχῃ. δεινὸς δὲ καὶ, ἀπολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον, μάρτυρας παραλαβεῖν. καὶ χειμῶνος ὄντος μάχεσθαι τῷ παιδὶ, ὅτι σικύους οὐκ ἠγόρασε· καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ παλαίειν ἀναγκάζων, καὶ τροχάζειν, καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν. καὶ ἐν ἀγρῷ αὐτοῖς φακῆν ἕψων, δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβάλλων, ἄβρωτον ποιῆσαι. καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς, εἰπεῖν, Ἡδύ γε τῶν ἄστρων νομίζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι * πίσσης. καὶ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι

γρ. πίσσης.

De Stupiditate.

Stupiditatem quoque definire possis, ut sit animi tarditas, seu dicendum, seu faciendum sit aliquid. Stupidus verò is est, qui sedens ad calculos, postquam rationes putavit, & summam subduxit, roget eum qui sibi assidet, Summa quanta est? Ac quum ei litem aliquis intenderit, ubi ad diem illum ventum est, quo disceptari causa debet, ejus oblitus, in agrum proficiscitur. Sæpe etiam sedens in theatro ad spectandum, discedentibus aliis somno obrutus ibi relinquitur: idem quum se cibis ingurgitârit, noctu surgens, ut ad sellas eat, in vicini canem incidit, à quo mordetur. Idem quod acceperit ipse ac recondiderit, id ipsum quærere solet, reperire autem non potest. Quumque nunciatur illi obiisse aliquem ex familiaribus ipsius, ut veniat exequias, tum ille vultu ad mœstitiam composito, lacrymas etiam fundens, Bene, inquit, eveniat. Debitas autem pecunias recipiens, testes sibi adsciscit: & vigente hyeme, cum famulo quòd cucumeres non emerit, jurgatur. Puerulos quinetiam suos, ut luctâ se exerceant, cursu contendant, usque ad fatigationem cogere solet. In agro lentem ipse coquens, sale bis in ollam injecto, ut mandi nequeat, efficit. cúmque à Jove pluit, Sanè quam, inquit, siderum aqua suavis mihi videtur. . . . .
. . . . Rogatus ab aliquo, Ecquot putet Sacrâ portâ elatos mortuos:

νεκροὺς ;

νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.

Quot utinam, respondens ait, ego & tu haberemus.

Περὶ Αὐθαδείας.

Ἡ δὲ αὐθάδεια, ἐστὶν ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις. ὁ δὲ αὐθάδης, τοιοῦτός τις οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα ποῦ ἐστὶν, εἰπεῖν, Πράγματά μοι μὴ πάρεχε. καὶ προσαγορευθεὶς, μὴ ἀντιπροσειπεῖν. καὶ πωλῶν τι, μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις, πόσου ἂν ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾷν τί εὑρίσκει. καὶ τοῖς τιμῶσι, καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς, εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα. καὶ οὐκ ἔχων συγγνώμην οὔτε τῷ ἀπώσαντι αὐτὸν ἀκουσίως, οὔτε τῷ ὤσαντι, οὔτε τῷ ἐμβάντι. καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι εἰσενεγκεῖν, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη, ὕστερον ἥκειν φέρων, καὶ λέγειν ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. καὶ προσπταίσας ἐν τῇ ὁδῷ, δεινὸς καταράσασθαι τῷ λίθῳ. καὶ ἂν ὑπομεῖναι, οὐκ ἂν προσμεῖναι πολὺν χρόνον οὐδένα. καὶ οὔτε ᾆσαι, οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι. δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι.

De contumaciâ sive *ferocitate.*

Contumacia est verborum in congressionibus & vitæ quotidianæ usu duritas. Homo contumax ita est comparatus, ut si quis ex ipso sciscitetur, Ubi est ille? respondeat, Nè sis mihi molestus: salutatus, salutare invicem negligit. cúmque aliquid vendit, indicare quidem merces suas, interrogatus Quanti? non dignatur: verùm ipse potiùs emptorem interrogat, Ecquid inveniat damnandum? Religiosis quoque hominibus, & qui ad festa solennia diis dona mittunt, dicere solet minimè gratìs datum ipsis iri, *si quid divino accepe- rint munere.* Si quis illum vel invitus, aut expulerit, aut pepulerit, aut pede presserit, non est exorabilis. Et cùm amico dixerit, collationem pecuniæ ab ipso petenti, nihil se daturum, postea ipse ultrò afferet, dicétque, Velle se hanc quoque pecuniam perdere. In viâ si ad lapidem offenderit, maledicet illi. Et ut aliquando subsistat alicujus expectandi causâ: nunquam tamen diutiùs cuiquam præstolabitur. Idem, ut cantet in conviviis, aut vice suâ recitet, aut saltet, adduci non potest. Postremò diis ipsis vota facere non curat.

Περὶ Δεισιδαιμονίας.

Ἀμέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν ἂν εἶναι δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον. ὁ δὲ δεισιδαίμων, τοιοῦτός τις οἷος ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ, δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν, οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν. καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν παραδράμῃ γαλῆ, μὴ πρότερον πορευθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τις, ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλῃ. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις, παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν. καὶ ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας, ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾷν τί χρὴ ποιεῖν. καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀποῤῥάψαι, μὴ προσέχων τούτοις, ἀλλ' ἀποτραπεὶς ἐκθύσασθαι. καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαίρειν. καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι, οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτε ἐπὶ λεχοῖ. καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας, πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. καὶ τελεσθησόμενος, πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ ἡ γυνὴ, μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων.

De Superstitione.

Superstitionem sanè definire possumus, meticulosum erga numen affectum. Superstitiosus verò is est, qui elotis manibus, & aquâ lustrali aspersus è templo, folium lauri ore prehensum tenens, integrum diem ità ambulet. Si viam mustela eo ingrediente transcurrerit, non ante progredietur quàm alius prior transierit, aut ipse tres lapides trans viam miserit. Serpentes si viderit in ædibus, sacellum eo loco exstruet. Lapides unctos qui sunt in triviis, solet oleo ex ampullâ perfundere: nec priùs discedere quàm posito genu eos fuerit veneratus. Quòd si mus fortè farinæ follem arroserit, adit ad interpretem, & quid facto sit opus eum percontatur: qui si respondeat, cerdoni nimirum tradendum esse illum follem, ut sarciatur: superstitiosus iste neglecto arioli responso, religioni rem habens, exinanitum saccum à se amolietur. Solet etiam domum crebrò purificare: sepulchrum nullum insistere: ad defunctorum justa nullus accedere: neque item ad ullam unquam puerperam. Insomnium porrò si viderit, pergere ille ad somniorum interpretes, ad divinos, ad augures, sciscitaturus, cui deo, cui deæ vota sint facienda. Et ut sacris initietur, ad Orpheotelestas quot mensibus cum uxore: aut si uxori non vacet, cum nutrice & filiolis suis, itat.

Ff καὶ

καὶ ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι. καὶ ἱερείας καλέσας, σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεύσαι αὐτὸν περικαθᾶραι. μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι.

Περὶ Μεμψιμοιρίας.

Ἔστι δὲ ἡ μεμψιμοιρία, ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον δεδομένων. ὁ δὲ μεμψίμοιρος, τοιόσδε τις οἷος, ἀποστείλαντος μερίδα τοῦ φίλου, εἰπεῖν πρὸς τὸν φέροντα, Ἐφθόνησάς μοι τοῦ ζωμοῦ, καὶ τοῦ οἰναρίου, οὐκ ἐπὶ δεῖπνον καλέσας. καὶ ὑπὸ τῆς ἑταίρας καταφιλούμενος, εἰπεῖν, Θαυμάζω εἰ σὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς. καὶ τῷ Διῒ ἀγανακτεῖν οὐ διότι ὕει, ἀλλὰ διότι ὕστερον. καὶ εὑρών τι καὶ ἐν τῇ ὁδῷ βαλάντιον, εἰπεῖν, Ἀλλ᾽ οὐ θησαυρὸν εὕρηκα οὐδέποτε. καὶ πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον, καὶ πολλὰ δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντος, Θαυμάζω, εἰπεῖν, ὅτι ὑγιὲς οὕτω ἄξιον ἐώνημαι. καὶ πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον ὅτι υἱός σοι γέγονεν, εἰπεῖν, Ὅτι ἂν προσθῇς, καὶ τῆς οὐσίας τὸ ἥμισυ ἄπεστιν, ἀληθῆ ἐρεῖς. καὶ νίκην νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους, * ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον, ὡς πολλὰ παραλελοιπότι τῶν δικαίων. καὶ ἐράνου εἰσενεχθέντος

* γρ. ἐγκαλεῖ.

Præterea in compitis antè quàm inde discedat, aquâ in caput aspersâ se lustrat. Piatricibus quinetiam ascitis, jubet se squillæ aut catuli circumlatione purgari. Quòd si quem mente captum aut comitialem viderit, solet inhorrescens in sinum sibi despuere.

De Querelâ, sive *iniquâ querulitate.*

Querela iniqua, est expostulatio nullo jure facta. Hominis autem queruli mores istiusmodi sunt, ut si ad eum amicus portionem aliquam è convivio miserit, dicat ei qui afferat, Hoc illud est quòd ego ad cœnam non sum vocatus: invidisti nimirum mihi jusculum & villum tuum. & cùm illum amica etiam & etiam suaviatur, Miror, inquit, si tu ex animo ista mihi des basia. Jovi succenset, non modò si non pluat: sed etiam si seriùs. cúmque in via crumenam invenit, Ego verò, ait, thesaurum nullus unquam reperi. Similiter quum parvo mancipium emerit, utpote exorato multis precibus venditore, Mirum sanè, inquit, si tantulo quicquam emerim quod sit alicujus pretii. Jam si quis lætum illum nuntium ipsi afferat, Filiolo, inquiens, auctus es: Adjice, ait ille, Et dimidia bonorum pars tibi periit, tum quod res est dixeris. Idem postquam in judicio omnium calculis vicit, nihilominus tamen de eo conqueritur, qui orationem scripsit quàm pro se habuit, ut qui multa ipsius justa omiserit. Jam si ad sublevandam ipsius egestatem

περὶ

παρὰ τῶν φίλων, καὶ φήσαντός τινος, Ἱλαρὸς ἔσο· καὶ πῶς, εἰπεῖν; ὅτε δεῖ τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, καὶ χωρὶς τούτων, χάριν ὀφείλειν ὡς εὐηργετημένον;

Περὶ Ἀπιστίας.

Ἔστιν ἀμέλει ἀπιστία, ὑπόληψίς τις ἀδικίας κατὰ πάντων. ὁ δὲ ἄπιστος, τοιοῦτός τις οἷος, ἀποστείλας τὸν παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον πόσου ἐπρίατο, καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον, καὶ κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί. καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὑτοῦ ἐρωτᾶν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιοῦχον, καὶ εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὔλειαν ἐμβέβληται. καὶ ἐὰν ἐκείνη φῇ, μηδὲν ἧττον αὐτὸς ἀναστὰς γυμνὸς ἐκ τῶν στρωμάτων, καὶ ἀνυπόδητος, τὸν λύχνον ἅψας, ταῦτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι, καὶ οὕτω μόλις ὕπνου τυγχάνειν. καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον, μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους, ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι. καὶ τὸ ἱμάτιον δὲ ἐκδοῦναι δεινὸς, οὐχ ὡς βέλτιστα ἐργάσεται, ἀλλ᾽ ὅταν ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς τοῦ κναφέως. καὶ ὅταν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι· καὶ τὸν παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτοῦ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ᾽ ἔμπροσθεν, ἵνα φυλάττηται αὐτὸν μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ. καὶ τοῖς εἰληφόσι τι παρ᾽ αὐτοῦ καὶ λέγουσι, πόσου, εἰπεῖν, κατάθου. οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν.

amici pecunias contulerint: & dicat deinde aliquis, Nunc esto hilaris: Quo pacto esse possum? inquiet: cùm & singulis sua sit pecunia reddenda: & hoc amplius, gratiæ cuiq; tanquã pro accepto beneficio habendæ.

De Diffidentiâ.

Diffidentia est per quam omnes fraudis suspectos habemus. Diffidens autem is est, qui si ad emenda obsonia puerum miserit, alium mox mittat, qui percõtetur quãti emerit. Si ferat ipse pecunias, solet eas singulis stadiis numerare. Cubans in lecto, uxorem interrogat an capsam benè clauserit: an probè sit arca obsignata: an vestibuli foribus pessulus sit obditus: ac licèt affirmet illa, nihilo tamẽ seciùs, nudus ac discalceatus è lecto surgens, accensâ lucernâ, obire singula & inspicere pergit, ac vix ità tandem somno se dedere. Ad debitores suos fœnus sortis exacturus, cum testibus accedit: ne inficias videlicet ire possint. Vestẽ poliendã dealbãdámque, non ei dare solet qui fullo sit optimus: sed ei qui fidejussorem det idoneum. Quòd si quis pocula ab ipso commodatò roget, solet ille maximè quidem, non dare: *aut si quando det, continuò repetere.* Puerum à pedibus jubet non à tergo sequi, sed ante se ambulare: ne possit ille inter eundũ fugã capessere, hâc ratione cavẽs. Postremò iis qui cùm aliquid ab ipso sumserint, dicũt illi, Refer in rationes: Imò, ait, depone: non enim vacat mittere flagitatum.

Περὶ

Περὶ Δυσχερείας.

Ἔστι δὲ ἡ δυσχέρεια, ἀθεραπευσία σώματος, λύπης παρασκευαστική· ὁ δὲ δυσχερὴς, τοιοῦτός τις οἷος λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν, καὶ τοὺς ὄνυχας μεγάλους, περιπατεῖν. καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀρρωστήματα, καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον. ἀμέλει δὲ δεινὰς καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, καὶ προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις, καὶ ταῦτα μὴ θεραπεῦσαι, ἀλλ' ἐᾶσαι θηριωθῆναι. καὶ τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν. καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους ὥστε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδής. καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐσθίων ἀπομύττεσθαι· θύειν ἀρξάμενος, προσλαλεῖν· καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος· ἅμα πεῖν, προσερυγγάνειν· ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι· ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν ἀναβαλόμενος, εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης, βλασφημῆσαι. καὶ εὐχομένων καὶ σπενδόντων ἐμβαλεῖν τὸ ποτήριον, καὶ γελάσαι ὡς τεράστιόν τι πεποιηκώς. καὶ αὐλούμενος δὲ κροτῆσαι ταῖς χερσὶ μόνος τῶν ἄλλων, καὶ συντερετίζειν· καὶ ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι μὴ ταχὺ παυσαμένῃ. καὶ ἀποπτύσαι δὲ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τραπέζης, προσπτύσαι τῷ οἰνοχόῳ.

De Fœditate.

FOEditas eſt corporis incuria & illuvies hominibus moleſta. Homo fœdus is eſt, qui leprâ & vitiligine laborans, unguéſque habens prælongos, inter homines verſetur: ac dicat gentileis ſibi eſſe hos morbos: nam & patrem & avum fuiſſe eis obnoxios. Solet etiam ulcera in tibiis, & in digitis tubercula habens, nullam iis medicinam facere: ſed ſinere donec incurabilia reddantur. Axillas ferarum more hirſutas, pilis magnam laterum partem occupantibus, habet. Dentes verò nigros atque exeſos, ut moleſtus ſit & inſuavis cum eo congreſſus. Eidem hæc quoque conveniunt: nares inter comedendum mungere: & quum edere inceperit, colloqui: & ex ore quædam emittere: inter bibendum eructare: oleo in balneis uti rancido: idémque in forum veſte amictus quæ ſit maculis inquinata, prodibit: quúmque ad aruſpicem mater exierit, linguâ intereà non favere, neque à malis verbis ſe abſtinere moris habet. Sæpè etiam dum vota libationéſque fiunt, pateram ſibi è manibus elabi ſinit, & ſimul riſum tollit, quaſi aliquid fecerit portentoſum. Tibicines ſi audiat, unus inter omnes manibus plaudere, atque eorum etiam modulos ineptâ imitatione effingere: dein tibicinam, quòd citò finem non fecerit, increpare: & dum ultra menſam vult exſpuere, eum qui pocula in convivio miniſtrat, conſpuit.

Περὶ

Περὶ Ἀηδίας.

Ἔστι δὲ ἡ ἀηδία, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης. ὁ δὲ ἀηδὴς, τοιοῦτός τις οἷος ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα εἰσελθὼν, ἵνα αὐτῷ λαλῇ. καὶ ἀνάγεσθαι δὴ μέλλοντας κωλύειν. καὶ προσελθὼν, δεῖσθαι ἐπισχεῖν, ἕως ἂν περιπατήσῃ. καὶ τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος μασώμενον, σιτίζειν αὐτὸς, καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων. καὶ ἐσθίων δ' ἅμα διηγεῖσθαι ὡς ἐλλέβορον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη. καὶ ζωμοῦ τοῦ παρακειμένου ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτῷ μελάντερα ἡ χολή. καὶ ἐρωτῆσαι δὲ δεινὸς ἐναντίον τῶν οἰκείων, Ποίᾳ ἡμέρᾳ με ἔτικτες; καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἐστὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον. καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλὰ, καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτοῦ, πανδοχεῖόν ἐστι. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τις. καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας.

De Insuavitate, sive tædio.

TÆdium, si definire velis, est molestus absque damno congressus. Homo tædiosus est, qui vix incipientem dormire, excitet, ingressus ut cum eo colloquatur: & qui ad eum accedens qui inibi est, ut navim solvat, moram ei afferat, & exspectare jubeat, donec aliquot secum spatia confecerit. Infantem etiam puerum nutrici suæ adimens, ipse mansum ei cibum in os inseret, & blandulè compellans, poppysmis permulcebit. Inter edendum narrat se helleboro accepto, quæ in visceribus hærerent, ejecisse dejecisséque: tum addit, in effusis bilem fuisse jure apposito magis atram. A matre præsentibus amicis & familiaribus quærere amat, Ecquâ me die, mater, peperisti? Aquam ait sibi esse in cisternâ frigidam: olera in horto multa & tenera: domum suam hospitibus ità patere, quasi esset publicum diversorium: & quum peregrinos hospitio excipit, parasitum suum producit, ut videant illi qualis sit: atque in convivio ad ipsum conversus, Heus tu, parasite, inquit, ut iis qui hîc adsunt, sis oblectamento.

Περὶ Μικροφιλοτιμίας.

Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία δόξειεν εἶναι ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροφιλότιμος, τοιοῦτός τις, οἷος σπουδάσαι ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, παρ' αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι. καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀπαγαγὼν εἰς Δελφούς. καὶ ἐπιμεληθῆναι δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται. καὶ ἀποδοὺς μνᾶν ἀργυρίου, καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. καὶ βοῦν θύσας, τὸ προμετωπίδιον ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσπατταλεῦσαι, στέμμασι μεγάλοις περιδήσας, ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι βοῦν ἔθυσε. καὶ πομπεύσας δὲ μετὰ τῶν ἱππέων, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδοῦναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε, ἀναβαλόμενος δὲ θοἰμάτιον εἰς τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν. καὶ κυναρίου δὲ τελευτήσαντος, αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι, καὶ στηλίδιον ποιήσας, ἐπιγράψαι, ΚΛΑ'ΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙ͂ΟΣ. καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ Ἀσκληπιῷ, τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανοῦντα· ἀλείφεσθαι ὁσημέραι. ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. καὶ παρεσκευασμένος λαμπρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐστεφανωμένος, παρελθὼν εἰπεῖν, Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν

De Sordidâ & frivolâ laudis cupidine.

Μικροφιλοτιμία, quam possis Latinè dicere ineptam ac circa res parvas versantem ambitionem; ea est honorum ac gloriæ cupido illiberalis. Homo verò ineptè ambitiosus is est, qui ad cœnam vocatus, convivatori ipsi studeat assidere: qui filium Delphos abducat, ubi comam ponat: qui operam det ut pedissequum habeat genere Æthiopem: qui etiam, si minam argenti velit solvere, laboret ut reddat in aspero. Et si bovem sacrificârit, solet anteriorem capitis ejus partem magnis redimitam sertis pro foribus in ipso introitu figere: ut intelligant quicunque ingredientur, esse ab ipso bovem mactatum. Atque ubi pompam cum aliis equitibus duxit, reliquis omnibus puero traditis, qui ea domum referat, ipse trabeatus in forum pergit, & ibi deambulat. qúmque illi parvulus aliquis canis fuerit mortuus, monumentum ei faciet, ascriptis etiam in columellâ his verbis, SURCULUS MELITENSIS. Jam cùm æreum annulum Æsculapio consecrârit, appensis subindè novis coronis totum atteret: atque adeò ipse quotidie unguentis oblinitur. Sanè etiam, quæ pertinent ad curam magistratûs, quos prytaneos vocant, ipse diligenter curare solet, quo possit, ubi litatum fuerit, rem populo renuntiare. Itaque candidatus & coronatus in concionem prodit, & infit, Nos prytanei, ô Athenienses, Matri Deûm

ἄξια καὶ καλά, καὶ ὑμεῖς ἐκδέχεσθε τὰ ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας, ἀπιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ ἑαυτοῦ γυναικί, ὡς καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖ.

sacra ritè fecimus, & litavimus: vos igitur omnia fausta exspectate. His ita renuntiatis, domum revertitur: deinde uxori narrat sibi prospere supra modum res succedere.

Περὶ Ἀνελευθερίας.

Ἡ Δὲ ἀνελευθερία, ἐστὶ περιουσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα. ὁ δὲ ἀνελεύθερος, τοιοῦτός τις οἷος νικήσας τραγῳδοῖς, ταινίαν ἀναθεῖναι ξυλίνην τῷ Διονύσῳ, ἐπιγράψας αὐτοῦ τὸ ὄνομα. καὶ ἐπιδόσεων γινομένων, ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς, σιωπᾶν, ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν. καὶ ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα, τοῦ μὲν ἱερείου, πλὴν τῶν ἱερείων, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι· τοὺς δὲ διακονοῦντας, ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι. καὶ τριηραρχῶν, τὰ τοῦ κυβερνήτου στρώματα αὐτῷ ὑπὸ τοῦ καταστρώματος ὑποστορέννυσθαι, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι. καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας, τὰ κρέα αὐτὸς φέρειν καὶ τὰ λάχανα ἐν τῷ προκολπίῳ· καὶ ἔνδον μένειν ὅταν ἐκδῷ θοἰμάτιον ἐκπλῦναι. καὶ φίλου ἔρανον συλλέγοντος, προειδόμενος, ἀποκάμψας ἐκ τῆς ὁδοῦ, οἴκαδε πορευθῆναι· καὶ μὴ πρίασθαι θεραπαίνας, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους. καὶ ἀναστὰς, τὴν οἰκίαν καλλῦναι, καὶ τὰς κλίνας ἐκκορῆσαι. καὶ καθεζόμενος παραστρέψαι τὸν τρίβωνα ὃν αὐτὸς φορεῖ.

De Illiberalitate.

ILliberalitas est nimius quidam præ studio parcendi sumptibus, gloriæ contemptus. Illiberalis autem is est, qui si è tragico certamine victoriam reportârit, tæniam Libero patri ligneam consecret, in quâ nomen ipsius sit inscriptum: qui etiam cùm necessario Reipublicæ tempore pecuniæ à civibus extra ordinem conferuntur, in concione surgens, silentio utatur, aut è medio se proripiat. Filiam suam nuptum collocans, mactatæ victimæ carnes omnes, iis exceptis ex quibus fiunt sacra, vendit: & administrandum in nuptiis, mercede conductos adhibet, qui suo quisque cibo vescantur. Triremi præfectus quam instruxit, gubernatoris stragulis tabulata sternet, suis intereà uti parcens. E foro postquàm opsonatus est, rediens, carnes ipse gestat, atque olera etiam in sinu. Vestem quando à sordibus purgandam locavit, domi tantisper se continet. Quòd si quis amicorum ejus fortunâ usus adversâ, eranum à suis familiaribus exigat, idque ipse sciat, deflectens ex itinere, domum tendit. Uxori ancillas emit ille quidem nullas; sed quæ in publicum prodeuntem comitentur, conducit. Manè ubi surrexit, domum ipse mundare, lectósque purgare solet: & sedens, vile quod gestat pallium, invertere.

Περὶ

Περὶ Ἀλαζονείας.

Ἀμέλει δὲ ἡ ἀλαζονεία δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων. ὁ δὲ ἀλαζὼν, τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ διαζεύγματι ἑστηκὼς διηγεῖσθαι ξένοις ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐστιν ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ περὶ τῆς ἐργασίας δανειστικῆς διεξιέναι, ἡλίκη, καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε. καὶ συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐστρατεύσατο· καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε, καὶ περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀμφισβητῆσαι. καὶ γράμματα εἰπεῖν ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου, τρίτον δὴ λέγοντα παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν· καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ. καὶ ἐν τῇ σιτοδείᾳ ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν. καὶ ἀγνώστων δὲ παρακαθημένων, κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους, καὶ κατὰ μίαν· καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα, καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα. καὶ τοῦτο φῆσαι εἰσενηνοχέναι εἰς ἐράνους αὐτόν. καὶ τὰς τριηραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησιν, οὐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας

De Ostentatione.

Ostentatio dici queat, inanis bonorum quorundam quæ non adſint, prædicatio. Oſtentator autem ejuſmodi eſt, qui in Digmate Piræei ſtans, peregrinis narret multam ſe pecuniam trajectitiam habere: & de toto fœnebri quæſtu longos ſermones habeat, quantus ille ſit explicans, & quæ lucra indè fecerit. Inter eundum viæ comitem nactus, ſe ſub Alexandro in illâ nobili expeditione meruiſſe narrabit: & quàm multa indè gemmata potoria reportârit: Aſiaticos etiam artifices, Europæis eſſe præſtantiores, diſſentientibus aliis contendet. Deinde literas ab Antipatro eſſe allatas memorabit, quæ ipſum vix duobus comitatum in Macedoniam veniſſe dicant. Se, cùm eſſet ſibi materiæ conceſſa immunis exportatio, oblato beneficio uti noluiſſe, ut omnes omnium calumnias effugeret. Eundem ſe, in caritate annonæ amplius quinque talenta pauperibus civibus largientem inſumſiſſe. Quòd ſi ignotis aſſideat, eos jubebit ponere calculos, & illorum quibus aliquid erogârit, numerum inire: qui ut ſexcenti reperiantur, calculis ſigillatim multiplicatis, probabilibus etiam cuique eorum nominibus additis, efficiet: adeò ut decem talentorum ſumma tandem colligatur: quam omnem ſummam, ſe inopibus ſublevandis impendiſſe affirmabit: & tamen, inquit, in hâc ratione non duco, inſtructas à me triremes, quibus præfui; & alia, quibus Reip. causâ ſum functus, munia ſumptuoſa.

λελειτούρ-

κεκλειτούργηκε. καὶ προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦσι, προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν. καὶ ἐπὶ τὰς κλίνας ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα. καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι οὐκ ἔχων χρυσὸν νῦν τῷ ἀκολουθεῖν. καὶ μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν, φῆσαι ταύτην εἶναι τὴν πατρῴαν, πρὸς τὸν μὴ εἰδότα· διότι μέλλει πωλεῖν αὐτὴν διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας.

Μέχρι τοῦδε αἱ πρὶν ἐκδόσεις· τὰ δὲ ἑξῆς νῦν τὰ πρῶτα ἐξεδόθη.

Idem ad eos accedens, qui generosos equos vendunt, velle se emere simulat: & in nundinis ad tentoria eorum qui merces vænum exponunt, appropinquans, vestem sibi ostendi jubet duûm talentorum. Puerum quòd se sine auro sequatur, graviter objurgat. Denique in conducto habitans, si cum aliquo sermonem habeat, qui id ignoret, paternas esse has ædes dicet: quas ipse, quòd sint ad hospites excipiendos angustiores, vendere cogitet.

Hactenùs priores editiones. Quæ sequuntur, nunc primùm in lucem prodeunt.

Περὶ Ὑπερηφανίας.

Ἔστι δὲ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις πλὴν αὑτοῦ, τῶν ἄλλων. Ὁ δὲ ὑπερήφανος τοιόσδε τις, οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάγειν ἐν τῷ περιπατεῖν. καὶ εὖ ποιήσας, μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ βιάζειν· καὶ προσελθεῖν πρότερος οὐδενὶ θελῆσαι· καὶ τοὺς πωλοῦντάς τι ἢ μεμισθωμένους δεινὸς κελεῦσαι ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἅμ' ἡμέρᾳ. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, κάτω κεκυφώς. ὅταν δὲ αὐτῷ δόξῃ, ἑστιᾶν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν· ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὐτόν τινι συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. καὶ προαποστέλλειν δὲ ἐπὰν πορεύηται τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται. καὶ οὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον αὐτὸν, οὔτε ἐσθίοντα

De Superbiâ.

Superbia est, aliorum *omnium* præter quàm sui, contemptus. Homo superbus talis est. Si quis eum propere *conventum velit*, à cœnâ se illum conventurum dicet inter ambulandum. Si fuerit de quoquam benè meritus, meminisse *beneficii* etiam in viis jubebit, atq; adeo coget. prior ad quemquam accedere nolet. Eos qui emunt aliquid ab ipso, vel aliquid rerum illius conduxerunt, jubere non veretur, ut primâ luce ad se veniant. Dum per vias ingreditur caput semper demittens, obviorum neminem alloquitur. Si visum aliquando ei fuerit, amicos convivio excipere, ipse cum illis non cœnat. Sed eorum alicui quos habet in potestate, ut convivarũ curam habeat, præcipit. Cùm aliquem visit, præmittit qui dicat, Ille venit. Quando vel aliptæ dat operã, vel cibũ sumit,

ἐάσαι ἂν εἰσελθεῖν. Ἀμέλει δὲ καὶ λογιζόμενος πρός τινα, τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς ψήφους διαθεῖν· καὶ κεφάλαιον ποιήσαντι, γράψαι αὐτῷ εἰς λόγον. Καὶ μὴν ἐπιστέλλων μὴ γράψαι, ὅτι χαρίζοιο ἄν μοι, ἀλλ', ὅτι βούλομαι γενέσθαι. καὶ, ἀπέστειλα πρός σε ληψόμενος· καὶ, ὅπως ἄλλως μὴ ἔσται, καὶ, τὴν ταχίστην.

neminem ad ſe ſinit introire. Quinetiam, ſi cum aliquo rationes purget, puero imperat, ut calculos trajiciat: & ubi ſummam fecerit, ut alteri ferat expenſum. In epiſtolis nunquam ſic ſcripſerit, *Feceris mihi rem gratam*: Sed; *Hoc fieri volo.* &, *Miſi ad te qui ſumeret.* item, *Ne aliter fiat* vide: &, *quamprimum.*

Περὶ Δειλίας.

ἈΜέλει δὲ ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὕπειξις τῆς ψυχῆς ἔμφοβος. ὁ δὲ δειλὸς τοιοῦτός τις, οἷος πλέων, τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι· καὶ κλυδωνίου γενομένου ἐρωτᾶν εἴ τις μὴ μεμύηται τῶν πλεόντων· καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακύπτοντος αἰσθάνεσθαι εἰ μεσοπορεῖ. καὶ τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ Θεοῦ; καὶ πρὸς τὸν παρακαθήμενον λέγειν, ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινός. καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον. καὶ δεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτόν. καὶ στρατευόμενος δὲ προσκαλεῖν πάντας πρὸς αὐτὸν, καὶ στάντας πρῶτον περιιδεῖν, καὶ λέγειν ὡς ἔργον διαγνῶναι ὁπότεροί εἰσιν οἱ πολέμιοι. καὶ ἀκούων κραυγῆς, ὁρῶν πίπτοντας, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρεστηκότας, ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν ὑπὸ τῆς σπουδῆς ἐπελάθετο· καὶ τρέχειν ὑπὸ τὴν σκηνὴν, τὸν παῖδα ἐκπέμψας, κελεύειν προσκοπεῖσθαι ποῦ εἰσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἀποκρύψας αὐτὴν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, εἶτα διατρίβειν πολὺν χρόνον.

De Timiditate.

ENimvero timiditas videri queat, dejectio animi meticuloſa. Homo timidus ejuſmodi eſt: navigans, dicet promontoria eſſe hemiolias naveis. Ad minimam fluctuum agitationem quæret, síntne qui navigant omneis initiati. Gubernatorem navim inhibentem interrogat, an medium curſum teneat navis: &, quid à Deo ſperet aut metuat. Se ex inſomnio terreri, narrat aſſidenti: induſium *deinde* exuit, & puero tradit. *nautas* ut ſe ad terram admoveant, orat. Militiæ verò ſolet idem omnes ad ſe *commilitones* vocare: & ubi ſtantes diligenter reſpexit, Difficile, inquit, eſt cognitu, ſint hoſtes, an non. Clamore audito, & viſis qui caderent, aſtantibus dicit ſe præ feſtinatione, oblitum eſſe ſpatham ſumere. & poſtquam in tentorium curriculo ſe recepit, puerum inde mittit, juſſum ubi ſint hoſtes, diligenter ſpeculari. Interea *ſpatham* ſub pulvino abſcondit: deinde eâ quærendâ longum

χρόνον. καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ὁρῶν τραυματίαν προσφερόμενον τῶν φίλων, προσδραμεῖν, καὶ θαῤῥεῖν κελεύειν, καὶ τοῦτον θεραπεύειν, καὶ περισπογγίζειν, καὶ μυίας σοβεῖν, καὶ πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. καὶ τοῦ σαλπιστοῦ δὲ πολεμικὸν σημήναντος καθήμενος ἐν σκηνῇ, Ἄπαγ' ἐς κόρακας, οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν πυκνὰ σημαίνων. καὶ αἵματος δὲ ἀνάπλεως ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου τραύματος, ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι, καὶ διηγεῖσθαι ὡς κινδυνεύσας ὡς σέσωκε τῶν φίλων. καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν κατακείμενον σκεψόμενος τοὺς φυλέτας, τὸν δῆμον· καὶ τούτων ἅμα ἑκάστῳ διηγεῖσθαι ὡς αὐτὸς αὐτὸν ταῖς αὑτοῦ χερσὶν ἐπὶ σκηνὴν ἐκόμισεν.

tempus terit. Tum ſi vulneratum aliquem in caſtra ab amicis deferri videat, accurrit, & habere bonum animum jubet: hunc curat, & ſaniem ſpongiâ effingit, necnon muſcas abigit: quidvis denique potiùs facit, quàm ut cum hoſtibus pugnet. Æneatore claſſicum canente, ſedens ipſe in tentorio, Abi, inquit, in malam rem, hunc hominem ſomnum capere non ſinis: qui adeò frequenter ſignum des. Amat etiam ſanguinis de alieno vulnere plenus, ad reverſos è pugnâ accedere, narrans, ſe cum ſuo periculo unum ex amicis ſervâſſe. Ad jacentem etiam tribules & populares introducit, qui eum viſant: ſimul horum ſingulis narrat, ſe illum ſuis ipſius manibus in tentorium portâſſe.

Περὶ Ὀλιγαρχίας.

Δόξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία φιλαρχία τις ἰσχυρὰ κέρδους οὐ γλιχομένου. ὁ δὲ ὀλιγαρχικὸς τοιοῦτος, οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησόμενος πομπῆς παρελθὼν ἀποφήνας ἔχει. καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν, ὅτι Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. τῶν δὲ ἄλλων μηδὲν ἐπίστασθαι. Ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι, ὅτι δεῖ ἡμᾶς συνελθόντας βουλεύσασθαι· καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι. καὶ παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζειν,

De Oligarchiâ, ſive *moribus optimatium.*

Videri poſſit oligarchia, vehemens eſſe honorum cupiditas abſque ullo lucri ſtudio. Oligarchi ſive optimatis hi ſunt mores. Deliberante populo ecquis magiſtratui in curatione pompæ ſit comes adjiciendus, prodit ipſe & eo ſe honore dignum pronuntiat. Homeri verſuum tenet ſolum hunc unum, *Non multos regnare bonum eſt: rex unicus eſto.* aliorum omnium nihil ſcit. Solet quoque hoc genus ſermonibus uti: Oportet in unum coacti deliberemus, & turbâ hâc forenſi nos liberemus, aditúmque illi ad magiſtratus præcludamus. Si

καὶ

καὶ ὅτι ὑπό τινων ὑβριζόμενος εἰπεῖν, Οὐ δεῖ αὐτοὺς κἀμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν· καὶ μέσον δὲ τῆς ἡμέρας ἐξιὼν, καὶ μέσην κουρὰν κεκαρμένος, καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους. Οὐκ οἰκητέον ἐστὶ τὴν πόλιν· καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαςηρίοις δεινὰ πάσχειεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων· καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅταν τις παρακάθηται αὐτῷ λεπτὸς καὶ αὐχμῶν· καὶ ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος. τὸν Θησέα πρῶτον αἴτιον φήσας τῶν κακῶν τῇ πόλει γεγονέναι. καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοιοτρόπους.

qui illum injuriâ affecerint, Non possumus, inquit, ego & illi hanc urbem incolere. Meridie prodit in publicum tonsuræ medio genere detonsus, unguibúsque cum curâ præcisis, jactans se *per forum*, aítque, Non est habitandum in hâc urbe: &, sibi in judiciis plurimum à litigantibus negotii facessi: item, pudore sibi frontem suffundi, quotiescunque ipsi in concione aliquis assideat malè habitus, & squalidus: &, universũ oratorũ genus qui in Rep. versantur odio dignum esse. Ipsum Theseum omnium primum auctorem horum malorum civitati extitisse: necnon alios similes his sermones apud hospites habet, civiúmque illos qui eandem sectam sequuntur.

Περὶ Ὀψιμαθίας.

Ἡ δὲ ὀψιμαθία φιλοπονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν. ὁ δὲ ὀψιμαθὴς, τοιοῦτός τις, οἷος ῥήσεις μανθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς. Ταῦτα ἄγων παρὰ πότον ἐπιλανθάνεσθαι. καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα· καὶ εἰς ἀγρὸν, ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος, ἅμα μελετᾶν ἀσπάζεσθαι. καὶ πεσὼν τὴν κεφαλὴν καταισχῦναι. καὶ μακρὸν ἀνδειάντα παίζειν· καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον διατοξάζεσθαι, καὶ διακοντίζεσθαι· καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ ἐκείνου μὴ ἐπισταμένου. καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν στρέφειν.

De Insolentiâ, sive, serâ institutione.

Insolentia est desiderium capiendi cultûs melioris vergente jam ætate. Ejusmodi homini hæc conveniunt. Annos sexaginta natus poëtarum versus memoriæ mandat: hos ad pocula canere incipiens obliviscitur. Discit à filio quomodo fiat *in acie* conversio ad dextra, quomodo item ad sinistra. Dum rus pergit, alieno equo vectus, simul *obvios* salutare meditatur: cadens verò caput deturpat. Solet etiam ad statuam ludens *se exercere*: & cum pedissequo arcu & jaculis certare: ac simul discere ab alio, & eundem docere velle, ac si esset is quoque *artis* imperitus. Idem luctans & in balneo *lavans*, nateis subindè agitat indecenter.

Περὶ

Περὶ Κακολογίας.

Ἔστι δὲ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ κακολόγος τοῖος δέ τις ἐστὶν, οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα τί ἐστι; καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες, πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτῶν ἄρξασθαι. Ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος· ἔπειτα δ' ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττα ἐστί. τὰς δὲ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν. αὐτὸς δὲ οὗτος ὡς ἐκ τούτων γεγονὼς κακὸς μαστιγίας. καὶ ἐπὶ τούτοις δεξιὸν φησὶν, αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζουσι. καὶ κακῶς λεγόντων ἑτέρων συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ αὐτὸς, λέγων, καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πάντων μάλιστα μεμίσηκα, καὶ γὰρ εἰδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐστίν. ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὅμοιον. σημεῖον δὲ, τῇ γὰρ ἑαυτοῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκοῦς εἰς ὄψον δίδωσι. καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τῇ τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ. καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τοῦ ἀναστάντος εἰπεῖν. καὶ ἄλλα πλεῖστα περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς λέγειν.

Τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ.

De Maledicentiâ.

Maledicentia est animi in deteriorem partem inclinatio inter loquendum. Maledicus ita est moratus. Si interrogetur, ille quis est? non secus atque ii qui stemma aliquod enarrant, ab auctore generis primo ordietur: Pater hujus, inquiens, primùm vocabatur Sosias: dum inter milites versatur, dici cepit Sosistratus: deinde unus è populo inter ascriptitios est factus. Mater quidem, nobilis Thressa est; nam id genus mulieres aiunt domi esse nobileis. Iste autem, ut talibus parentibus natus, nequam est verbero. Pergit deinde, & inquit, Hæ sunt mulieres quæ prætereuntes de viâ rapiunt. Aliis etiam de *absente* detrahentibus, idem facit ipse quoque, & ait, Ego etiam hunc hominem omnium odi maximè; Etenim si faciem spectes, turpis est quem meritò oderis: si improbitatem, nihil ei simile. Scias ita esse, cùm uxori tres æris nummulos in opsonium dare soleat; & ut Posideone mense frigidâ lavet, cogere. Moris etiam habet, sedens inter plures, surgere ut aliquem accuset: plurimáque alia de amicis & familiaribus suis malè loqui: & de ipsis etiam mortuis detrahere.

ΤΑ'



Τὰ Σωζόμενα Κεφάλαια τῶν Ηθικῶν χαρακτήρων τοῦ Θεοφράστου.

Περὶ

FINIS.

Candide Lector,

Variantes has Lectiones, brevitate quâ potui, adjeci.

Ex	*Cam.*	i. e.	*Camotianâ*	hujus libelli *Editione.*
	Caſ.		*Caſaubonianâ*	
	Opor.		*Oporinianâ*	
	Oxon.		*Oxonienſi*	
	Step.		*Stephanicâ*	
	Sylb.		*Sylburgianâ*	
	Stob.		*Stobæo*, Aurel. Al. M. D C I X.	
	M. S.		Codice MS°. Bib. *Trin. Col. Cant.*	
	Con.		Conjecturâ propriâ.	

vale.

PAg. 1. l. 6. *Steph. Sylb.* & *MS.* L. Τὶ γὰρ δήποτε--- l. 11. *Cam.* & *MS.* addit χρόνε; elegantior eſt ellipſis. l. 12. *MS.* & Sylb. pro ἔτι, l. καὶ--- ibid. *MS.* cum omnibus conſentit in numero ϟθ', i. e. 99. annos autem vixiſſe *Theophraſtum* πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ait *Laertius MS.* in Bibl. Trin. Coll. Cant. Vide hîc *Caſaub.* & *Menagium* ad *Laertii Theophraſtum.*

P. 2. l. 7. Opor. Cam. *MS.* habent περιειλήφα. l. 10. Cam. & *MS.* τὰς ὑμᾶς; quâ formâ etiam Ariſtoteles utitur in Rhet. & Eth. Nicom.

29. Ὑπεθέμην Sylb. ὑπεθέμην, Cam. Opor. Caſ. ſed *MS.* ἐπεθέμην; quod eſt ἐπεχείρησα, ut apud Xenophontem.

P. 2. Poſt procemium ſequitur in *MS.* capp. indiculus cum ſuis numeris; duo ultima ſunt περὶ φιλοπονηρίας, κθ ——— περὶ αἰσχροκερδείας λ; quæ quidem duo itidem in ſuo *MS.* reperiebat Caſaub. l. 32. iſta ſic concipit *MS.* δόξειεν ἂν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, εἶναι προσπ. l. 33. ante χεῖρον Sylb. & Stob. τὸ omittunt.—l. 35. *MS.* & Stob. poſt τις non habent ἐστιν. l. 36. *MS.* Stob. Sylb. ἐθέλειν λαλεῖν.

P. 3. l. 11. *MS.* Sylb. Stob. βαδίζειν. l. 15. poſt ἐρανίζοντας videtur aliquid deeſſe. l. 17. pro δόξει Opor. & *MS.* δείξει — pro προσποιεῖσθαι Stob. in margine legit ἀντιποιεῖσθαι — aſſequi. l. 20. Cam. Opor. Stob. habent ἐσκέφθαι — Sylb. & *MS.* σκέπτεσθαι. Menander (qui adhuc Conſtantinopoli extare dicitur) hoc à magiſtro ſuo habuit, ut alia, Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες——————

Καὶ σκέψομαι, λέγοντες.——————

L. 21. Φάσκειν

L. 21. Φάσκειν, Stob. Cam. Opor. l. 30. pro ὅπως Stob. legit ὥπως —— l. 33. *MS.* transponit, sic, τοιαύτας πλοκὰς καὶ φωνὰς ——

P. 4. l. 1. περὶ κολακείας scripsit integrum librum Theoph. cujus meminit Athen. 6. lib.

4. Stob Opor. Cam. *MS.* ἅμα πορευόμενον. Mox, *MS.* πρὸς σε οἱ ἄνθρωποι ——

15. -- κεφαλῆς, ἄχυρον προσαχθῇ, (*MS.* προσενεχθῇ) ὑπὸ τοῦ πνεύματος, Sylb. Stob. & *MS.* — l. 18. *MS.* legit & distinguit sic, ὁρᾷς ὅτι —— ἐντέτυχα; πολ. mox ψυχρῶς — l. 30. *MS.* Stob. Sylb. μικρὸν non habent. l. 32. ἅπαξ, *MS.* ἅπας, fortè ἅπα.

P. 5. l. 4. Συνων. ἐπὶ κρηπῖδας. *MS.* legit ἐπὶ κρηπῖδας, eo sensu, quo p. 9. l. 11. πρὸς τὰς τραπέζας, & p. 31. ἐπὶ τὰς κλίνας. —— l. 9. προσήγγελκα ferri potest. l. 14. ὡς οὐ μαλακῶς. Steph. Opor. & Stob. idem, infra pro πρὸς τὸ οὖς l. εἰς τὸ minùs rectè; ità tamen Opor. & Cam. —— lin. penul. ὁ δὲ ἀδολέσχης, *MS.* & Arist. Nicom. l. 3. c. 10.

P. 6. l. 4. τούτῳ, *MS.* infra Sylb. Stob. & *MS.* ὁ ἀγρὸς —— mox pro ἔσηθε *MS.* l. ἔσηξε. f. ἔφησε.

26. Ποσειδ. δὲ hìc τὰ non agnoscunt *MS.* Stob. Sylb. παρασείσαντα δὲ χρὴ, *MS.* l. —— τα δεῖ δὲ. Mox ἀπυρέκτος Cam. & *MS.*

P. 7. l. 4. *MS.* Stob. Sylb. πορεύεσθαι. l. 14 ἀναβεβλημένος ἄνω τοῦ γόνατος —— l. 18. *MS.* & Cam μηδενὶ pro μήτε.

26. Καὶ αὐτὰ τὰ ἐπιτήδεια. l. 28. variant Codd. Cam. περιβαλεῖν τὴν θύραν; *MS.* ἐμβαλεῖν — fortè olim, τὸ πύρνον, cujus glossa in margine erat χόνδρος. v. Hesych.

32. Τοὺς ἰδὼν non sunt in *MS.* nec Cam. — καὶ τὸ α. istud καὶ non habet Stob. quod est mox, τοῦ — *MS.* τούτου, & pro ὑποδοκιμάζειν; *MS.* & Stob. ἀποδοκιμάζων, & statim λυπηρόν. ——

P. 8. l. 2. Καὶ ὁ ἀλέκτρυον — Stob. καὶ ὦ — *MS.* ἔχρησεν, rectiùs quàm ἔχρησεν — ἀπαιτεῖν deest omnibus, ut videtur.

5. Ἐς ἄστυ καταβ. ἄστυ cùm sit ἀκρόπολις, rectiùs ἀναβαίνων — ei opponitur Peiræus, unde Plato κατέβην εἰς Πειραιᾶ.

14. παρὰ βραχίονος — utrunque habet Stob. sanè Callimachus sic locutus est

Καὶ ῥα παρὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπη ——

ibid. τοῦ τείχους, dixit modò τὸ τεῖχος; hoc est Atticorum, illud, Dorum & Jonum; f. τοῦ τείχους, ut tomum seu partem significet. lin. ult. pro σύκῳ omnes σύκα legunt.

P. 9. l. 2. προσαγορεύων, *MS.* & Sylb. — l. 8. καὶ τοῦ ὄρ. λ. &c. ad καὶ χρ. malè omittit Cam. — sed & ista περὶ δὲ γυμν. ad τοῦ δὲ θεατ — pro γυμνάζονται Stob. & *MS.* habent — ονται. —

L. 16. αὐτὸν

L. 16. αὐτὸν *MS.* & Stob.—lin: 18. pro ὀπισμ́ατα Caſ. mallet ὑποσάλματα—quo ſenſu apud Ariſtot. & Suidam habes ὑποσολὰς, neſcio quàm rectè—

22. Τίτυρον κτήσασθαι—in margine *MS.* πίθηκον μακρὰν ἔχων οὐρὰν—χ. Theocr. id. 3.

25. Θυεικάς l. Steph. & Opor. Θηεικὰς, Cam. & *MS.* —θηρεικὰς, Sylb. & Caſaub. Lego Τυριακὰς Tyrias— V. Stephanum περὶ πολ. in Τύρ☉—*Sidon vitri artifex*, inquit *Plin.* non procul indè Tyrus. confirmat hanc lectionem Margo & interpres Stobæi. de forma τῶν λήκυθων vide F. Urſinum in append. ad Ciaccon. & notas Wonw. in Petronium.

31. Χρᾶν—deeſt Sylb. & *MS.* poteſt quidem aut hoc, aut ἐπιδείκνυσθαι abeſſe.

35. Ἐπὶ τῶν θεα—εἰπεῖν, Stob. per τούτου ſeipſum innuit, δεικτικῶ.

P. 10. l. 2. Ἔργων καὶ λόγων—*MS.* habet δικανολόγων. f. ἔργων τε.

P. 10. l. 2. τε καὶ λόγων. l. 22. τὴν αὐτοῦ, omnino. Mox—καὶ τοῦτο δ' rectiùs quàm οὗτ☉.—iterum, καὶ λοιδορουμένων καὶ διαλεγομένων πρὸς—Stob. & *MS.*———

32. *MS.* λέγειν—

P. 11. l. 2. ad ἐχῖνον, gl. in margine *MS.* Σκεῦ☉ χαλκοῦν τῆς δικαστικῆς τραπέζης, ἐν ᾗ τὰ γραμματεῖα ἀπετίθεσαν. v. χ. Ariſtoph. Veſp.——

B—ἀγοραίων στρατηγῶν *MS.* participialiter infra. σῶμα ἄλυτον—Sophoc. apud Heſych. eodem ſenſu ponit—ἄλυτον, ἀκατάπαυστον.

24. Καὶ ὅτι αὐτοῖς—Stob. αὖθις—

P. 12. l. 3. ἀρχὰς in textu, ἀφορμὰς ſuperſcribit *MS.* idem.

15. προκατασῆναι in textu, ἀποκατασῆσαι ſupra pro ἀπαγγέλλειν Stob. παραγγέλλειν.

20. Poſt τὴν deeſt τῶν. *MS.* Sylb. & Stob.

35. Pro καὶ ὡς, *MS.* l. ὅτι οὐκ.———

καὶ ἔστι τῶ δέοντος ἕξις ἐν τοῖς πρακτοῖς. ἁ δ' εὐτυχία καὶ τὰν ὑπερβολὰν ἐπιδέχεται, καὶ τὰν μείωσιν. ὑπερβάλλοισα δὲ γεννῇ τινὰς κακίας, καὶ ἐξίστησι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τᾶς κατὰ φύσιν ἕξιος. ὥστε πολλάκις ἀντιβαίνειν καὶ τᾷ συστάσει τᾶς ἀρετᾶς. καὶ οὐ μόνον ἁ εὐτυχία, ἀλλὰ καὶ ἅτεραι αἰτίαι πλείονες. οὐδέποκα γὰρ δεῖ θαυμαίνεν, παρὰ μὲν αὐλητικὰν ἦμεν τινὰς ἀλαζόνας, οἳ τὰ ποτ' ἀλάθειαν ἐάσαντες, φαντασίᾳ τινὶ ψευδεῖ τὼς ἀμώσως [6.] ἀεὶ ῥέοντι· περὶ δὲ τὰν ἀρετὰν μὴ ἦμεν τὸ τοιοῦτο γένος· ἀλλ' ὥσπερ σεμνότερόν ἐστι, τοσούτῳ καὶ τὸ ποτιποιούμενον περὶ αὐτὰν πλέον ἦμεν γένος. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ διαστρέφοντα τὰς περὶ τὰν ἀρετὰν ἐπιφανείας, ὧν ἓν μέν ἐστι τὸ τῶν ἐπιβουλευόντων καὶ ποτιποιουμένων γένος. ἅτερα δὲ φυσικὰ πάθεα παρακολουθέοντα ἐνίοκα ποιέοντι ἐναντίαν ἐπιπρέπειαν τᾶς ἀλαθινᾶς διαθέσιος· τινὰ δὲ καὶ δι' ἔθος συνεκτεθραμμένα ἐκ παλαιῶν χρόνων· οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ δι' ἁλικίας ἁβητικᾶς τε καὶ γεροντικᾶς, καὶ δι' εὐτυχίας ἢ καὶ ἀτυχίας καὶ δι' ἀτέρως παμπληθέας τρόπως. ὥστε οὐδέποκα δεῖ θαυμαίνεν, εἰ πάντ' ἀντεστραμμένως ἐνίοκα κείνεται, τᾶς ἀλαθινᾶς διαθέσιος μεταπτοίσας. ὥσπερ καὶ τέκτονα τὸν ἄριστον ἦμεν δοκέοντα πολλὰ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις ἔργοις ὁρέομες ἁμαρτάνοντα· καὶ στραταγὸν, καὶ κυβερνάταν, καὶ γραφέα, καὶ πάντας ἁπλῶς, καὶ ὅμως οὐκ ἀποστεροῦμες τᾶς ὑπαρχοίσας ἕξιος.

ac decori eſt in rebus agendis habitus. Felicitas autem & nimium recipit & parum. Nimia porro vitia quædam gignit, & hominem ab habitu naturali tranſverſum rapit, ſic ut virtuti quoque ſæpe reluctetur. Nec tamen felicitas tantum, ſed & aliæ cauſæ idem poſſunt efficere. Neque enim credendum eſt, cùm inter tibicines quidam reperiantur arrogantes, qui veritatis curâ relictâ, falsâ quâdam imaginatione captent imperitos, in virtute non idem cerni, verùm quanto res eſt dignior, tanto, qui eam ſibi vindicent, plures exiſtere. Multa ſunt enim, quæ virtutis faciem, & veram affectionem pervertunt, vel inſidiando ac vindicando, vel per naturæ perturbationes cognatas, aut longâ confirmatas conſuetudine, vel per ætatem juvenilem aut ſenilem, vel per felicitatem aut infelicitatem, vel aliis modis pluribus. Quocirca mirandum non eſt, ſi cuncta nonnunquam, verâ affectione mutatâ, aliter eveniunt: quemadmodum & fabrum, qui optimus habeatur, ſæpe inter operandum videmus peccare, & imperatorem, & gubernatorem, & pictorem, & omnes denique, quos tamen arte, quâ pollent, non privamus.

[6] ἀεὶ ῥέοντι.] *Lege* ἀγρέοντι, *vel* ἀείροντι.

ἔτοι

ἔστι· δὲ τὸν ἀκολασταίνοντα ἔν τισι καιροῖς, οὐδὲ τὸν ἀδικήσαντα, οὐδὲ τὸν ἀποδειλιάσαντα, εἰς τὼς κακὼς τακτέον ἄνδρας· οὐδὲ μὰν τὼς τούτων τι κατορθώσαντας εἰς τὼς ἀγαθώς· ἀλλὰ τοῖς τε φαύλοις τὸ τυχὲν ποτιδοτέον, τοῖς τε ἀγαθοῖς τὸ διαμαρτάνεν. τὰν δὲ ἀλαθινὰν κρίσιν οὐ ποθ' ἕνα καιρὸν ἀποβλέποντας, οὐδ' ἐπὶ χρόνω τι πλᾶθος, ἀλλ' ἐπὶ πάντα τὸν βίον. ὥσπερ δὲ τὸ σῶμα βλάπτει μὲν καὶ τὸ τᾶς ἐνδείας, καὶ τὸ τᾶς ὑπερβολᾶς εἶδος, οὐ μὰν ἀλλὰ νόσως τε μέζονας ἐμποιεῖν πέφυκεν ἁ ὑπερβολά, καὶ τὰ καλεόμενα περισσώματα· οὕτω καὶ ψυχὰν βλάπτει μὲν καὶ τὸ τᾶς εὐτυχίας, ἢ ἀτυχίας εἶδος ἀκαίρως παραγινόμενον. οὐ μὰν ἀλλὰ νόσως τε μέζονας ποεῖν πέφυκεν ἁ λεγομένα παρὰ πάντεσσιν εὐτυχία, ὥσπερ οἶνος καταμεθύσκουσα τοῖς ἀγαθοῖς τὰν διάνοιαν.

Ὅθεν οὐκ ἀτυχίαν ἐνεγκὲν ἐμμελῶς χαλεπώτερόν ἐστιν, ἀλλ' εὐτυχίαν. πάντες μὲν γὰρ ἐν ἀτυχίᾳ μενόντες, ὡς ἐπὶ πολὺ μέτριοι καὶ κόσμιοι τὸ ἦθος ἦμεν φαίνονται· ἐν δ' εὐπραγίαις ἀνδρεῖοι, μεγαλόφρονες, μεγαλόψυχοι. δεινὰ γὰρ ἁ ἀτυχία συναγαγὲν καὶ καταστῆσαι τὰν ψυχάν· ἁ δ' εὐπραγία τοὔναντίον ἐπᾶραι καὶ κενῶσαι. διὸ ποθεκτικοὶ μὲν ἅπαντες καὶ συνετοὶ τὸν τρόπον, ἀτυχέοντες· ἐπιθετικοὶ δὲ καὶ θαρσαλέοι τὸν τρόπον εὐτυχέοντες. Ὅρος δέ ἐστιν εὐτυχίας, ἂν προέλοιτο ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ συνεργὸν αὐτῷ γενομέναν ποττὰς ἰδίας πράξιας· ὥσπερ καὶ μέγεθος ναῶ, καὶ μέγεθος παδαλίω,

Sed quemadmodum qui aliquando vel immodestè, vel injustè, vel timidè se gesserit, inter malos referendus non est: ità nec, qui quid in his rectè, inter bonos: verùm & illis casus, & his error tribuendus venit, verum autem judicium non ex uno tempore, vel aliquo temporis spatio, sed ex vita tota faciendum. Sicut porro corpori & quod nimium & quod parum est, nocet, tamen ut graviores morbos nimia procreent, & quæ dicuntur superflua: sic animum quoque & felicitas & infelicitas nimia lædit, tamen ut graviores morbos felicitas, quæ dicitur, procreet, dum vini instar mentem bonis inebriat. Quamobrem non infelicitatem rectè, quàm felicitatem ferre difficilius est. Nam in infelicitate plerunque temperantes ac modesti: in felicitate animosi, vehementes, ac magnanimi cernimur. Valet enim animum ut infelicitas contrahere & componere, ità felicitas efferre & evacuare. Quo fit, ut cauti plerunque sint & prudentes, qui sunt infelices: qui felices, injurii & confidentes. Justa autem felicitas est, quantam vir bonus ad actiones suas exoptet: quemadmodum & navis atque clavi justa magnitudo ducitur,

λίω, ᾧ καθικνεῖσθαι δύναται ὁ ἀγαθὸς κυβερνάτας μεγάλα πελάγα διαπεραιούμενος, καὶ μεγάλαν ναυκλαρείαν στελλόμενος. ἁ δ' ὑπερβολὰ τᾶς εὐτυχίας τοῖς ἀγαθοῖς, οὐ κρατεῖσθαι πέφυκεν ὑπὸ τᾶς ψυχᾶς, ἀλλὰ κρατὲν αὐτᾶς. ὥσπερ γὰρ τὸ λαμπρὸν φάος μαρμαρυγίαν ἐπιτίθησι τοῖς ὀφθαλμοῖς· οὕτω καὶ ἁ ὑπερβάλλουσα ἐυτυχία τῷ νόῳ τᾶς ψυχᾶς. καὶ περὶ μὲν οὖν εὐτυχίας ἅλις εἰρήσθω.

cujus operâ probus gubernator magnum transire mare, magnámque potest navigationem perficere. At nimia felicitas non tam animo parere solet, quàm imperare. Ut enim lux nimia oculos, ità nimia felicitas animi mentem offendit. Ac de felicitate quidem hactenus.

DE ANIMO, TANQUAM EFFICIENTE.

THEAGIS PYTHAGORICI,

lib. de Virtutibus.

Ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως. τὸ μὲν γάρ τι αὐτῆς ἐστι λογισμὸς, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δ' ἐπιθυμία. λογισμὸς μὲν, ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος. θυμὸς δὲ, ὁ κρατέων τῶ μένεος. ἐπιθυμία δὲ, ἡ κρατεῦσα τῷ ἐπιθυμητικῷ ἀδέως. ὅκα ὦν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μολῇ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογὰν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ [1.] ὁμόνοια ἐν τᾷ ψυχᾷ.

ANIMI constitutio sic se habet, ut una sit ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas. Ratio cognitioni, ira robori, cupiditas appetitui præest. Cùm igitur hæc tria unâ compage in unum rediguntur, tum virtus in animo gignitur & concordia:

[1.] ὁμόνοια.] *Aliàs* ὁμολογία.

ὅκα δ' στασιάζοντα ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχωνται, τόκα δ' γίνεται κακία, καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ. ἀνάγκα δ' ἀρετὰν τρία ταῦτα ἔχειν, λόγον, δύναμιν, καὶ προαίρεσιν. τῶ μὲν οὖν [2.] λογικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς, ἀρετὰ ἁ φρόνησις. κριτικὰ γὰρ ἐντὶ καὶ θεωρητικὰ ἕξις. τῶ δ' θυμοειδέος, ἀνδρεία· ἕξις γὰρ ἐντὶ ἀντερειστικὰ, καὶ ὑποστατικὰ τῶν δεινῶν. τῶ δ' ἐπιθυμητικῶ, ἁ σωφροσύνα· μετριότης γὰρ ἐντὶ καὶ κατοχά τις ἡδονᾶν τᾶν διὰ σώματος. ὅλας δὲ τᾶς ψυχᾶς ἁ δικαιοσύνα. φαῦλοι μὲν γάρ τοι ἄνθρωποι γίνονται, ἢ διὰ κακίαν, ἢ δι' ἀκρατίαν, ἢ διὰ θηριότητα. ἀδικοῦντι δ' ἀλλάλως, ἢ διὰ κέρδος, ἢ δι' ἡδονὰν, ἢ διὰ φιλοτιμίαν. ἁ μὲν οὖν κακία τοῦ λογιστικοῦ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ἐντὶ οἰκειοτέρα. προσέοικε γὰρ ἁ μὲν φρόνασις τᾷ τέχνᾳ, ἁ δὲ κακία, τᾷ κακοτεχνίᾳ [3.] ἐξεῖν. μαχανάστος γὰρ [4.] ποθεν εὑρίσκει τὸ ἄδικον. ἁ δ' ἀκρασία μᾶλλον τῶ ἐπιθυμητικῶ. ἐν γὰρ τῷ κρατέεν ἁδονᾶς, ἡ ἐγκράτεια· καὶ ἐν τῷ μὴ κρατεῦν, ἡ ἀκρατία. ἁ δ' θηριότας, τῶ θυμοειδέος. ὅκα γὰρ τῇ ἐπιθυμίᾳ τὸ κακῶς ποιῆσαι χαρίζηταί τις, οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θηρίον, τὸ τοιόνδε ὀνομάζεται θηριῶδες. ἀκόλουθα δ' καὶ τὰ ἀποτελέσματα τῶν διαθέσεων γέτων, ὧν περ ἕνεκα [5.] πράσσον-

cùm per seditionem inter se divelluntur, vitium oritur atque discordia. Sunt autem virtuti hæc tria necessaria, ratio, facultas, & consilium. Jam ratione præditæ animi partis virtus est prudentia, quoniam judicii & contemplationis particeps est habitus: iracundiæ autem fortitudo, quandoquidem resistit, & gravia perfert hic habitus: cupiditatis verò temperantia, postea quam corporis voluptatum quædam est moderatio: totius denique animi justitia. Improbi porro redduntur homines vel per malitiam, vel per incontinentiam, vel per feritatem: injustè autem agunt vel lucri, vel voluptatis, vel gloriæ causâ. Ac malitia quidem ad ratione pollentem animi partem refertur, quandoquidem ut prudentia cum arte, ità malitia cum prava confertur arte, quoniam ad injuriam dolos excogitat: incontinentia verò ad cupiditatem, posteaquam & in moderanda voluptate sita est continentia, & in non moderanda, incontinentia: feritas autem ad iracundiam. huic enim cùm quis maleficium non ut homo, sed ut fera gratificatur, ea dicitur feritas. Sunt quoque harum affectionum effectus & fines consequentes,

[2.] λογικῶ μέρεος.] *Gesnerus* λογιστικῶ *quoque legit.*
[3.] ἐξεῖν.] *Aliàs* ἕξειν.
[4.] μαχανατικὸς γὰρ ποθὲν εὑρίσκει.] *Legere malim,* μαχανάσιας γὰρ εὑρίσκει ποτὶ τὸ ἄδικον.
[5.] πράσσονται.] *Gesnerus etiam* πράσσοντι.

ἁ μὲν γὰρ πλεονεξία, ἀπὸ κακίας· ἁ δὲ κακία, ἀπὸ τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς. καὶ ἡ μὲν φιλοτομία, ἀπὸ τῶ θυμοειδέος. αὐτὰ δ' ἐν ὑπερβολᾷ γινομένα, γεννᾷ τὰν θηριότητα. πάλιν δὲ ἁ μὲν ἡδονὰ ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, σφοδρότερον δὲ μαστευομένα, γεννᾷ τὰν ἀκρητίαν. ὥστ' ἐπεὶ τὸ ἀδικεῖν γίνεται δι' αἰτίας τοσαύτας, φανερὸν ὅτι τὸ δικαιοπραγεῖν γίνεται διὰ τὰς ἴσας. φύσει γὰρ ἁ μὲν ἀρετὰ ἀγαθοποιὸς καὶ ὠφελητικά, ἁ δὲ κακία κακοποιὸς καὶ βλαπτικά. ἐπεὶ δὲ τῶν τᾶς ψυχᾶς μερέων, τὸ μὲν ἐντὶ ἁγεόμενον, τὸ δ' ἑπόμενον· αἱ δ' ἀρεταὶ, καὶ αἱ κακίαι περὶ ταῦτα δὲ ἐν τούτοις, φανερὸν ὅτι καὶ τῶν ἀρετῶν ταὶ μὲν ἐντὶ ἡγεμονικαὶ, ταὶ δ' ἐπιπτικαὶ, ταὶ δὲ σύνθετοι ἐκ τούτων. ἁγεμονικαὶ μὲν, οἷον ἁ φρόνησις· ἐπιπτικαὶ δὲ, οἷον ἀνδρεία καὶ σωφροσύνα. σύνθετος δ' ἐκ τούτων, οἷον ἁ [6.] δικαιοσύνα. τὰ δὲ πάθεα, τᾶς ἀρετᾶς ὕλα. περὶ ταῦτα γὰρ καὶ ἐν τούτοις αἱ ἀρεταί. τῶν δὲ παθέων τὸ μὲν ἑκούσιον, τὸ δ' ἀκούσιον. καὶ ἑκούσιον μὲν, ἁδονά· ἀκούσιον δὲ, λύπα. ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐπιτείνοντι καὶ ἀνίεντι τοὶ πολιτικοὶ συναρμόζοντες τὰ ἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. ταύτας δὲ συναρμογᾶς ὅρος, τὸ μήτε διὰ τὰν ἔνδειαν, μήτε διὰ τὰν ὑπερβολὰν ἀπείργεσθαι τὸν νόον τὸ ἴδιον ἔργον

Ut enim à malitia pendet avaritia, sic ad ratione pollentem animi partem refertur malitia. Similiter ut ad iracundiam pertinet ambitio, sic ipsa nimia reddita, feritatem gignit. Denique voluptas ut cupiditatis est, ità nimiùm quæsita parit incontinentiam. Quare cùm de tot causis injustè agamus, de totidem nimirum justè agemus. Nam & virtutis natura benefacit ac prodest, & vitium malefacit ac nocet. Et quoniam de animi partibus alia imperat, alia paret, virtutes autem in his ac vitia cernuntur, virtutes quoque partim imperantes, partim parentes, partim esse mistas efficitur. Imperat quidem prudentia, parent autem fortitudo ac temperantia: mista demum est justitia. Perturbationes porro sunt virtutis materia, quandoquidem in his illa cernitur. Est autem aliud perturbationis genus cum voluntate conjunctum, aliud non est. conjunctum voluptas est, non conjunctum, dolor. Atque hæc & intendunt & remittunt civiles homines, dum reliquas animi partes cum rationis participe coaptant: id quod in eo positum est, ut nec propter nimium nec propter parum suas actiones prohibeatur mens

[6.] δικαιοσύνα.] *Gesneri codex alius*, δικαιότας.

ἐπιτε-

ἐπιτελὲν. συντέτακται γὰρ τὸ χέρειον ἕνεκα τῶ βελτίονος. ὡς ἐν μὲν τῷ κόσμῳ τὸ ἀειπαθὲς πᾶν μέρος, ἕνεκα τῶ ἀεικινάτω· ἐν δὲ τᾷ συζυγίᾳ τῶν ζώων, τὸ θῆλυ ἕνεκα τοῦ ἄρρενος. τὸ μὲν γὰρ σπείρει τὰν ψυχὰν γενῶν. τὸ δὲ μόνον τὰν ὕλαν παρέχεται τῷ γινωμένῳ. ἐν δέ γε τᾷ ψυχᾷ τὸ ἄλογον τῶ λογικῶ. συντέτακται γὰρ καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία ποτὶ τὸ πρᾶτον μέρος τᾶς ψυχᾶς· τὸ μὲν ὥσπερ δορυφόρος τις καὶ σωματοφύλαξ, τὸ δ' ὡς οἰκονόμος καὶ οἰκουρὸς τῶν ἀναγκαίων. ὁ δὲ νόος ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς τοῦ σώματος ἱδρυμένος, καὶ ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν, ματεύεται τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν· καὶ τοῦτ' ἔργον ἐντὶ αὐτῷ κατὰ φύσιν, τὸ ματευσάμενον, καὶ κτησάμενον, ἀκολουθῆσαι τοῖς βελτίοσιν αὐτοῦ, καὶ τιμιωτάτοις. ἀρχὰ γὰρ καὶ αἰτία καὶ κανὼν ἐντὶ τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας, ἁ τῶν θείων καὶ τιμιωτάτων ἐπίγνωσις.

perficere. Quod enim deterius est, præstantioris causâ cœpit existere: ut in mundo semper patiens pars propter eam, quæ semper movetur: in animalibus femina propter marem (hic enim animum gignit, illa duntaxat materiam gignendo suppeditat) in animo ratione carens pars propter rationis compotem. Nam & iracundia & cupiditas ad primam animi partem refertur, illa tanquam satelles & latro, hæc curatoris instar & custodis domestici. At mens in summo corporis vertice collocata, in pellucida undique specula eorum, quæ sunt, scientiam investigat, & hoc à natura opus habet, ut post investigationem & acquisitionem, melioribus ac præstantioribus utatur. Etenim rerum divinarum ac præstantissimarum cognitio, beatitudinis humanæ principium, causa, & norma est.

DE

DE ACTIONIBUS ET HABITIBUS in Genere, tanquam de Materia & Forma.

METOPI PYTHAGOREI,

lib. de Virtute.

Ἀρετὰ ἐντὶ ἀνθρώπω τελειότας φύσιος ἀνθρώπω. ἕκαστον γὰρ τῶν ἐόντων, τέλειον καὶ ἄκρον γίνεται, κατὰ τὰν οἰκείαν τᾶς ἀρετᾶς φύσιν. ἵππω τε γὰρ ἀρετὰ ἐντὶ, ἃ ἐς τὸ ἄκρον ἄγοισα τὰν τῶ ἵππω φύσιν. καὶ ἐπὶ τῶν μερέων δὲ τῶν καθ᾽ ἕκαστον, ὁ αὐτὸς λόγος. ὀμμάτων τέ γὰρ ἀρετὰ ὀξυδορκία. αὐτὰ δ᾽ ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ὀφθαλμῶν φύσιος. καὶ ὤτων ἀρετὰ, ὀξυακοΐα. αὐτὰ δ᾽ ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ὤτων φύσιος. καὶ ποδῶν ἀρετὰ, ποδωκεία. καὶ αὐτὰ δὲ ἀκρότας ἐντὶ τῆς ποδῶν φύσεως. ἀνάγκη δ᾽ ἀρετὰν πᾶσαν τρία ταῦτ᾽ ἔχειν· λόγον καὶ δύναμιν καὶ προαίρεσιν· λόγον μὲν, ᾧ κρίνει καὶ θεωρεῖ· δύναμιν δὲ, ᾧ ἀντέχει καὶ κρατεῖ· προαίρεσιν δὲ, ᾧ στέργει καὶ ἀγαπᾷ. Τὸ μὲν ὦν κρίνεν καὶ θεωρὲν, ἐντὶ τῶ διανοητικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς· τὸ δ᾽ ἀντέχεν

καὶ

HOMINIS virtus est hominis naturæ perfectio. Etenim per propriam virtutis naturam perfectum quicque ac supremum redditur. Nam & equi virtus est ea, quæ naturam equi ad supremum perducit, & in partibus singulis eodem se modo res habet. Nam & oculorum virtus est acris visus, idémque supremum in oculorum natura: & aurium virtus, acris auditus, idémque supremum in aurium natura: & pedum virtus, velocitas, eadémque supremum in pedum natura. Sunt autem virtuti hæc tria necessaria, ratio, facultas, & consilium. Ratio judicat & contemplatur: facultas resistit & moderatur: consilium amat & amplectitur. Jam judicare & contemplari, intelligentis animi partis est proprium: resistere

καὶ κρατὲν, ἴδιον τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς [1.] ψυχᾶς. συνέστακε γὰρ προαίρεσις ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος. ἁ μὲν ὦν διάνοια, ἀπὸ τῶ λογικῶ μέρεος ἔντι τᾶ ψυχᾶ. ἁ δὲ ὄρεξις ἀπὸ τῶ ἀλόγω. Τὸ δὲ πλῆθος τᾶν ἀρετᾶν ἁπασᾶν ἐκ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς κατίδοιτο ἄντις, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰν γένεσιν, καὶ τὰν σύστασιν τᾶς ἀρετᾶς. ἐπεὶ γὰρ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς δύο τὰ πρῶτα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τὸ δ' ἄλογον. καὶ λογιστικὸν μὲν ᾧ κρίνομες καὶ θεωρῦμες· ἄλογον δὲ, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα. ταῦτα δὲ ἀλλήλοις ἢ συμφωνοῦντι, ἢ διαφωνοῦντι. ἁ δὲ μάχα καὶ διαφωνία γίνεται αὐτοῖς, δι' ὑπερβολὰν καὶ ἔλλειψιν. φανερὸν ὦν, ὅκκα μὲν τὸ λογιστικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς ἐγκρατῇ τῶ ἀλόγω, γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια· ὅκκα δὲ τὸ μὲν ἡγῆται, τὸ δ' ἕπηται, καὶ ἀμφότερα συμφωνεῖ ἀλλάλοις, τὸ τηνικαῦτα ἀρετά. ἁ μὲν ὦν καρτερία καὶ ἐγκράτεια, γίνεται μετὰ λύπας· ἀλλ' ἁ μὲν καρτερία ἐν τῷ ἀντέχεν πόνῳ· ἁ δ' ἐγκράτεια, ἐν τῷ ἀντέχεν ἡδονᾷ. ἁ δ' ἀκρατία καὶ μαλακία, ἐν τῷ μὴ ἀντέχεν, μηδὲ κρατέν. καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει φεύγεν τἀγαθὰ τὼς ἀνθρώπως διὰ λύπαν, ἀποβαλὲν δ' αὐτὰ διὰ ἡδονάν. καί τοι ἔπαινοι δὲ καὶ ψόγοι, καὶ τὰ καλὰ πάντα τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον, γίνεται ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι τᾶς ψυχᾶς.

& moderari, rationē carentis: amare & amplecti, utriusque, tam quæ ratione caret, quàm quæ pollet. Cùm enim ex intelligentia & appetitu constet consilium, illa ad rationis compotem animi partem, hic ad expertem refertur. Jam virtutum omnium numerum, nec non virtutis ortum & constitutionem ex animi partibus licet cognoscere. Etenim animi partes primæ sunt duæ, altera compos rationis, expers altera. Illâ judicamus & contemplamur, hâc ferimur & appetimus. Hæ porro vel consentiunt inter se, vel dissentiunt. quæ quidem pugna ac discordia propter nimium vel parum existit. Cùm igitur rationis compos pars moderatur expertem, tolerantia gignitur & continentia. cum altera imperat, paret altera, & inter se ambæ consentiunt, virtus nascitur. Ac tolerantia quidem & continentia cum dolore gignuntur, dum labori illa, voluptati hæc resistit. Incontinentia verò ac mollities nec resistit nec moderatur. Quo fit, ut bona propter dolorem fugiamus, propter voluptatem amittamus. Quid quòd laudationes, vituperia, cunctáque humana bona in his animi partibus cernuntur.

[1.] μέρεος τᾶς ψυχᾶς.] *Lacunam hîc supplevimus:* τὸ δὲ στέργεν καὶ ἀγαπᾶν ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῶ ἀλόγω, καὶ τῷ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς.

καὶ

καὶ καθόλω μὲν ἁ τᾶς ἀρετᾶς σύστασις γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον· τὰ δὲ εἴδεα αὐτᾶς καὶ τὰ μέρεα οὕτως ἄντις ἀθρησάτω. ἐπεὶ γὰρ τᾶς ψυχᾶς δύο μέρεα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τὸ δὲ ἄλογον· [2.] τὸ μὲν θυμοειδὲς, τὸ δ' ἐπιθυματικόν. καὶ τὸ μὲν λογιστικὸν ἔντι, ᾧ κρίνομες καὶ θεωροῦμες· τὸ δ' ἄλογον, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα. καὶ τούτω τὸ μὲν οἷον ἀμυντικὸν, καὶ ὑπερμαχατικὸν ποτὶ τὼς πλάσιον θυμοειδὲς ὀνυμάζεται. τὸ δ' οἷον ὀρεκτικὸν καὶ ποθητικὸν τᾶς οἰκείας τῶ σώματος συστάσιος, ἐπιθυματικόν. φανερὸν ὡς κατὰ λόγον τοῖς μέρεσι τούτοις τᾶς ψυχᾶς, καὶ τὸ πλᾶθος τᾶν ἀρετᾶν ἀκολούθακεν, καὶ ταὶ διαφοραὶ καὶ ἰδιότατες αὐτῶν.

Et hoc quidem pacto virtus in universum constituitur: species autem ejus & partes hoc modo sunt considerandæ. Posteaquam duæ sunt animi partes, altera ratione prædita; carens altera, quæ porro vel iracundia, vel cupiditas dicitur: & rationis compos quidem est, quâ judicamus & contemplamur: expers autem, quâ ferimur & appetimus: hujus porro quâ parte tanquam ulciscimur nos ac defendimus, vocatur iracundia: quâ propriam corporis constitutionem tanquam appetimus ac desideramus, cupiditas: efficitur, ex his animi partibus etiam virtutum numerum, discrimen, ac proprietatem pro portione consequi.

[2.] τὸ μὲν θυμοειδές.] *Manifestè hic desunt quædam sic supplenda:* τὸ δὲ ἄλογον τὸ μὲν θυμοειδὲς, *&c.*

CLINIÆ PYTHAGOREI.

ΠΑ͂ΣΑ μὲν ὦν ἀρετὰ τελεῦται, καθάπερ ἐν ἀρχᾷ διώρισται, ἐκ λόγω καὶ προαιρέσιος, καὶ δυνάμεως. τούτων δὲ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον, οὐκ ἀρετᾶς

ET omnis quidem virtus, ut initio definitum est, ratione, consilio, ac facultate perficitur: horum autem singula non virtutis

μέρος ἐντὶ, ἀλλ' αἴτιον ἀρετᾶς. ὅσοι μὲν οὖν ἔχοντι τὸ νοατικὸν καὶ γνωστικὸν μέρος αὐτᾶς, δεινοί τε καὶ συνετοὶ [1.] ὀνυμαίνονται. ὅσοι δὲ τὸ [2.] ἠθικόν τε καὶ προαιρετικὸν, χρήσιμοί τε καὶ ἐπιεικέες. Ὁπόταν δὲ ἐκ τοῦ τὰς αἰτίας [3.] ἀναῤῥιπισθείσας εἶ, ἀδικεῖν πέφυκεν ἄνθρωπος. αὗται δὲ τρεῖς τυγχάνοντι· φιλαδονία μὲν ἐν ταῖς ἀπολαύσεσι, ταῖς διὰ σώματος· πλεονεξία δὲ, ἐν τῷ κερδαίνειν· φιλοδοξία δὲ, ἐν τῷ καθυπερέχειν τε τῶν ἴσων τε καὶ ὁμοίων. δεῖ τοιγαροῦν γνωρίζειν, ὅτι τούτοις ἀντιτιθέμεναι οἷόν τέ ἐστιν, ἃ μὲν φόβον [4.] παρασκευάζοντι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ δὲ αἰσχύναν, ἃ δὲ καὶ ἐπιθυμίαν. φόβον [5.] μὲν δὲ τῶν νόμων, αἰσχύναν δὲ τῶν θεῶν, ἐπιθυμίαν δὲ τῶν λόγων. διδάσκειν οὖν δεῖ τοὺς νέους ἐξ ἀρχᾶς τάν τε θεῶν τιμὰν, καὶ τὰν τῶν νόμων. ἐκ τῶν δὲ γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον, καὶ βίος, ὁσιότατός τε, καὶ εὐσεβείας μεθέξει [6.] ἂμ ὀρθοπλοιεῖ.

partes, sed causæ sunt. Itaque qui intelligente atque cognoscente hujus parte valent, vehementes ac prudentes dicuntur: qui impetuosâ & appetente, utiles & commodi. Quoniam verò non sine causis exuscitatis injustè solent agere, hæ autem tres sunt, intemperantia in corporis voluptatibus, avaritia in lucrando, ambitio in æqualibus antecellendis: sciendum est, his opponi posse & quæ metum, & quæ pudorem, & quæ cupiditatem pariant: metum propter legem, pudorem propter Deum, cupiditatem propter sermonem. Quocirca sunt initio juvenes & deorum & legum honorem docendi. Sic etenim omne factum humanum, totáque vita, si non desit successus, sanctimoniæ pietatísque particeps erit.

[1.] ὀνυμαίνονται.] *Corruptißimè prius legebatur,* οὐ μαίνονται.
[2.] ἠθικόν τε.] *Legere malo,* ἰτικόν τε.
[3.] ἀναῤῥιπισθείσας εἶ, ἀδικεῖν πέφυκεν.] *Gesnerus aliter habet,* ἀναιρεῖν, δι' ἃς ἀδικεῖν πέφυκεν.
[4.] παρασκευάζοντι.] *Gesnerus legit quoque* ἐμπαρασκευάζοντα.
[5.] φόβον μὲν διὰ τῶν νόμων.] *Gesnerus aliter legit,* διὰ τὸν νόμον. διὰ τὸν τὸν θεόν, διὰ τὸν λόγον.
[6.] ἂμ ὀρθοπλοιεῖ.] *Melius,* αἴκ' ὀρθοπλοῇ.

THEAGIS PYTHAGORICI,

libro de Virtutibus.

ΑΡΧΑΙ τᾶς συμπάσας ἀρετᾶς, τρεῖς· γνῶσις, καὶ δύναμις, καὶ προαίρεσις. καὶ ἔστιν ἁ μὲν γνῶσις, ᾇ θεωροῦμεν καὶ κρίνομεν τὰ πράγματα. ἁ δὲ δύναμις, οἷον ἀλκά τις τῶ σκάνεος, ᾇ ὑφιστάμεθα, καὶ ἐμμένομεν τοῖς πράγμασιν. ἁ δὲ προαίρεσις, οἷον χεῖρες ψυχᾶς τινες, αἷς ὁρμῶμεν καὶ ἀντιλαζύμεθα τῶν πραγμάτων. ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος, οὕτως. τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐστι λογισμὸς, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δ' ἐπιθυμία. λογισμὸς μὲν ὦν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος. θυμὸς δὲ, ὁ κρατέων τῶ μένεος. ἐπιθυμία δὲ, ἁ κρατέοισα τῶ ἐπιθυμητικῶ ἀδεῶς. ὅκα ὦν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μόλῃ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογὰν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ, καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ. ὅκα δὲ στασιάζοντι καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἀπεσπάσαι, τόκα δὲ γίνεται κακία καὶ ἀναρμοσία ἐν τᾷ ψυχᾷ. καὶ ὅκα μὲν ὁ λογισμὸς ἐπικρατέῃ τῶν ἀλόγων μερῶν τᾶς ψυχᾶς, τόκα δὲ γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια. καρτερία μὲν, ἐν τῇ κατοχῇ τῶν πόνων· ἐγκράτεια δὲ, ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν ἡδέων. ὅκα δὲ τὰ ἄλογα μέρεα τῆς ψυχῆς ἐπικρατεῖ τῶ λογισμῶ, τόκα

VIRTUTIS omnis causæ sunt tres, cognitio, facultas, & consilium. Cognitio est, quâ res contemplamur ac judicamus. facultas tanquam robur est causæ, quo ferimus, & in rebus permanemus. consilium instar manuum est animi, quibus ferimur, & res apprehendimus. Animi quoque constitutio sic se habet, ut una sit, ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas. Ratio cognitioni, ira robori, cupiditas appetitui præest. Cum igitur hæc tria unâ compage in unum rediguntur, tum virtus in animo gignitur & concordia: cùm per seditionem inter se divelluntur, vitium oritur atque discordia. Jam cùm ratio partes animi ratione carentes moderatur, tolerantia gignitur & continentia, dum labores illa, voluptates hæc moderatur: cùm ratione carentes moderantur rationem,

τόκα δὲ γίνεται μαλακία καὶ ἀκρατία. μαλακία μὲν ἐν τῷ φεύγειν τὼς πόνως, ἀκρατία δὲ ἐν τῷ νικᾶσθαι ὑπὸ τᾶν ἁδονᾶν. ὅκα δὲ τὸ μὲν κρεῖσσον ἄρχῃ μέρος τᾶς ψυχᾶς, τὸ δὲ χερῆον ἄρχηται, καὶ τὸ μὲν ἁγῆται, τὸ δ' ἕπηται, ἀμφότερα δὲ συνδοκέωντι καὶ συνομολογέωντι ἀλλάλοις, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ παναγαθία, περὶ ὅλαν τὰν ψυχάν. καὶ ὅκα μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν ἕπηται μέρος τᾶς ψυχᾶς τῷ λογιστικῷ, γίνεται σωφροσύνα· ὅκα δὲ τὸ θυμοειδές, ἀνδρειότας· ὅκα δὲ τὰ μέρεα πάντα, δικαιότας. αὕτα γάρ ἐστιν ἁ διείργουσα τάς τε κακίας πάσας τᾶς ψυχᾶς, καὶ τὰς ἀρετὰς ἀπ' ἀλλάλων. καὶ ἔστιν ἁ δικαιότας, σύνταγμά τι τᾶς ἁρμογᾶς τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς, καὶ ἀρετὰ τελεία καὶ παντυπερτάτα. πάντα γὰρ ἐν ταύτᾳ. τὰ δ' ἄλλ' ἀγαθὰ τᾶς ψυχᾶς, οὐκ ἄτερθε ταύτας. διόπερ καὶ ἐν θεοῖς μέγα κράτος ἔχει ἁ δικαιότας, καὶ ἐν ἀνθρώποις. τῶ γὰρ ὅλω καὶ τῶ παντὸς ἁ δ' ἀρετὰ συνέχει τὰν κοινωνίαν καὶ τὰν ἐν θεοῖς καὶ τὰν ἐν ἀνθρώποις. Θέμις γε οὖν [1.] φυμίζεται παρὰ τοῖς οὐρανίοις θεοῖς. Δίκα δὲ, παρὰ τοῖς χθονίοις· νόμος δὲ, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. ταῦτα δ' ἐντὶ σημεῖα καὶ σύμβολα, τῶ τὰν δικαιότατα πανυπερτάταν ἀρετὰν ὑπάρχειν. ὅκα μὲν ὦν ἐν τῷ θεωρεῖν καὶ κρίνειν γίνηται ἁ ἀρετά, καλέεται φρόνασις. [2.] ὅκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ ἡδέα,

mollities & incontinentia nascitur; dum labores illa fugit, à voluptatibus hæc vincitur. Cùm verò melior animi pars imperat ac præest, deterior paret ac sequitur, & inter se ambæ consentiunt, tum virtus & omne bonum per totum animum existit. Et cupiditas quidem cùm rationem sequitur, fit temperantia: cùm iracundia, fortitudo: cùm partes omnes, justitia. Hæc enim & vitia cuncta, & virtutes animi inter se discernit: & animi partium compagis quædam est constitutio, virtúsque perfecta & suprema. Ut enim in hac omnia sunt, ità sine hac reliqua non existunt animi bona. Quapropter & inter deos magnam vim habet, & inter homines justitia. Totius enim atque universi tum inter hos tum inter illos communionem hæc virtus continet. ac Themis quidem apud superos, Dice autem apud inferos, Lex verò inter homines prædicatur. Hæc porro, justitiam supremam esse virtutem indicant. Cùm etenim in judicando & contemplando posita virtus est, vocatur prudentia: cùm in gravibus ferendis, fortitudo: cùm in moderandis voluptatibus,

[1.] φυμίζεται.] Gesneri codex aliàs, φατίζεται.
[2.] ὅκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ ἡδέα.] *Etiam hic subest lacuna, quam sic restituimus:* ὅκα δ' ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ δεινά, ἀνδρεία· ὅκα δ' ἐν τῷ κατέχειν τὰ ἡδέα, σωφροσύνα, &c.

σωφροσύνη. ὄκα δ' ἐν τῷ κέρδεος ἀποσχέσθαι καὶ βλάβας τᾶς εἰς τὸν πλασίον, δικαιότας. ἁ δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, αὐτᾶς σύνταξις, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον παράβασις, τῶ δέοντός ἐντι στοχασμός, καὶ τῶ μὴ δέοντος ἐπίπτωσις. ἔστι δὲ τὸ μὲν δέον, ὃ δεῖ ἦμεν. τοῦτο δὲ οὐκ ἀφαιρέσιος, οὔτε ποτιθέσιος δέεται. αὐτὸ γάρ ἐστιν, ὃ δεῖ ἦμεν. τῶ δὲ μὴ δέοντος, εἴδεε δύο· τὸ μὲν ὑπερβολά, τὸ δὲ ἔλλειψις. καὶ ἁ μὲν ὑπερβολά, τὸ πλέον τῶ δέοντός ἐστιν· ἁ δ' ἔλλειψις, τὸ ἔλαττον. ἁ δ' ἀρετά, ἕξις τίς ἐντι τῶ δέοντος. διόπερ καὶ ἀκρότας, καὶ μεσότας ὠυθέως ἐντί. οὕτω [3.] γὰρ καὶ μεσότατες τυγχάνοντι καὶ ἀκρότατες, μεσότατες μὲν, ὅτι [4.] ἐντὸς τᾶς ὑπερβολᾶς καὶ τᾶς ἐλλείψιος πίπτοντι· ἀκρότατες δὲ, ὅτι οὔτε ποτιθέσιος, οὔτ' ἀφαιρέσιος δέονται. αὐτὰ γὰρ ἐντὶ ταῦτα, ἃ δεῖ αὐτὰ ἦμεν.

temperantia: cùm in lucro & injuriâ non faciendis, justitia. Jam eandem vel secundum rectam rationem constitui, vel præter rectam rationem non constitui, decorum est, vel indecorum assequi. Est autem decorum, quod esse decet. id quod nec addi quicquam nec demi postulat, quandoquidem ipsum, quod esse decet, est. Indecori verò species duæ sunt, nimium & parum. Illud plus, quàm decet, hoc minus habet. At virtus decori est habitus. quocirca statim quoque & supremum est & medium. Sic enim decora quoque & media sunt & suprema: media, quoniam inter nimium & parum constituta sunt: suprema, quoniam nec addi quicquam nec demi postulant, quandoquidem, quod esse decet, ipsa sunt.

'Επειδὴ ἁ τῶ ἤθεος ἀρετὰ περὶ πάθεα, τῶν δὲ παθέων ἡδονὰ καὶ λύπα ὑπέρτατα, φανερὸν ὅτι οὐκ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς ἁδονὰν καὶ λύπαν, ἁ ἀρετὰ πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συναρμόσασθαι, οὐδὲ γὰρ ὑγίεια, εὐκρασία τις ἐοῦσα τᾶν τῶ σώματος δυνάμεων, ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ψυχρὸν

Quandoquidem morum virtus in perturbationibus versatur, ac supremæ perturbationes voluptas & dolor censentur: efficitur, in eo virtutem non esse positam, ut quis ex animo perturbationes, voluptatem ac dolorem, evellat, verùm ut aptè connectat. Etenim nec sanitas, quæ corporis facultatum quædam est bona temperatura, in eo ponitur, si frigus,

[3.] οὔτω γὰρ καὶ μεσότατες.] *Videtur hic aliquid deesse,* οὕτω γὰρ καὶ τὰ δέοντα καὶ μεσότατες, &c

[4.] ἐντός.] *Non* ἐκτός.

καὶ

καὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συγκεκρᾶσθαι. ἔντι γὰρ οἷον συμμετρία τις τούτων. οὐδ' ἐν τᾷ μωσικᾷ, ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ, τὸ σύμφωνον πέπτωκεν· ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτά πως συναρμόξασθαι συναρμογὰν τῶ ὀξέος καὶ τῶ βαρέος, τὸ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνεται, τὸ δὲ διάφωνον ἐκκρούεται. συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θερμῶ καὶ τῶ ψυχρῶ, καὶ τῶ ὑγρῶ καὶ τῶ ξηρῶ ἁ μὲν ὑγίεια γίνεται, ἁ δὲ νόσος ἀπόλλυται. συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θυμῶ καὶ τῆς ἐπιθυμίας, αἱ μὲν κακίαι καὶ τὰ πάθεα ἐξαιρέονται, ταὶ δ' ἀρεταὶ καὶ τὰ ἤθεα ἐγγίνονται. ἰδιαίτατον δὲ τᾶς τῶ ἤθεος ἀρετᾶς, ἁ προαίρεσις ἁ ἐν τοῖς καλοῖς. λόγῳ γὰρ καὶ δυνάμει συγχρέεσθαι [5.] δυνατὸν, καὶ ἄνευ ἀρετᾶς, προαιρέσει δὲ οὐ δυνατόν. τὸ γὰρ ἀξίωμα τῶ ἤθεος ἁ προαίρεσις σημαίνει. διὸ καὶ μετὰ τῆς βίας μὲν ἐπικρατέων ὁ λογισμὸς θυμῶ καὶ ἐπιθυμίας, ἐγκράτειαν καὶ καρτερίαν ἐμποιεῖ. μετὰ βίας δὲ πάλιν ἐκβιασθεὶς αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἀλόγων, ἀκρασίαν καὶ μαλακίαν. αἱ δὲ τοιαῦται διαθέσιες τᾶς ψυχᾶς, ἡμιτελέες μὲν ἀρεταὶ, ἡμιτελέες δὲ κακίαι τυγχάνοντι. ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς, ὑγιαίνει· τὰ δ' ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς, νοσεῖ. καὶ καθὸ μὲν ἄρχεται καὶ ἄγεται ὁ θυμὸς, καὶ ἁ ἐπιθυμία ὑπὸ τῶ λόγον ἔχοντος μέρεος τᾶς ψυχᾶς, ἁ ἐγκράτεια καὶ ἁ καρτερία, ἀρεταὶ τυγχάνοντι.

calor, humor, & ſiccitas tollantur, verùm ſi permiſceantur, cùm ſit horum quaſi quidam commenſus: nec in muſica, ſi acutum & grave demantur, concentus oritur, verùm ſi hæc aptè permiſceantur, tum & concentus exiſtit, & vocum diſcordia tollitur. Similiter calore, frigore, humore, ſiccitate permiſtis, & ſanitas oritur, & morbus perit. Neque aliter iracundiâ & cupiditate rectè compoſitis, & vitia cum perturbationibus eximuntur, & virtutes moréſque exiſtunt. Eſt autem morum virtutis maximè proprium, quod in rebus honeſtis eſt, conſilium. Etenim ratione ac facultate etiam ſine virtute uti licet, conſilio non licet, quandoquidem moris dignitatem conſilium indicat. Quapropter & per vim imperans iracundiæ & cupiditati ratio, continentiam ac tolerantiam parit: & per vim rurſus à rationis expertibus pulſa, incontinentiam & mollitiem. Cæterùm tales animi affectiones & imperfectæ virtutes, & imperfecta ſunt vitia. Ut enim eſt ſana ratio, ità partes animi rationis expertes ægrotant. Et quatenus quidem à rationis compote animi parte ira & cupiditas reguntur, virtutes habentur continentia ac tolerantia:

[5.] δυνατόν.] *Sic male, quàm δ*[illegible]

καθὸ δὲ μετὰ βίας, ἀλλ' οὐχ ἑκουσίως τοῦτο πράσσοντι, κακίαι τυγχάνοντι. δεῖ γὰρ τὰν ἀρετὰν μὴ μετὰ λύπας, ἀλλὰ μεθ' ἡδονᾶς τὰ δέοντα πράσσειν. πάλιν δὲ καθὸ μὲν ἐπικρατεῖ ὁ θυμὸς καὶ ἐπιθυμία τῶ λογισμῶ, μαλακίαν καὶ ἀκρατίαν ἐπιφέροντα, κακίαι τινὲς τυγχάνοντι· καθὸ δὲ μετὰ λύπης χαρίζονται τοῖς πάθεσιν, εἰδότες ὅτι ἀμπλακίσκοντι, τῷ ὑγιὲς ἦμεν τὸ ὄμμα τᾶς ψυχᾶς, ταῦτα δὲ οὐ κακίαι [6.] πλάνον. αὐτό γε τοῦτο φανερὸν, ὅτι ἑκουσίως δεῖ τὰν ἀρετὰν τὰ δέοντα πράσσειν. τὸ μὲν ἀκούσιον οὐκ ἄνευ λύπας, καὶ φόβω· τὸ δὲ ἑκούσιον, οὐκ ἄνευ ἡδονᾶς καὶ φιλοφροσύνας. ἅμα δὲ καὶ ὁ λόγος τᾶς διαιρέσιος ἐμπέσοι, καὶ παρείτω ταῦθ' οὕτως ἔχεν. ἁ μὲν γὰρ γνῶσις καὶ ἁ ὅρασις τῶν πραγμάτων, τοῦ λόγον ἔχοντος μέρεος ἐντὶ τᾶς ψυχᾶς· ἁ δὲ δύναμις τῶ ἀλόγω. τὸ γὰρ ἀντέχειν μὴ δύνασθαι τῶν πόνων, ἐπικρατεῖν δὲ τὰν ἁδονὰν, οἰκεῖον ἐντὶ τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς. ἁ δὲ προαίρεσις, ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῷ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς, καὶ τῷ ἀλόγῳ. σύγκειται γὰρ ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος. ὧν ἁ μὲν διάνοια τοῦ λόγον ἔχοντός ἐντὶ, ἁ δ' ὄρεξις τῶ ἀλόγω. διὸ καὶ ἀρετὰ πᾶσα ἐν συναρμογᾷ γίνεται τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς, καὶ ἑκούσιον

quatenus autem per vim hoc, non ſponte fit, ſunt vitia. debet enim virtus non cum dolore, ſed cum voluptate officium facere. Quatenus rurſum imperantes rationi ira & cupiditas, mollitiem & incontinentiam procreant, vitia hæc ſunt: quatenus verò cum dolore perturbationibus gratificantur, dum errorem ſuum, quoniam ſanus eſt animi oculus, agnoſcunt, non vitia, vel ſaltem non prorſus, habenda veniunt. Manifeſtum eſt igitur, ſponte virtutem debere officium facere. Et cum voluntate quidem conjunctum quod eſt, non caret voluptate & hilaritate: quod autem non eſt, dolore & metu non caret. Quid quod ſimulátque inciderit diviſio, hæc ità ſe habere comperientur. Etenim cognitio rerum & inſpectio ratione præditæ eſt animi partis: facultas autem ratione carentis. ſiquidem & laboribus reſiſtere, & voluptates moderari, ratione carentis proprium eſt animi partis. Conſilium verò in utroque cernitur, & rationis compote, & experte animi parte. cùm enim ex intelligentia & appetitu conſtet, illa ad rationis compotem, hic ad expertem refertur. Quamobrem & virtus omnis in partibus animi componendis poſita eſt, & voluntas

[6.] πλάνον αὐτό γε τοῦτο.] *Geſnerus* πλάνον *otioſum, ego corruptum exiſtimo, & ſic lego,* πλὰν οὐκ αὐτό γε τοῦτο.

δὲ

δὲ καὶ τὸ προαιρετὸν πάντως ἐν τᾷ ἀρετᾷ.

Καθόλω μὲν ὦν ἁ ἀρετὰ, συναρμογά τις ἐντὶ τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς, ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. γίνεται δὲ αὐτὰ, [7.] τῷ καὶ τὰν ἡδονὰν καὶ τὰν λύπαν ὅρον ἀποδέξασθαι τὸν τῶ δέοντος. οὐδὲν γὰρ ἄτερον ἀληθινὰ ἀρετὰ, εἰ μὴ ἕξις τῶ δέοντος. αὐτὸ δὲ τὸ δέον ἐντὶ, ὅπως δεῖ ἡμεν. τὸ δὲ μὴ δέον, [8.] ὅπως οὐ δεῖ ἡμεν. τῶ δὲ μὴ δέοντος εἴδεα δύο· τὸ μὲν ὑπερβολὰ, τὸ δ' ἔλλειψις. καὶ ὑπερβολὰ μέν ἐντι, τὸ πλέον τῶ δέοντος· ἔλλειψις δὲ, τὸ ἔλαττον τῶ δέοντος. τὸ δὲ δέον αὐτὸ ἐὸν, ὅπερ δεῖ ἡμεν, καὶ ἄκρον ἂν ὑπάρχοι καὶ μέσον. ἄκρον μὲν, ὅτι οὔτ' ἀφαιρέσιος, οὔτε προσθέσιος δέεται· μέσον δὲ, ὅτι μεταξύ ἐντι τᾶς ὑπερβολᾶς, καὶ τᾶς ἐλλείψιος. ἔχει δὲ τὸ δέον καὶ μὴ δέον [9.] εἰς ἄλλαλα οὕτως, ὥσπερ τὸ ἴσον καὶ ἄνισον, καὶ τὸ τεταγμένον καὶ ἄτακτον (ταῦτα δ' ἐντὶ ἀμφότερα, τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ ἄπειρον) καὶ διὰ τοῦτο τῶ ἀνίσω τὰ μέρεα λέγεται ποτὶ τὸ μέσον, ἀλλ' οὐ ποτ' ἄλλαλα. ἀμβλεῖα τε γὰρ ὀνομάζεται γωνία, ἁ μείζων ὀρθᾶς· ὀξεῖα δὲ, ἁ μείων ὀρθᾶς. καὶ μείζων μὲν εὐθεῖα, ἁ ὑπερέχουσα τὰν ἐκ τῶ κέντρω. καὶ μακροτέρα μὲν ἁμέρα ἰσημερινᾶς. καί τε νόσοι τε γίνονται τῶ σώματος, διὰ τὸ θερμότερον ἢ κρυμωδέστερον

atque consilium prorsus in virtute cernuntur.

Et in universum quidem compositio quædam ratione carentium animi partium cum rationis compote, virtus est: cùm autem & voluptas & dolor decori norma reguntur, tum existit. Nihil enim est aliud vera virtus, quàm decori habitus. Decorum autem est, quod esse decet: indecorum, quod non decet. Indecori verò species duæ sunt, nimium & parum. Illud plus, quàm decet, hoc minus habet. Decorum porro cùm sit, quod esse decet, & supremum sit & medium: supremum, quoniam nec addi quicquam nec demi postulat: medium, quoniam inter nimium & parum constitutum est. Sic porro se decorum & indecorum inter se habent, ut æquale & inæquale, dispositum & confusum: quæ quidem utraque finitum & infinitum sunt Jam inæqualis partes ad medium, non ad se invicem referuntur. Nam & obtusus dicitur angulus, qui recto major est, & acutus, qui minor, & major linea recta, quæ ductam è centro superat, & longior dies eo, quem dat æquinoctium. morbi quoque gignuntur, quoniam vel calidius vel frigidius

[7.] τῷ καὶ τάν.] *Prius legebatur,* τὰν κατὰ τάν.
[8] ὅπως.] *Aliàs,* ὅπερ.
[9] εἰς ἄλλαλα.] *Aliàs,* πρὸς ἄλλαλα.

γίνεσθαι τὸ σῶμα. τὸ μὲν γὰρ θερμότερον ἔντι, τὸ πλέον τῶ μετρίω· τὸ δὲ κρυμωδέστερον, ἔλασσον τούτω. ἔχει δέ γε καὶ ἁ ψυχὰ, καὶ τὰ περὶ αὐτὰν, τὰν διάθεσιν, καὶ τὰν ἀναλογίαν ταύταν. ἁ μὲν [10.] οὖν θρασύτας ἐντὶ ὑπερβολὰ τοῦ δέοντος, ἐν ὑποστάσει δεινῶν· ἁ δὲ δειλότας, ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. καὶ ἁ μὲν ἀσωτία, ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν δαπάνῃ χρημάτων· ἁ δ' ἀνελευθερία, ἔλλειψις τῶ αὐτῶ. καὶ ἁ μὲν ὀργὰ, ἐντὶ ὑπερβολὴ τοῦ δέοντος ἐν ὁρμᾷ θυμῶ. ἁ δ' ἀναλγησία, ἔλλειψις τούτου. ὁ δ' αὐτὸς λόγος, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διαθέσεων τῶν ἀντικειμένων. δεῖ δ' ἕξιν τοῦ δέοντος ὑπάρχοισαν τὴν ἀρετὴν, καὶ μεσότητα τῶν παθέων, μήτ' ἀπαθέα, μήτ' ἐκπαθέα ἦμεν. ἁ μὲν γὰρ ἀπαθεία, ἀπαρόρμητον καὶ ἀνενθουσίαστον παρέχεται τὰν ψυχὰν ποτὶ τὸ καλόν· ἁ δ' ἐκπάθεια, συντεταραγμένον καὶ ἀνεπιλόγιστον. δεῖ ὦν τὸ πάθος οὕτω παρεμφαίνεσθαι ἐν τᾷ ἀρετᾷ, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν καὶ τὰν γραμμὰν ἐπὶ τῆς γραφῆς. τὸ γὰρ ἔμψυχον καὶ τὸ ἁπαλὸν, καὶ τὸ μεμιμημένον τὴν ἀλήθειαν σὺν τῇ χρηστότητι τῶν χρωμάτων, μάλιστα γίνεται διὰ τούτων. ἔμψυχα δὲ ἐκ παρορμήσεως καὶ ἐνθουσιασμοῦ ἀρετῆς τῆς κατὰ φύσιν τὰ πάθεα τῆς ψυχῆς. γίνεται γὰρ ἐκ τῶν παθέων ἁ ἀρετά· καὶ γεννηθεῖσα, πάλιν [11.] σὺν αὐτοῖς συνίσταται. ὥσπερ

redditum est corpus. siquidem quod calidius est, plus est mediocritate: quod frigidius, minus. Enimvero animus quoque cum suis hanc affectionem & proportionem habet. Ut enim audacia plus decoro habet in gravibus perferendis, ità minus ignavia. ut prodigalitas plus decoro habet in sumptuum factione, ità minus illiberalitas. ut ira plus decoro habet in iracundiæ impetu, ità stupiditas minus. Ac similis est aliarum affectionum oppositarum ratio. Debet autem virtus, cùm decori sit habitus, & perturbationum mediocritas, nec stupida esse, nec immodicè affici. Ut enim stupor immotum & languidum ad honestatem reddit animum, ità confusum & imperitum immodica perturbatio. Quare sic debet in virtute perturbatio, ut in pictura umbra atque linea, obiter elucere. Quod enim vivum ac tenerum & veritatem exprimens ducitur, id per hæc maximè, si boni sunt colores, efficitur. Animi quoque perturbationes naturalis virtutis impetu & instinctu animantur. Ut enim ex perturbationibus oritur virtus, ità rursum orta cum ipsis conjungitur: quemadmodum

[10] ἁ μὲν οὖν.] *Aliàs*, ἁ μὲν γάρ.

[11.] σὺν αὐτοῖς συνίσταται.] *Gesnerus aliàs*, συναύξεται τούτοις.

καὶ

καὶ τὸ καλῶς ἡρμοσμένον ἐκ τῶ ὀξέως καὶ βαρέως, καὶ τὸ εὔκρατον ἐκ τῶ θερμῶ καὶ ψυχρῶ, καὶ τὸ ἰσόῤῥοπον ἐκ τῶ βαρέως καὶ κούφω. οὐκ ἀφελεῖν οὖν δεῖ τὰ πάθεα τῆς ψυχῆς, οὔτε γὰρ ὠφέλιμον· ἀλλὰ συναρμόσασθαι ποτὶ τὸ [12.] λόγον ἔχον τῶ δέοντος καὶ τῶ μετρίω.

ex gravi & acuto concentus, ex calido & frigido temperatura, ex gravi & levi æquilibrium. Non ſunt igitur ex animo tollendæ perturbationes, quandoquidem id non conducit, verùm cum ratione prædito per decorum & mediocritatem aptè componendæ.

[12.] τὸ λόγον ἔχον τῶ δέοντος.] *Videtur deeſſe,* διὰ, *vel* μετὰ, *hoc modo:* τὸ λόγον ἔχον μετὰ τῶ δέοντος.

ARCHYTÆ

PYTHAGOREI,

lib. de Morum doctrina.

ΦΗΜΙ τὰν ἀρετὰν ἤμεν ποττὸ μὴ κακοδαιμονεῖν ἱκανὰν, τὰν δὲ κακίαν ποττὸ μὴ εὐδαιμονεῖν, αἴκα τὰς ἕξιας αὐτὰς κρίνομες. αἰεὶ μὲν γὰρ κακοδαιμονεῖν ἀνάγκα τὸν κακὸν, αἴτε ἔχῃ ὕλαν, κακῶς τε γὰρ αὐτᾷ χρέεται· αἴτε σπανίζοι· ὡς καὶ τὸν τυφλόν, αἴτε φῶς ἔχει, καὶ λαμπρότητα ὁρατὰν, αἴτε ἐν σκότει διατελεῖ. οὐκ αἰεὶ δὲ εὐδαιμονεῖν τὸν ἀγαθόν. οὐ γὰρ ἁ κτῆσις τᾶς ἀρετᾶς εὐδαιμονία ἦν, ἀλλὰ χρῆσις.

AIO virtutem ad miſeriam, vitium ad beatitudinem fugiendam, ſi habitus ipſos inſpiciamus, ſufficere. Semper enim virum malum eſſe miſerum neceſſe eſt, ſive materiam habeat, quoniam eâ malè utitur, ſive non habeat: quemadmodum & cæcum, ſive lucem atque ſplendorem habeat, ſive in tenebris degat, cæcum eſſe neceſſe eſt. At bonum non ſemper beatū eſſe neceſſarium eſt, quandoquidem non in poſſeſſione virtutis, verùm in uſu beatitudo cernitur.

καὶ

καὶ γὰρ ὁ ἔχων τὴν ὄψιν, οὐχ ὁρῇ αἰεί. αἰ γὰρ μὴ ἔχοι φῶς, οὐκ ὄψεται. δύο δ' ὁδοὶ τέμνονται ἐν βίῳ· ἁ μὲν σκυθρωποτέρα, ἂν ὁ τλάμων ἐβάδιζεν Ὀδυσσεύς· ἁ δὲ εὐδιηνοτέρα, τὰν ἐπορεύετο Νέστωρ. τὰν ὦν ἀρετὰν φαμὶ δηλῆσθαι μὲν ταύταν, δύνασθαι δὲ καὶ ταύταν. ἀλλὰ τὰν εὐδαιμονίαν [1.] καρύσσει ἁ φύσις βίον εὐκταῖον, καὶ εὐσταθέα, διὰ τὸ γνώμας τελεσθῆμεν. ὥς τε ἃ μὴ δηλῆται τις [2.] παρεόντας, οὐκ εὐδαίμων μὲν, οὐ μὰν πάντως κακοδαίμων. Μὴ ὦν ἄνοσον καὶ ἀνάλγητον [3.] τολμώντων τὸν ἀγαθὸν εἰπεῖν, μηδὲ ἄλυπον θρασυνέσθωσαν λέγεν. ὡς γὰρ σώματι ἀλγεινά τινα ἀπολείπομεν, οὕτω καὶ ψυχαῖς ἐπώδυνα. ἀλλ' αἱ μὲν ἀφρόνων λῦπαι ἀλόγιστοι πέλονται· αἱ δὲ φρονίμων ἐς ὅσον ὁ [4.] λόγος ἐπιτρέπει [5.] ὁρίσδων τὰ πράγματα. ἀλλὰ μὰν καὶ τὸ καύχαμα αὐτῶν τᾶς ἀπαθείας, ἐκλύει τᾶς ἀρετᾶς τὸ γενναῖον, αἴκα ἐν [6.] διαφόροις καὶ μὴ κακοῖς θανάτῳ τε καὶ ἀλγηδόνι καὶ πενίᾳ ἀντιβέβακη. εὐκαταγώνιστα γὰρ τὰ μὴ κακά. ἀσκητέον ὦν ποτὰν μετριοπαθίαν ἱέμεν, ὡς

Nam neque qui visu præditus est, videt semper. si enim luce careat, nihil videbit. Ac duæ secantur in vita viæ: altera difficilior, quâ patiens incessit Ulysses: altera commodior, quam Nestor tenuit. Virtutem igitur aio & hanc expetere, & illam posse. Sed beatitudinem natura vitam optabilem atque firmam; quoniam consilia perficiantur, prædicat. Quapropter qui, quæ non desiderat, omittit, ut beatus non est, ità nec planè est miser. Nè igitur morbis ac doloribus bonum virum carere audeant dicere. Quemadmodum enim corpori, sic & animo quædam, quæ dolorem pariant, relinquimus. Veruntamen stultorum dolores ratione carent: prudentum non ulterius quàm ratio, res definiens, permittat, prodeunt. Quid quod ipsorum de stupore gloriatio virtutis generositatem tollit, si rebus medii generis & non malis morti, dolori, & paupertati se opponat. Facilè etenim, quæ mala non sunt, vincuntur. Quocirca mediocritatem perturbationum sectari debemus. siquidem

[1.] καρύσσει ἁ.] *Mendosè,* καρύσσεια. *Nisi quis,* χαράσσει ἁ, *malit.*

[2.] παρεόντα.] *Sic legere malo, quàm* παρεόντας.

[3.] τολμώντων.] *Non* τολμώντι.

[4.] ὁ λόγος.] *Mendosè,* ἁ ὄρος. *Gesnero emendante.*

[5.] ὁρισδῶν.] *Depravatè,* ὁρίσδων.

[6.] ἀδιαφόροις.] *Malè,* διαφόροις.

τότε

τότε ἀνάλγητον εἰς ἴσον τῷ ἐκπαθεῖ φεύγομες, [7.] μήτε μέζον φύσιος τὰς ἁμετέρας φθεγγόμεθα.

& ſtuporem æquè atque immodicam perturbationem fugimus, neque ſupra naturam noſtram loquimur.

[7.] μήτε.] Non μηδέ.

EJUSDEM, LIBRO

de Bono viro & beato.

ΦΑΜΙ', δὴ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα τοῦτον ἦμεν, τὸν πράγμασι μεγάλοις καὶ καιροῖς καλῶς χρεόμενον. οὗτος δέκα εἴη ὁ εὐτυχίαν τε δυνάμενος καλῶς φέρεν, καὶ πάλιν ἀτυχίαν. καὶ ὁ ἔντε τοῖς καλοῖς καὶ τιμίοις ἄξιος γινόμενος τῶν ὑποκειμένων, καὶ μεταβαλοίσας τᾶς τύχας εὖ τὸ παρὸν ἐνδεχόμενος. ἢ δὲ συντόμως τε καὶ κεφαλαιωδῶς δεῖ φράσαι, ὁ ἐν πάντεσσι τοῖς καιροῖς καλῶς ἀγωνιζόμενος ἐκ τῶν ἐνδεχομένων· καὶ μὴ μόνον αὖ ταυτὸν οὕτως διατιθεὶς, ἀλλὰ καὶ τὼς ἐμπιςεύσαντας αὐτῷ καὶ συναγωνισαμένως.

AIO virum bonum eum eſſe, qui rebus ac temporibus magnis rectè utatur, qui quidem & felicitatem rectè poſſit, & infelicitatem ferre: ac tum rebus bonis dignum ſe fortunâ præbeat, tum rebus mutatis rectè, quod evenit, ferat: qui denique qualicunque tempore rectè pro re nata ſe gerat, nec ſeſe ſolum, ſed & alios ipſi fidentes ac rerum ſocios ità componat.

DE

DE HABITIBUS IN SPECIE.

DE PRUDENTIA.

CRITONIS PYTHAGORICI,

lib. de Prudentia & Felicitate.

ΦΡΟ'ΝΑΣΙΣ καὶ εὐτυχία, ὧδε ἔχοντι πότ' ἄλλαλα. φρόνασις μὲν, τὸ ῥητὸν καὶ λόγον ἔχον. τεταγμένον γάρ τι καὶ ὡρισμένον ἐντί. εὐτυχία δὲ, τὸ ἄῤῥητον καὶ τὸ ἄλογον. ἄτακτον γάρ τι καὶ ἀόριστον ἐντί. καὶ τὸ μὲν ἀρχᾷ καὶ δυνάμει πρᾶτον, τὸ δὲ ἀρχᾷ καὶ δυνάμει ὕστερον. τὸ μὲν γὰρ κυβερνῆν καὶ ὁρίζειν πέφυκε, τὸ δὲ κυβερνῆσθαι καὶ ὁρίζεσθαι. λαμβάνοντι μάντοι γε σύγκρασιν ἀμφότερα, φρονάσιος καὶ εὐτυχίας εἰς ταυτὸ συνδραμοίσας. αἰεὶ γὰρ δεῖ, τὰν μὲν ῥητὰν καὶ λόγον ἔχοισαν φύσιν, ἔχεν ὃ περανεῖ τε καὶ συντάξει. τὰν δ' ἄῤῥητον καὶ ἄλογον, ἔχεν ὑφ' ὧ περανθήσεταί τε καὶ συνταχθήσεται. ἔχει γὰρ οὕτως ὁ λόγος κατὰ πάντων, ὅ, τε τᾶς ἀπείρου φύσιος καὶ τᾶς περαινοίσας. τὰ μὲν γὰρ ἄπειρα, φύσιν ἔχει περαίνεσθαί τε καὶ συντετάχθαι ὑπὸ τῶν λόγον ἐχόντων ἀεὶ καὶ φρόνασιν·

PRUDENTIA & felicitas sic se habent altera ad alteram, ut prudentia rationis ac sermonis sit particeps, quandoquidem compositum quiddam ac definitum est: felicitas in rationem ac sermonem non cadat, quandoquidem & confusum & infinitum quiddam est. Illa initio ac facultate prior, hæc posterior est. Nam ut illa gubernare ac definire, ità gubernari hæc atque definiri solet. Veruntamen componitur utrunque, cùm prudentia & felicitas eodem concurrunt. Semper etenim rationis ac sermonis particeps natura debet, quod definiat atque componat: rationis & sermonis expers, à quo definiatur atque componatur, habere. Sic enim & infinitæ & finientis naturæ ratio per omnia se habet, ut, quæ quidem infinita sint, ab iis, quæ rationem & prudentiam habent, naturâ finiantur, & componantur,

ὕλας

ὕλας γὰρ καὶ ὠσίας ἔχοντι τάξιν. τὰ δὲ περαίνοντα, διὰ τὸ ἐξ αὐτέων συντετάχθαι τέ καὶ ὡρίσθαι. τέχνας γὰρ καὶ αἰτίας ἐνεργατικᾶς ἐπέχοντι τάξιν.

Α δὲ συναρμογὰ ταύταν τᾶν φύσιων κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα γινόμενα, μεγάλαν καὶ ποικίλαν πεποίηκε τὰν διαφορὰν τῶν συναρμοσμένων. ἔντε γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ συναρμογὰ συναμφοτέρων τᾶν φύσιων, τᾶς τε ἀεικινάτω φύσιος, καὶ τᾶς ἀειπαθέος, κόσμος ἐντί. ἄλλως γὰρ οὐκ ἐνεδέχετο σώζεσθαι τό, τε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, μὴ συναρμογὰν ἔχοντος τῶ γεννατῶ ποτὶ τὸ θεῖον, καὶ τῶ ἀειπαθέως ποτὶ τὸ ἀεικίνατον. ἔντε τῷ ἀνθρώπῳ ἁ συναρμογὰ τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον, ἀρετά. οὔτε γὰρ ἐν τούτοις ἐνδέχεται στάσιος ἐούσας ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν, ἀποτελεσθῆμεν ἀρετάν. καὶ ἐν πόλει δὲ, τῶν μὲν ἀρχομένων ποτὶ τὼς ἄρχοντας, ἀποτελεῖ κράτος, καὶ ὁμόνοιαν. τὸ μὲν γὰρ ἄρχειν, ἴδιον τῶ κρείσσονος· τὸ δ' ἄρχεσθαι ῥᾶον τῶ χείρονος, τὸ δὲ κρατὲν καὶ ὁμονοὲν, κοινὸν ἀμφοτέρων. ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐφ' ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῶ οἴκω συναρμογᾶς συντίθεταί τε καὶ [1.] συντίθησιν [2.] ἐπωδὰς καὶ παιδείας, ποτὶ λόγον ἐς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας. καὶ λύπας δὲ, καὶ ἡδονὰς, καὶ εὐτυχίας, καὶ [3.] ἀτυχήματα. χρήζει γὰρ ὁ βίος

quandoquidem materiæ naturæque locum tenent: quæ autem finiunt, à sese compositionem ac finem nacta sint, quandoquidem artis & efficientis causæ vicem gerunt.

Harum porro naturarum in variis rebus facta compositio, magnam & variam peperit compositorum differentiam. In Universo primum utriusque naturæ compositio, tum quæ semper movet, tum quæ semper patitur, mundus est. Nec enim aliter Universum subsistere potuisset, nisi & creatum cum divino, & quod semper patitur cum eo, quod semper movet, fuisset compositum. In homine verò partis animi ratione carentis cum rationis compote compositio fit virtus. Nequit enim hic, dissentientibus inter se partibus utrisque, virtus existere. Similiter in urbe principum cum subjectis compositio, potentiam parit & concordiam. Ut enim imperium, potioris, ità obtemperatio deterioris, potentia & concordia est utriusque propria. Jam eadem in Universo & in familia compositionis ratio, ignorationes atque doctrinas, eodem cum ratione concurrentes, nec non dolores ac voluptates, felicitates & infelicitates componit. Requirit enim vita tum

[1.] συντίθησιν.] *Aliàs,* συντάσσεται.
[2.] ἐπωδάς.] *Fortè* ἀμαθίας, *nisi aliud subsit mysterium.*
[3.] ἀτυχήματα.] *Gesnerus etiam,* ἀτυχίας.

τυγχά-

τυγχάνειν καὶ ἀνέσιος, καὶ ἐπιτάσιος, καὶ σκυθρωπότατος, καὶ διαχύσιος· καὶ εὐτυχίας δὲ καὶ ἀτυχίας. ἃ μὲν γὰρ συνέχεν καὶ συνάγεν δύναται τὸν νόον, ἐς τὰν εὐμαχανίαν, καὶ ἐς τὰν φρόνασιν. ἃ δ' ἀμπαύσιν καὶ διάχυσιν παρεχόμενα, καινότερον καὶ εὔψυχον αὐτὸν παρασκευάζοντα ποτὶ τὰς πράξιας. εἰ δὲ ἐν τούτων ἐνδυναστεύοι κατὰ τὸν βίον, ἑτερομερής τε καὶ ἑτεροκλινὴς γίνεται ὁ βίος, ὅκα μὲν ἐπὶ τὸ σκυθρωπόν τε καὶ χαλεπὸν καταφερόμενος, ὅκα δὲ ἐπὶ τὸ ἀνειμένον καὶ κοῦφον. ἁ δὲ συναρμογὰ τούτων ἁπάντων ὀφείλει γίγνεσθαι ποτὶ τὰν φρόνασιν. αὐτὰ γὰρ ἁ διενεργοῦσα ἐντί, τό, τε ἄπειρον καὶ τὸ περαῖνον ἐν ταῖς πράξεσι. διὸ καὶ τᾶν ἀλλᾶν ἀρετᾶν αὕτ' ἂν ἁγεμών ἐντι καὶ μάτηρ. πᾶσαι γὰρ ποτὶ τὸν λόγον, καὶ νόμον τὸν ταύτας συναρμοσμέναι τε καὶ συντεταγμέναι τυγχάνοντι. περαίνεται [4.] δὲ ὁ λόγος ἤδη μοι κατ' εὐθεῖαν. τὸ γὰρ ἄλογον καὶ τὸ ῥητὸν ἐν πᾶσιν ἔνι: καὶ τὸ μὲν ὁρίζει καὶ περαίνει, τὸ δ' ὁρίζεται καὶ περαίνεται. τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν συγκείμενον, ἅ, τε τῶ ὅλω καὶ τῶ παντὸς συναρμογά ἐντι.

tum intensionem & remissionem; tum difficultatem & oblectationem, tum felicitatem & infelicitatem. Alia enim ad industriam & prudentiam valent mentem cogere & contrahere: alia requie ac delectatione exhibitis, recentiorem eandem & ad actiones alacrem præstant. Quòd si quid horum in vita excellat, alterius fit partis ac declivis vita, vel ad asperitatem ac difficultatem, vel ad remissionem & facilitatem vergens. Cæterùm horum omnium compositio secundum prudentiam debet institui. Hæc enim finitum & infinitum in actionibus constituit. Quapropter etiam reliquarum virtutum mater hæc atque dux est. siquidem ad hujus rationem & legem cunctæ sunt compositæ. Et jam nobis oratio simul finitur. Quod enim ratione caret, quódque in sermonem cadit, in omnibus cernitur. Illud finitur, hoc finit. Quod autem ex utroque constituitur, totius est atque universi compositio.

[4.] περαίνεται δὲ.] Aliàs, δὴ.

ARCHYTÆ

ARCHYTÆ PYTHAGOREI,

libro de Bono viro et beato.

ΦΡΟΝΙΜΟ'Σ ἀνὴρ οὕτως ἂν μάλιστα γένοιτο· φύσιος πρᾶτον εὐστόχω τε καὶ μναμονικᾶς· καὶ φιλοπόνω τυχὼν, ἐν λογισμοῖς τε καὶ μαθημάτεσσι, καὶ ταῖς ποτ' ἀκρίβειαν θεωρίαις εὐθὺς ἐκ νέων γυμνάσαιτο τὰν διάνοιαν φιλοσοφίας ἁπτόμενος ὀρθᾶς, μετὰ δὲ ταύτας, θεῶν τε καὶ νόμων καὶ βίων ἀνθρωπίνων ἐμπειρίαν λάβοι. διὰ γὰρ δύο ἐς τὰν τῶ φρονίμω διάθεσιν παραγίνεται, ὧν τὸ μὲν αὐτὸ ἕξιν μαθηματικάν τε καὶ γνωστικὰν λαβεῖν, τὸ δὲ θεωρήματα καὶ πράγματα πολλὰ ἐπελθόντα μὲν καὶ αὐτὸν ἰδόντα, τὰ δὲ καὶ δι' ἑτέρω τινὸς τρόπω κατανοήσαντα. οὔτε γὰρ ὁ ἐν λογισμοῖς καὶ μαθημάτεσσι, καὶ ταῖς ποτ' ἀκρίβειαν θεωρίαις εὐθὺς ἐκ νέων γυμνάσας τὰν διάνοιαν, ἱκανός ἐστι ποτὶ φρόνασιν· οὔθ' ὁ τούτων μὲν ἀπολειφθεὶς, ἐν ἀκροαμάτεσσι δὲ πολλοῖς καὶ πραγμάτεσσιν ἀναστραφείς. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τοῖς καθέκαστα κρίνεν, τυφλὸς ἐγένετο τὰν διάνοιαν· ὁ δ' ἐν τῷ καθόλω θεωρὲν ἀεί. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν λογισμῶν τὰ μέρεα συνθεὶς

VIR prudens ità fit maximé. Naturam primùm, quæ ingenio, memoriâ, ac labore valeat, nactus, in ratiocinationibus ac disciplinis & accuratis contemplationibus à puero, rectam sectatus philosophiam, se exerceat. Deinde deorum, legum, ac vivendi generum experientiam sibi comparet. In duabus enim his rebus prudentia ponitur, ut quis & habitu sit disciplinæ atque cognitionis particeps, & multas res partim ipse tractarit ac viderit, partim alio quovis modo perspectas habeat. Etenim nec qui in ratiocinationibus ac disciplinis & accuratis contemplationibus à puero se exercuit, nec qui his destitutus, in auditionibus multis ac rebus versatus est, aptus est ad prudentiam. Sed ut hic in singulis judicandis, ità ille in toto semper considerando mentem excæcavit. Quemadmodum enim in rationibus, qui partes

συντιθεὶς τὸ ὅλον ἐξ αὐτῶν λογίζεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων δύναται ὁ μὲν λόγος τὰν καθόλω θεωρίαν ὑπογράφειν· ἁ δ' ἐμπειρία, καθ' ἕκαστα κρίνειν.

composuit, ex iis totum supputat: ità in rebus, ratio totius rei constitutionem delineare, experientia de singulis judicare potest.

EJUSDEM, LIBRO

de Disciplinis.

ΔΕΙ γὰρ ἢ μαθόντα παρ' ἄλλου, ἢ αὐτὸν ἐξευρόντα ὧν ἐπιστάμων ἦσθα, ἐπιστάμονα γενέσθαι. τὸ μὲν οὖν μαθεῖν παρ' ἄλλου καὶ ἀλλότριον· τὸ δὲ ἐξευρεῖν αὐτὸν δι' αὑτοῦ καὶ ἴδιον. ἐξευρεῖν δὲ μὴν ζητοῦντα ἄπορον καὶ ῥᾴδιον· μὴ ἐπιστάμονα δὲ ζητεῖν ἀδύνατον. στάσιν μὲν ἔπαυσεν, ὁμόνοιαν δὲ αὔξησεν, λογισμὸς εὑρεθείς. πλεονεξία τε γὰρ οὐκ ἔστι, τούτου γενομένου, καὶ ἰσότας ἐστίν. τούτῳ γὰρ περὶ τῶν συναλλαγμάτων διαλλασσόμεθα. διὰ τοῦτον οὖν οἱ πένητες λαμβάνοντι παρὰ τῶν δυναμένων· οἵ τε πλούσιοι διδόντι τοῖς δεομένοις, πιστεύοντες ἀμφότεροι διὰ τούτω τὸ ἴσον ἕξειν. κανὼν δὲ καὶ κωλυτὴρ τῶν ἀδικούντων, τοὺς μὲν ἐπισταμένους τοῦ ὀργίζεσθαι πρὶν ἀδικεῖν ἔπαυσε, πείσας ὅτι οὐ δυνασοῦνται λαθεῖν, ὅταν ἐπ' αὐτὸ ἔλθωντι. τοὺς δὲ μὴ ἐπισταμένους ἐν αὐτῷ δηλώσας ἀδικοῦντας, ἐκώλυσεν ἀδικῆσαι.

DEBES enim vel ex alio discendo, vel ipse, quorum scientiam habes, inveniendo, peritus reddi. Ac si quidem discis, id ab alio habes, & alienum est: sin ipse invenis, ex te, ac tuum habes. Et siquidem quæras facilè erit invenire: sin quærere nescias, difficile. Et seditionem compescuit, & auxit concordiam inventa ratio. In hac enim ut æqualitas inest, ità deest iniquitas: & hujus operâ contractus componuntur. Hujus gratiâ pauperes à divitibus sumunt, & pauperibus concedunt divites, postquam per hanc utrique se æquum obtenturos credunt. Jam cum injuriorum norma sit & repagulum, eorum, qui periti sunt, iram ante injuriam sedat, postquam eos non posse, cum ad rem ventum erit, latere persuasit; imperitos autem, ostenso in re ipsa scelere, ab injuria revocat.

DE

DE JUSTITIA.

POLI PYTHAGOREI

Libro de Justitia.

ΔΟΚΕΙ μοι τῶν ἀνδρῶν τὰν δικαιοσύναν, ματέρα τε καὶ τιθηνὰν τῶν ἄλλων ἀρετῶν προσειπεῖν. ἄτερ γε ταύτας, οὔτε σώφρονα, οὔτε ἀνδρεῖον, οὔτε φρόνιμον οἷόν τε ἦμεν. ἁρμονία γάρ ἐστι καὶ εἰρήνα τᾶς ὅλας ψυχᾶς μετ' εὐρυθμίας. δηλοφανέστερον δὲ καὶ γένοιτο τὸ ταύτας κράτος, ἐτάζουσιν ἁμῖν τὰς ἄλλας ἕξιας. μερικὰν γὰρ ἔχονται αὐταὶ τὰν ὠφέλειαν, καί ποθ' ἕνα· ἃ δέ ποθ' ὅλα τὰ συστάματα, καὶ ἐν πλάθει. ἐν κόσμῳ μὲν ὦν αὐτὰ τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῦσα, πρόνοιά τε, καὶ ἁρμονία, καὶ δίκα, γένους τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιξαμένων. ἐν πόλει δὲ εἰρήνα τε καὶ εὐνομία δικαίως κέκληται. ἐν οἴκῳ δ' ἐστὶν ἀνδρὸς μὲν καὶ γυναικός ποτ' ἀλλάλως ὁμοφροσύνα· οἰκετᾶν δὲ ποτὶ δεσπότας εὔνοια· δεσποτᾶν δὲ ποτὶ θεράποντας κηδεμονία. ἐν σώματι δὲ, πρᾶτα καὶ ἅπασιν ἀγαπατοτάτα ζώοις,


EXISTIMO justitiam reliquarum virtutum matrem ac nutricem esse dicendam. siquidem absque hac nec temperans, nec fortis, nec prudens quisquam possit esse. Est enim hæc animi totius cum concinnitate pax atque harmonia. Ac manifestior fiet hujus dignitas, si cæteros habitus consideraverimus. Ut enim illorum usus ad unum aliquod refertur, ità hæc ad cœtus integros, & multitudinem. Et in mundo quidem totum administrans imperium, Providentia, Harmonia, ac Dice vocatur ex deorum quorundam decreto: in urbe verò pax & recta legum constitutio: in familia autem viri & uxoris inter ipsos concordia, famulorum erga dominos benevolentia, dominorum de famulis cura: in corpore porro, quæ prima est & omnibus animalibus carissima,

ἅτε ὑγίεια καὶ ἀρτιότας. ἐν δὲ ψυχᾷ σοφία ἡ ἐκ τᾶς ἐπιστάμας τε καὶ δικαιοσύνας γινομένη παρ᾽ ἀνθρώποις. εἰ δ᾽ αὐτὰ τὸ ὅλον καὶ τὰ μέρεα οὕτω παιδαγωγεῖ τε καὶ σώζει, ὁμόφρονα καὶ ποτάγορεα ἀλλάλοις ἀπεργαζομένα, πῶς οὐ μάτηρ καὶ τιθήνα πασᾶν τε καὶ πάντων πανταφεὶ λέγοιτο;

ſanitas & bona valetudo: in animo denique ſapientia, quæ inter homines è ſcientia conſtat atque juſtitia. Quòd ſi hæc ità totum & partes inſtruit ac ſervat, & concordiam inter ipſa compoſitionémque efficit, cur non mater omnium ac nutrix cunctorum calculis habeatur?

ΤΕ'ΛΟΣ.

FINIS.



[1.] ἈΝΩΝΎΜΟΥ ΤΙΝΟ͂Σ διαλέξεις Δωρικῇ διαλέκτῳ, Περὶ τῶ ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ, Περὶ τῶ καλῶ καὶ τῶ αἰσχρῶ, Περὶ τῶ δικαίω καὶ τῶ ἀδίκω, Περὶ τῶ ψεύδεος καὶ τῆς ἀληθείας, Περὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς ἀρετῆς, εἰ διδακτόν.

Incerti cujuſdam diſſertationes quinque Dorico ſermone conſcriptæ.

Verſione & Notis *Jo. North.*

[1.] Ἀνωνύμω.] Mirum, *Henricum Stephanum*, qui primus hoc fragmentum in lucem emiſit, nè verbo unico præfatum eſſe unde deſumpſerit: Credo equidem excerptorem aliquem illud Authoris nomine non affixo conſervâſſe, è majori libro depromptum; etenim Author ipſe ſe de induſtria non celavit qui nomen ſuum in Capite quarto interſeruiſſe videtur, ἐπεί τοι καὶ ἐξῆς καθήμενοι ἂν λέγοιμεν Μίμας εἰμί, τὸ αὐτὸ μὲν πάντες ἐροῦμεν, ἀλαθὴς δὲ μόνος ἐγώ, ἐπεὶ καὶ εἰμί· Mimantis igitur cujuſdam ſunt hæ diſſertationes, etſi tantùm non nobis æquè ac priùs ignoti: nam Virum talem ſcriptores nunquam memorant quibuſcum ego verſatus ſum. E Sicilia aut Italia oriundum meritò ſuſpicemur, ideóque Pythagoreum etſi Jamblichi Catalogo non repertum, tam quia Doriſmo involutus, quàm quòd tam ſolenni more ac particulari, ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων, opiniones iſtas prævalere dixit, quod non facturum puto, ſi iſtam patriam ſuam agnoverat. Antiquum maximè ſe prodit multis indiciis. Etenim victoriam quam de Athenienſibus & ſociis reportârunt Lacedæmonii tanquam novum quid ac recenter acquiſitam ponit. καὶ τὰ νέωτι (τὰ νεωστὶ lego) πρῶτον ἐρῶ. αὐτῶν Λακεδαιμονίων νίκα ἂν ἃ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως —— Hanc ſi ad poſtremam referamus quam tulerunt Lacedæmonii, viz. ad Ægos Potamos obtentam, in Olympiade nonageſima tertia, collocanda eſt. Tum verè cùm aſſerat βασιλῆα τὸν μέγαν οὐδὲν κωλύει ὁμοίας οἰκεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς, conſtat Perſarum imperium nondum everſum. Sed & ſophiſtas etiamnum docentes tradit, & ſanè quæ hic aſſert & contra quæ diſputat jejunam ipſorum ἐριστικὴν ſapiunt & inanes captiunculas quibus adverſarios irretire conati ſunt.

Diſſ. I. De bono & malo.

[2.] ΔΙΣΣΟΙ λόγοι λέγονται ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων περὶ τῶ ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ. οἱ μὲν γὰρ λέγοντι ὡς ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἄλλο δὲ, τὸ κακόν· [3.] τοὶ δὲ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι,

DUplex fertur in Græcia Philoſophorum ſententia de bono & malo: Etenim quidam aſſerunt, aliud planè bonum aliud malum: quidam verò idem utrumq;

[2] διασοὶ λόγοι.] Eodem ſenſu uſurpavit λόγον Maximus περὶ μὲν δαιμόνων ἀμειςβητῶν λόγον λόγῳ φέρω καὶ ἀνέχομαι τὴν στάσιν· Diſſ. 1.

[3] τοὶ δὲ ὡς τὸ αὐτό ἐστι.] In quatuor primis Diſſ. eundem planè modum adhibet Author. De omnibus eadem proponit & ſimili ratione diluit. Ut igitur ritè intelligatur, hujuſce quæſtionis Originem altiùs deducam. Heraclitus illud placitum invexit, πάντα ῥεῖν ποταμοῦ δίκην ut effert Diogenes, Plato autem οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι πάντα, qui dein fuſiùs explicat in Theæt. ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ, οὐδέν ἐστιν· οὐδ᾽ ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ᾽ ὁποιονοῦν τι, ἀλλ᾽ ἐὰν ὡς μέγα προσαγορεύῃς καὶ σμικρὸν φανεῖται· καὶ ἐὰν βαρὺ, κοῦφον· ξύμπαντά τε οὕτως ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνὸς μήτε τινὸς μήτε ὁποιουοῦν. ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα ἃ δή φαμεν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ᾽ οὐδὲν, ἀεὶ δὲ γίγνεται. *Unum quippiam ipſum quidem ex ſeipſo nihil eſſe, neque rectè quiddam aut quale quid nuncupaveris: ſed ſi magnum appellaveris, parvum videtur, ſi grave, leve. Itaque adeò omnia ut neque unum neque quiddam neque quale quicquam ſit; at ex latione & motione & mixtione inter ſe, omnia fiunt quæ exiſtere affirmamus, non recto quidem vocabuli uſu. Nihil enim unquam eſt, ſemper verò fit.* Hanc ſententiam tanto ſtudio complexi ſunt plures ut planè in ſectam etſi à recentioribus non numeratam tranſierint, ὡς καὶ αἱρετιστὰς ἀπ᾽ αὐτοῦ γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους ut ait Diogenes, & conſentiunt Ariſtoteles & Plato: qui etiam addit, πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη εἶναι ἀλλὰ μὲν περὶ τὴν Ἰωνίαν ἐπιδίδωσι πάμπολυ· οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐρρωμένως. In partes etiam ſuas trahebant Homerum eò quòd dixit πάντα ἔκγονα ῥοῆς καὶ κινήσεως in eo verſu Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν; nec non Epicharmum, Empedoclem & cæteros, uti referunt Plato in Theæt. Ariſtoteles in quarto Metaph. Plato ipſe ab Heraclito αἰσθητὰ deſumpſit, indéque partem alteram celeberrimæ diviſionis in Timæo tranſtulit, τὸ γιγνόμενον μὲν ὂν δ᾽ οὐδέποτε & γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Eáque de cauſa ideas ſuas introduxit nè cùm omnia ità fluunt & dilabuntur, nullâ ſcientiâ comprehendi poſſent: Teſte Ariſtot. Metaph. *l.* 11. *c.* 4. συνέβη δ᾽ ἡ περὶ τῶν ἰδεῶν δόξα τοῖς εἰποῦσι, διὰ τὸ πεισθῆναι περὶ τῆς ἀληθείας τοῖς Ἡρακλειτείοις λόγοις ὡς πάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων· ὥστ᾽ εἴπερ ἐπιστήμη τινὸς ἔσται καὶ φρόνησις, ἑτέρας δεῖν τινας φύσεις εἶναι παρὰ τὰς αἰσθητὰς, μενούσας· οὐ γὰρ εἶναι τῶν ῥεόντων ἐπιστήμην. Sed mirum in modum, ſenſum Heracliti adauxit Protagoras, indè corrollarium hoc

deducens

deducens πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι· τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων ὡς οὐκ ἔστι. Qualia cuique videntur, talia reipsa sunt omnia. Ità pluribus exponit Plato, ἆρ' οὐκ ἐνίοτε πνέοντος ἀνέμου τοῦ αὐτοῦ, ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ' οὔ· καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα; καὶ μάλα· πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρόν, τῷ δὲ μή. οὔ; *Nonnè eodem aliquando vento flante, nostrûm quidem alius friget, alius non. ille quidem leniter; ille vehementer? omninò. Utrùm igitur statuerimus ventum in seipso tunc frigidum vel non frigidum? an potiùs Protagoræ credemus, ei quidem qui frigeat, frigidum, qui non, nec item.* Quæ autem de frigido differit Protagoras, ad *bonum & malum, justum & injustum, ad verum & falsum* applicavit, uti in locis suis ostendam. Videtis ergò contra quos disputat Mimas, si ità appellare liceat, forsan ipsius ævo jam florentes: & sanè licet jejunæ nobis sub luce majori prodeant Quæstiones, non ità olim, quas tam celebri Authore natas, tam acriter à multis defensas, tanta pompâ, reverentiâ tantâ exagitârunt Plato & Aristoteles.

καὶ τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἴη, τοῖς δὲ κακόν· καὶ τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ ποτὲ μὲν ἀγαθόν, ποτὲ δὲ κακόν. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖσδε ποτιτίθεμαι· σκέψομαι δὲ ἐκ τῶ ἀνθρωπίνω βίω, [4.] ὧν ἐπιμελὲς, βρώσιός τε καὶ πόσιος καὶ ἀφροδισίων. ταῦτα γὰρ ἀσθενοῦντι μὲν κακά ἐστιν, ὑγιαίνοντι δὲ καὶ δεομένῳ, ἀγαθά. καὶ ἀκρασία τοίνυν τούτων, τοῖς μὲν ἀκρατέσι, κακόν· τοῖς δὲ ἰατροῖς, ἀγαθόν. [5.] ὁ τοίνυν θάνατος, τοῖς μὲν ἀποθανοῦσι κακόν, τοῖς δ' ἐνταφιοπώλαις καὶ τυμβοποιοῖς ἀγαθόν. γεωργία τε καλῶς ἐξενείκασα τὼς καρπώς, τοῖς μὲν γεωργοῖς ἀγαθόν, τοῖς δὲ ἐμπόροις κακόν. τὰς τοίνυν ὁλκάδας συντρίβεσθαι καὶ παραθραύεσθαι, τῷ μὲν ναυκλήρῳ κακόν, τοῖς δὲ ναυπηγοῖς ἀγαθόν· ἔτι, τὸν σίδηρον κατέσθεσθαι καὶ ἀμβλύνεσθαι καὶ συντρίβεσθαι,

sed his bonum illis malum; eidémque homini quandoque bonum quandoque malum. Ego certè hisce assentior, res illas perpendens quarum studiosa est humana vita, scilicet cibum, potum & Venerem: Hæc enim ægrotanti mala, sano autem & indigo bona; & horum usus nimius, ipsis incontinentibus malum, sed medicis bonum. Imò mors obeuntibus quidem malum, sed libitinariis & tumulos struentibus bonum; & quòd ex cultura terra feliciter emittat fructus, agricolis bonum, mercatoribus verò malum: ut conterantur navigia & diffringantur, naviculario malum, naupegis tamen bonum. Porro ut ensis rubigine corrodatur, obtusus fiat, & comminuatur,

[4.] ὧν ἐπιμελές.] lego ἐπιμελὴς ut cum sensu congruat.
[5.] ὁ τοίνυν θάνατος.] multas ubique instantias congerit & inducit Socratico planè more.

τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ χαλκῆϊ, ἀγαθόν. καὶ μὰν τὸν κέραμον παραθραύεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τοῖς δὲ κεραμεῦσιν, ἀγαθόν. τὰ δὲ ὑποδήματα κατατρίβεσθαι καὶ διαρρήγνυσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ σκυτῆϊ ἀγαθόν. [6.] ἐν τοίνυν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμναστικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς καὶ τοῖς πολεμικοῖς, αὐτίκα ἐν τῷ γυμνικῷ τῷ σταδιοδρόμῳ ἁ νίκα, τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις, κακόν. καὶ τοῦτο δὲ καὶ τοὶ παλαισταὶ καὶ πύκται, καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες μωσικοί. αὐτίκα ἁ κιθαρῳδία τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δ' ἡσσαμένοις, κακόν. ἔν τε τῷ πολέμῳ καὶ [7.] τᾷ νεώτατι πρᾶτον ἐρῶ. αὐτῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἂν ἃ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως, Λακεδαιμονίοις μὲν ἀγαθὸν, Ἀθηναίοις δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις κακόν. [8.] ἅ τε νίκα ἂν τε Ἕλλανες τὸν Πέρσαν ἐνίκασαν, τοῖς μὲν Ἕλλασιν ἀγαθὸν, τοῖς δὲ βαρβάροις

aliis quidem malum; fabro ærario bonum: & ut fictilia frangantur, cæteris quidem malum, figulis verò bonum: Ut atterantur calcei & disrumpantur, aliis certè malum, at sutori bonum. In certamine sive gymnastico sive musico seu militari, exempli causâ in stadiocursorio gymnico victoria vincenti bonum, devictis verò malum. Eadémque obtinet ratio inter pugiles & luctatores nec non musicos omnes; Nam ad citharam modulatio vincenti bonum, superatis autem malum; sic etiam in bello: & recentiora primùm narro: Lacedæmoniorum victoria quam de Atheniensibus & fœderatis reportârunt, ipsis quidem bonum, Atheniensibus & sociis malum. Et victoria quâ Græci Persas fuderunt, ipsis bonum, at barbaris

[6.] ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμναστικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς.] sæpe hæc duo conneсtuntur; ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικοὺς, Aristoph Plut. nempe in quibus tota disciplina sive παίδευσις Ἑλληνικὴ consistebat. Etenim unum, ad corpus, alterum, ad animum retulerunt. τά δὲ μαθήματα διττά, ὡς γε εἰπεῖν, χρήσασθαι συμβαίνοι ἄν· τὰ μὲν περὶ τὸ σῶμα γυμναστικῆς, τὰ δ' εὐψυχίας χάριν, μουσικῆς. Plat. leg. l. 7. In tertio autem Respub fusiùs disserit quàm necessariò conjungenda utraque disciplina. In Panathenæis musica certamina primò instituit Pericles, καθότι χρὴ τοὺς ἀγωνιζομένους αὐλεῖν ἢ ᾄδειν ἢ κιθαρίζειν, Plutarch. in vit.

[7] τᾷ νεότατι.] τὰ νεότι habet alia Editio, quæ magìs congruit. sic enim νεὸν pro adverbio sumatur, τὶ verò independenter. ut loquuntur Grammatici Ego certè ità emendarem τὰ νεωστί. Sensus clarissimus. Nam bella hæc enumerat pro temporis ordine quo gerebantur, novissima primò narrans deinde ad remotiora assurgens.

[8.] ἅ τε νίκα ἂν τε Ἕλλανες τὸν Πέρσαν.] Insignem illam, ut puto, innuit victoriam, quæ uno eodémque die & apud Plateas & Mycalen Ioniæ Græcos coronavit, quæque bello Persico finem imposuit. Herod. l. 9

κακόν.

κακόν. ἁ τοίνυν τῶ Ἰλίω αἵρεσις, [9.] τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Τρωσὶ κακόν. καθ' δὲ ταυτὸ καὶ τὰ τῶν [10.] Θηβαίων καὶ τὰ τῶν Ἀργείων πάθη. καὶ ἁ τῶν Κενταύρων καὶ Λαπιθῶν μάχη, τοῖς μὲν Λαπίθαις ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Κενταύροις κακόν. καὶ μὰν καὶ ἁ τῶν θεῶν καὶ γιγάντων λεγομένα μάχα καὶ νίκα, τοῖς μὲν θεοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ γίγασιν κακόν.

Ἄλλος δὲ λόγος λέγεται, ὡς ἄλλο μὲν τἀγαθὸν εἴη, ἄλλο δὲ, τὸ κακὸν, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτον διαιρεῦμαι τὸν τρόπον. δοκῶ γὰρ οὐ διάδαλον ἦμεν ποῖον ἀγαθὸν καὶ ποῖον κακὸν, αἰ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο ἑκάτερον εἴη· καὶ γὰρ θαυμαστὸν κ' εἴη. οἶμαι δὲ οὐδὲ κ' αὐτὸν ἔχεν ἀποκρίνασθαι, αἴ τις αὐτὸν ἔροιτο, τὸν ταῦτα λέγοντα, Εἰπὸν δή μοι, ἤδη τι τὼς γονέας ἀγαθὸν ἐποίησας; φαίη κα, Καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Τὺ ἄρα κακὰ καὶ μεγάλα καὶ πολλὰ τούτοις ὀφείλεις, αἴπερ ταὐτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Τί δὲ, τὼς συγγενέας ἤδη τι ἀγαθὸν ἐποίησας; τὼς ἄρα συγγενέας κακὸν ἐποίεις. Τί δὲ

malum: Sic Ilii expugnatio Achæis bonum, Troibus malum. Eadem dicantur de miseriis quæ Thebanis & Argivis contigerunt. Insuper, quod inter Lapithas & Centauros gerebatur bellum, Lapithis quidem bonum, Centauris verò malum. Pugna etiam quam Deos cum gigantibus habuisse ferunt, & secuta victoria Diis sanè bonum, sed gigantibus malum.

Altera sententia, diversum quid bonum, diversum malum affirmat, non nomine magìs quàm re ipsa distinguendum. Ego verò illud hoc modo dijudico. Credo equidem, nobis non posse constare, quæ res bona quæve mala, si idem esset utrumque non diversum quid; & illud meritò miretur quispiam. Nec puto habiturum quod respondeat, si quis hæc dicentem ità interrogaret, dicas obsecro mihi, an quid boni parentibus præstitisti? reponet forsan, Imò multa & præclara. Tu igitur illis pœnas multorum ac gravium malorum debes, si idem bonum malúmque censendum est. Quid autem, propinquos bono quopiam affecisti? Eosdem igitur & malo. Quid dein,

[9.] τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς.] non Ἕλλησιν ut ante; Nam hæc appellatio pro tota Græcorum gente tunc nondum invaluit, nec unquam apud Homerum invenitur, uti etiam observat Thucid. l. 1. Ἀχαιοὺς communiter vocat Homerus.

[10.] Θηβαίων καὶ τῶν Ἀργείων πάθη.] Respicit Author in Thebanis infortunia, quæ Oedipo & filiis contigerunt, in Argivis ea quæ Agamemnoni & Oresti, apud Tragicos declamatissima.

τοὺς ἐχθροὺς ἤδη κακῶς ἐποίησας; καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα ἄρα ἀγαθὰ ἐποίησας. [11.] ἄγε καὶ δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι, Ἄλλο τι ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχοντι; πάλιν εὐδαιμονίζεις, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι, αἴπερ τωὐτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν. [12. τὸν δὲ βασιλῆα τὸν μέγαν οὐδὲν κωλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς. τὰ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ αὐτῷ, πολλὰ κακὰ καὶ μεγάλα ἐστὶν, αἴκα τωὐτόν ἐστιν τἀγαθὸν καὶ κακόν. καὶ τάδε μὲν περὶ τῶ παντὸς εἰρήσθω. εἶμι δὲ καὶ καθ' ἕκαστον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶ ἐσθίεν καὶ πίνεν καὶ ἀφροδισιάζεν. τοῦτο γὰρ τοῖς ἀσθενέουσι ταῦτα ποιὲν, ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς, αἴπερ τωὐτόν ἐστιν ἀγαθὸν καὶ κακόν· καὶ τοῖς νοσέουσι, κακόν ἐστι τὸ νοσεῖν καὶ ἀγαθὸν, αἴπερ τωὐτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. καὶ δὲ τόδε καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ εἴρηται. καὶ οὐ λέγω τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο πειρῶμαι διδάσκειν, ὡς οὐ τωὐτὸν εἴη κακὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἑκάτερον.

an hoſtibus quid mali intuleris? Etiam & illos multis & præclaris bonis cumulâſti. Age verò & illud aliud reſponde, quare vel pauperes miſereris eò quòd multis & ingentibus malis opprimuntur, vel rurſus divites beas quòd bene & proſpere agant, ſi idem bonum & malum? Profectò nihil obſtat quin rex magnus Perſarum eâdem verſetur conditione cum egenis; Nam multa & magna bona quibus abundat, in ejuſdem gravitatis mala tranſibunt, ſi idem bonum malúmque. Hæc ad rem generaliter ſumptam dicta ſufficiant. Sed & ſingula illa percurro, à cibo, potu & Venere incœptans. Infirmis bonum eſt hæc omnia pro libitu uſurpare, ſi idem bonum & malum: pariſque ratione ægrotantibus morbus ac firma valetudo perinde bona ſunt. Hoc autem ad cætera omnia applicandum quæ in iſto priore ſermone conduntur. Interim tamen quid bonum ſit & malum non determino, illud ſolùm probare annixus ad idem utrumque non poſſe referri ſed alterutrum tantúm.

[11.] Ἄγε καὶ δή.] In hoc loco quædam omitti, & puncta tranſponi videntur, quem ità reſtituo. ἄγε δὴ μοὶ καὶ τόδε ἀπόκριναι ἄλλο, τί ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα κακὰ (interponendum enim proculdubiò) ἔχοντι; ἢ πάλιν πλουσίως (delendum fortè πάλιν) ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι αἴπερ τωὐτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν.

[12.] τὸν δὲ βασιλῆα τὸν μέγαν.] Ità Perſarum regem appellabant non adjecto nomine, uti ubique conſtat in Græcorum ſcriptis. Ego unum tantùm apponam exemplum ex Ariſt. Achar. Ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν.

Λέγονται

Diss. II. de Honesto & Turpi.

ΛΕΓΟΝΤΑΙ δὲ καὶ περὶ τῶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ διωοὶ λόγοι. τοὶ μὲν γὰρ φαντὶ ἄλλο μὲν ἦμεν τὸ καλὸν, ἄλλο δὲ τὸ αἰσχρὸν, διαφέρον ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα. τοὶ δὲ, τωὐτὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν. κἠγὼ πειρασῶμαι, τόνδε τὸν τρόπον ἐξαγεύμενος. αὐτίκα γὰρ παιδίῳ ὡραίῳ ἐραστᾷ μὲν χρηστῷ [1.] χαρίζεσθαι, καλὸν,

Duo etiam feruntur sermones de Honesto & Turpi. Nam quidam aliud esse honestum asserunt, aliud turpe, tam re quam nomine distinguendum: Quidam verò idem utrumque, cujus sententiæ modum explicare conabor. Ut igitur formosus puer Amatori probo gratificet, honestum,

[1.] χαρίζεσθαι.] Sumitur verbum sæpius ità, *in nefando scelere obsequi, corpus prostituere.* Ἐν πολλοῖς τῶν πόλεων, inquit Xenophon, οἱ νόμοι οὐκ ἐναντιοῦνται ταῖς πρὸς τοὺς παῖδας ἐπιθυμίαις, l. de Rep. Lac. Apud Bœotos & in Elide his terminis legem latam testatur Plato in Conviv. ἁπλῶς νενομοθέτηται, καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς· καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι οὔτε νέος οὔτε παλαιὸς ὡς αἰσχρόν· Quod confirmat Xenophon οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες ἢ ὥσπερ Βοιωτοὶ ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσιν ἢ (ὥσπερ Ἠλεῖοι) διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ χρῶνται. Et quanquam tam horrendum amorem Spartanæ leges ac Atticæ pro forma prohibent, attamen apertè & communiter usurpatum ex Aristophane constat cæterisque scriptoribus qui tam frequenter commemorant, quinam erant hujus aut illius παιδικά. Formosi pueri innumeris continuò stipati incedebant qui ipsos sollicitarunt & omni officio devincere studebant: & si cui morem gererent, illis præ cæteris χαρίζεσθαι dicebantur. Sic Alcibiades se Socrati obtulit, πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναι σοὶ μὴ οὐ τοῦτο χαρίζεσθαι. Quem tamen ille magnanimo fastu rejecit. Alium huic verbo sensum affingunt Platonici, uti solent ἐν ἐρωτικοῖς, quòd ità χαρίζεσθαι debent compti Adolescentes, viz. se amatoribus adjungere, ipsorum frequenti consortio frui ut indè bonos mores ediscant, & ad virtutem colendam componantur, cujus optimam spem ex ipsa forma præstant. Xenophon tales ἐραστὰς instituisse Lycurgum dicit, quanquam ipse confitetur plurimos huic rei fidem non adhibere. Mimantem hoc sensu philosophico verbum cepisse sentio eò quòd non nisi τῷ χρηστῷ ἐραστᾷ faveat. Nam ità distinguit Maximus diss. 8. πρᾶγμα διττὸν τὸ μὲν ἀρετῆς ἐπήβολον, τὸ δὲ μοχθηρίᾳ συμπεφυκὸς, φωνῇ μιᾷ οἱ ἄνθρωποι ἐπονομάζοντες ἔρωτα, οὕτωσὶ καλοῦντες καὶ τὸν θεὸν καὶ τὴν νόσον· καλλωπίζονται μὲν οἱ μοχθηροὶ ἐρασταὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἐπωνυμίαν· ἀπιστοῦνται δὲ οἱ χρηστοὶ διὰ τὸ ἀμφίβολον τοῦ πάθους· Plato magis disertè ad propositum nostrum, in Conviv. ἀλλὰ καλῶς μὲν πραττόμενον (i. e. ἐρᾶν) καλὸν αἰσχρῶς δὲ αἰσχρόν· αἰσχρὸν μὲν οὖν ἐστι πονηρῷ τε καὶ πονηρῶς χαρίζεσθαι, καλὸν χρηστῷ τε καὶ καλῶς· πονηρὸς δέ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ ἐραστὴς ὁ πάνδημος ὁ τοῦ σώματος μᾶλλον ἐρῶν ἢ τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ἐραστὴς διὰ βίου μένει ἅτε μονίμῳ συντακείς.

[2.] μὴ

[2.] μὴ ἐργαστᾶ δὲ καλῶ, αἰσχρόν. καὶ τὰς γυναῖκας λῶσθαι ἔνδον, καλόν· ἐν παλαίστρᾳ δὲ, αἰσχρόν· ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐν παλαίστρᾳ καὶ ἐν γυμνασίῳ, καλόν. καὶ συνίμεν τῷ ἀνδρὶ, ἐν ἁσυχίᾳ μὲν, καλὸν, ὅπω τοίχοις κρυφθήσεται· [3.] ἔξω δὲ, αἰσχρὸν, ὅπω τὶς ὄψεται. καὶ τὸ μὲν αὐτᾶς συνίμεν ἀνδρὶ καλόν· ἀλλοτρίῳ δὲ αἴσχιστον. καὶ τῷγε ἀνδρὶ, τᾷ μὲν ἑαυτῶ γυναικὶ συνίμεν, καλόν. ἀλλοτρίᾳ δὲ, αἰσχρόν. καὶ κοσμεῖσθαι, καὶ ψιμμυθίῳ χρίεσθαι, καὶ χρυσία περιάπτεσθαι, τῷ μὲν ἀνδρὶ αἰσχρὸν, τᾷ δὲ γυναικὶ καλόν· καὶ τὼς μὲν φίλως εὖ ποιεῖν, καλόν. τὼς δὲ ἐχθρὼς, αἰσχρόν. καὶ τὼς μὲν πολεμίως φεύγεν, αἰσχρόν· τὼς δὲ ἐν σταδίῳ ἀγωνιστὰς, καλὸν καὶ τὼς μὲν φίλως καὶ τὼς πολίτας φονεύεν, αἰσχρὸν, τὼς δὲ πολεμίως, καλόν. καὶ τάδε μὲν περὶ πάντων.

non probo autem turpe: ut fœminæ domi laventur honeſtum, in Palæſtra turpe; ſed ut viri id & in Palæſtra faciant & Gymnaſio, honeſtum. Ut fœminæ cum viris congrediantur privatim ubi parietes abſcondunt, honeſtum, extra verò in conſpectu cujuſquam turpe: & ut à maritis ſuis comprimantur, honeſtum, ſed ab alieno, turpiſſimum; Ut etiam, vir propriâ fruatur uxore honeſtum, alienâ autem turpe. Viro turpe eſt, molliter ornatus incedere ceruſſáve oblitus vel aurum appenſum gerere, ſed mulieri honeſtum. Sic amicis benefacere honeſtum, inimicis turpe: Hoſtes fugere turpe, certantes autem in ſtadio, honeſtum: cives & amicos necare turpe, ſed hoſtes honeſtum. Et hæc de omnibus dici ſupponantur.

Tranſeo autem ad ea quæ gentes & civitates turpia ducunt.

Εἶμι δ' [4.] ἐφ' ἃ ταὶ πόλιές τε αἰσχρὰ ἄγηνται καὶ τὰ ἔθνεα.

[2.] μὴ ἐργαστᾶ καλῶ.] Scripſit Author χρυσῷ ut puto, non ſolitus variare verba dum ità opponit, nec hîc præſertim vellet ubi καλὸν alio ſenſu toties deſumit: ſed eò quod tam ſæpe occurrat, facilis tranſcriptorum error.

[3.] ἔξω δὲ αἰσχρόν.] Diogenes Cynicus εἰώθει πάντα ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ καὶ τὰ Δήμητρος καὶ τὰ Ἀφροδίτης — χειρουργῶν τε ἐν μέσῳ συνεχές. Diog. in Vit. Crateti, cjuſdem perfrictæ frontis contigit uxor Hypparchia, ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο. Et illud tantum non placitum erat Cynicorum ut meritò dixerit Epictetus, ſectam Cynicam ſi non rectè inſtituatur, nihil aliud profiteri quàm δημοσίᾳ ἀσχημονεῖν. Arr. l. 3. c. 22. Indorum tota Gens in propatulo coit. Sext. Emp. Sed Lycurgus hanc partem munivit maximè, ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δὲ ἐξιόντα. Xenoph. in Lac. Rep.

[4.] ἐφ' ἃ ταὶ πόλιες.] Mirum, quantùm ex hoc loco diſputabant Philoſophi Sceptici & Ἡρακλείτειοι, quos joco ῥέοντας appellat Plato. Nam ità Protagoras, λέγομεν ἀποφαινόμενοι τοῦτο δοκεῖν ἑκάστῳ, τοῦτο

καὶ

κὴ εἶναι ἰδιώτῃ τε κὴ πόλει, clariùs verò postea, περὶ πολιτικῶν καλὰ μὲν κὴ αἰχρά, δίκαια κὴ ἄδικα, κὴ ὅσια κὴ μὴ, οἷα ἂν ἑκάςη πόλις οἰηθεῖσα θῆται νόμιμα ἑαυτῇ, ταῦτα κὴ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ ἑκάςῃ. Plat. in Theæt. innumerísque aliis ejusdem dialogi partibus constat. Hinc etiam rationes boni & mali tollebant Cynici, ità Diogenes inter cætera, μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ κὴ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν γεύσασθαι ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν. Hoc etiam inter Scepticorum δέκα τρόπες, quintum, secundùm Laërtium, secundùm Empiricum decimum scil. παρὰ τὰς ἀγωγὰς κὴ τὸ νόμες constituebat, in quo eandem planè rationem adhibent quam hic Author. Teneri non possum quin illud ex Eurip. Phæniss. apponam quia tam aptè respondet Εἰ πᾶσι ταυτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα, ἐκ ἦν ἀμφίλεκτ@ ἀνθρώποις ἔρις, Νῦν δ' ἐθ' ὅμοιον ἐδὲν ἐτ' ἴσον βροτοῖς Πλὴν ὀνομάσαι· τὸ δ' ἔργον ἐκ ἔςι τόδε. Ubi qui plura vult, adeat Scholiasten.

αὐτίκα Λακεδαιμονίοις [5.] τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως, κὴ [6.] ἀχίτωνας παρέρπεν, καλόν· Ἴωσι δ' αἰχρόν· κὴ τὼς παῖδας [7.] μὴ μανθάνεν μωσικὰ κὴ γράμματα, καλόν· Ἴωσι δ' αἰχρὸν [8.] μὴ ἐπίςασθαι ταῦτα πάντα. [9.] Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν τὼς ἵππως

Ut igitur puellæ discinctis brachiis se exerceant, & veste depositâ prodeant, Lacedæmoniis honestum, Ionibus turpe videtur: & ut pueri Musices & literarum ignari sint, inter illos honestum, at hujusmodi inscitia inter Iones turpis. Thessali honestum putant equos

[5.] τὰς κόρας γυμνάζεσθαι.] Heracl. de Gentium moribus ait apud Spartanos γυμνάσια ὥσπερ ἀνδρῶν ἐςὶ ἔτω κὴ παρθένων· Xenoph. item de Lycurgo in Lac. Rep. σωμασκεῖν ἔταξεν ἐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τῷ ἄρρεν@ φύλε· ἔπειτα δὲ δρόμε κὴ ἰσχύ@ ὥσπερ κὴ τοῖς ἀνδράσιν ἔτω κὴ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε.

[6.] ἀχιτῶνας παρέρπεν.] Plutarc. in V. Lycur. ἐδὲν ἧττον ἔθισε τὰς κόρας τὰς κόρας γυμνὰς τε πολιτεύειν κὴ πρὸς ἱεροῖς τισιν ὀρχεῖσθαι κὴ ᾄδειν τῶν νέων παρόντων κὴ θεωμένων.

[7.] μὴ μανθάνειν μωσικὰ κὴ γράμματα] Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἢ τὰς εἰς πόλεμον αἰχρὸν inquit Heraclides; nam ad bellicam disciplinam compositi, nihil intermiscebant quod emollire animos poterat. Vid. etiam Ælianum l. 12 c. 50.

[8.] μὴ ἐπίςασθαι ταῦτα πάντα.] Nam præterquam in Sparta inquit Xenoph Græci παῖδας πέμπεσιν εἰς διδασκάλων μαθησομένες κὴ γράμματα καὶ μεσικὴν κὴ τὰ ἐν παλαίςρᾳ. Cicero in Tuscul. l. 1 *Themistocles cùm in epulis recusaret Lyram habitus est indoctior. Ergò in Græcia musici floruêrunt discebántque id omnes, nec qui nesciebat satis excultus doctrina putabatur.* Sed Asiæ minoris Populi iique præcipuè qui non longè à littore siti, musicam maximè colebant: cum suos ἁρμονίας τρόπες haberent, & ab ipsis nominatos, φρυγιςὶ, λυδιςὶ, αἰολιςὶ, & ab Ionibus ἰαςί.

[9.] Θεσσαλοῖσι δὲ καλόν.] nihil tale apud cæteros scriptores repertum quandùm ego unquam deprehendi. Ubique celebres sunt ob Generosos equos & equitandi peritiam. Vitam λῃςρικὴν olim cum laude exer-

exerceri ubique patet, præsertim ex Thucydidis notissimo loco. οὐκ ἔχοντος πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον· δηλοῦσι δὲ τῶν ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν. l. 1. De Thracibus Herodotus τὸ ζῆν ἀπὸ ληϊστύος κάλλιστον. Boves autem (in quibus ostendit Pausanias veterum opes maximè collocari) frequenter direptos etiam Caci Historiola demonstrat.

ἐκ τᾶς ἀγέλας [10.] λαβόντι, αὐτὼς δαμάσαι, καὶ τὼς ὀρέας· βῶς τε λαβόντι, αὐτὼς σφάξαι καὶ ἐκδεῖραι καὶ κατακόψαι· ἐν Σικελίᾳ δὲ αἰσχρὸν, καὶ δώλων ἔργα. [11.] Μακεδόσι καλὸν δοκεῖ ἦμεν, τὰς κόρας, πρὶν ἀνδρὶ γάμασθαι, ἐρᾶσθαι καὶ ἀνδρὶ συγγίνεσθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ γαμεῖται, αἰσχρόν· Ἕλλασι δ' ἄμφω αἰσχρόν. [12.] τοῖς δὲ Θρᾳξὶ κόσμος τὰς κόρας στίζεσθαι. τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα [13.] κανὼν ἐκδείρας τὰν κεφαλὰν, [14.] τὸ

& mulos ex armento ablatos domare, bovésque raptos jugulare, & pelle detracta discindere: hæc autem Siculi turpia ac fraudulenta opera censent. Puellas nondum collocatas amari & à viris comprimi inter Macedones honestum: post nuptias verò turpe; Utrumque inter Græcos turpe. Puellarum frontes notis quibusdam interpungi, Thracibus ornamentum videtur. Scythis quidem honestum ut cùm quis hominem occiderit, capitis,

[10.] λαβόντι.] pro λαβόντας sive ex errore exemplarium, seu potiùs ex Dorici idiomatis usu in quod magìs propensus sum, etsi nihil tale in Lexicographis comperio, quia bis in hac sententia occurrat, cùm toties obrepere errorem non putandum. Et quidem satìs distinguitur, à λάβοντι quod pro λάβωσι ponunt Dores, eò quòd hæ voces in penultima accentum gerant. Sic in postremis hujus capitis verbis ποιηταὶς δὲ μάρτυρας ἐπάγονται ποτὶ ἀδονὰν οὐ πὸτ' ἀλάθειαν ποιεῦντι, pro ποιεῦντας, nisi forsan omittatur οἱ —

[11.] Μακεδόσι.] Quod hîc de Macedonibus narratur, de Thracibus refert Herodot. in Terpsic. τὰς δὲ παρθένους οὐ φυλάσσουσι ἀλλ' ἐῶσι οἷσι αὐταὶ βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι. τὰς δὲ γυναῖκας ἰσχυρῶς φυλάσσουσι. Eadem de Lydis Ælianus l. 4. c. 1.

[12.] τοῖς δὲ Θρᾳξί.] hoc ad omnes Thraces applicare videtur Herodotus, etsi ad solas puellas restringi potest, τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται, τὸ δ' ἄστικτον ἀγεννές. Ad Æthiopes idem defert Sextus. Pyr. Hyp. l. 1.

[13.] ὃς ἄνδρα κανών.] κτανὼν proculdubio

[14.] τὸ κόμιον] to sit aliquantulum hoc verbum utpote quod nec in veterum nec recentiorum Lexicis inveni. Sed facilis conjectura à κόμη dixit; quod confirmavit sensus ut sic τῷ ὀστῷ opponatur. Sed & favet Herodotus qui dum exponit quomodo capiti cutem detrahat Scytha, sic ait, in l. Melpom. περιταμὼν κύκλῳ περὶ τὰ ὦτα, ac si posteriorem tantùm partem crinitiam scilicet, usui suo accommodaret: cùm pars cutis frontem obvolvens minùs forsan idonea quia tot locis perforatur.

μὲν

μὲν κόμιον [15.] περὶ τοῦ ἵππου φορεῖ, [16.] τὸ δ' ὀστέον [17.] χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας, πίνει ἐξ αὐτοῦ, καὶ σπένδει τοῖς θεοῖς· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλησιν, οὐδὲ εἰς τὰν αὐτὰν οἰκίαν συνεισελθεῖν βούλοιτ' ἄν τις τοιαῦτα ποιήσαντι. [18.] Μασσαγέται δὲ τὼς γονέας κατακόψαντες κατέσθοντι, καὶ [19.] τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἦμεν, ἐν τοῖς τέκνοις τεθάφθαι· ἐν δὲ τᾷ Ἑλλάδι ἄν τις ταῦτα ποιήσῃ, ἐξελαθεὶς ἐκ τᾶς Ἑλλάδος, κακῶς ἀποθάνῃ, ὡς αἰσχρὰ καὶ δεινὰ ποιέων. τοὶ δὲ Πέρσαι, [20.] κοσμεῖσθαί τε, ὥσπερ τὰς γυναῖκας, καὶ τὼς ἄνδρας, καλὸν νομίζοντι, καὶ τᾷ θυγατρὶ

cute divulsâ, partem crinitiam ante equum gestet, Osseam verò auro vel argento obducens, ex illâ bibat diisque ipsis libamina fundat. Græcorum autem nullus easdem ædes ingredi vellet unà cum viro qui tale quid fecerit. Massagetæ parentes suos obtruncantes comedunt & optima videtur sepultura, ità in sobolis ventre condi: sed in Græcia si quis tale quippiam committeret, ejectus statim miserè periret, ut qui rem turpem ac horrendã patrâsset. Persæ viros delicatulè ornari instar fœminarũ putant, ut & cum filia, honestũ

[15.] περὶ τοῦ ἵππου φορεῖ.] ἅτε ἐχμαγεῖον ἔχων ἐκτῆσθαι inquit Herod. cùm jam satis emolliverat tanquam *mantile servabat.* Sed jactabundus ἐκ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου, τὸν ἂν αὐτὸς ἐλαύνῃ, ἐκ τούτου ἐξάπτει καὶ ἀγάλλεται, *habenis equi cui ipse insidet annectebat superbus.*

[16] τὸ δ' ὀστέον.] Id non nisi ir fer∫i∫∫imorum capiti faciunt. Herod.

[17.] χρυσώσας.] Si pauper sit Scytha, ἔξωθεν ὠμοβοίην μούνην περιτείνας χρᾶται, *Caput extra crudo bovino corio obducens sic utitur*, sin autem dives, insuper & intùs inaurat. Herod.

[18.] Μασσαγέται δὲ τὼς γονέας.] si ad extremam senectutem pervenerint inquit Herodotus l. 1. ἐπεὰν δὲ γέρων γένηται κάρτα, οἱ προσήκοντες οἱ πάντες συνελθόντες θύουσί μιν καὶ ἄλλα πρόβατα ἅμα αὐτῷ. ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα κατευωχέονται. Sin autem ante ex moibo moriantur, οὐ κάρτα σιτέονται ἀλλὰ γῇ κρύπτουσι *non edunt sed tumulo condunt* συμφορὴν ποιεύμενοι *dolentes* quod illis immolari vel potiùs obtruncari non contigerit. Unde lepidissime ait Herodotus οὖρος δὲ ἡλικίης σφι προκέεται ἄλλος μὲν οὐδείς *nullus alius vitæ terminus iis impendet.*

[19] τάφος κάλλιστος.] Sic Indi Callatini apud Herod. l. 3. rogante Dario ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί, ἀμβώσαντες μέγα εὐφημέειν μιν ἐκέλευον. Nam & illi parentes comedunt Indéque ex sententia Herodoti, Cambysem insanire meritò putabant homines; οὐ γὰρ ἂν ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε καταγελᾶν. *aliter non ausus fuisset, templa & Ritus ludibrio habere*, Apim sc. Ægyptiacam occideres: cum sacra sua omnium præstantissima quælibet judicat Gens.

[20.] Κοσμεῖσθαι] eò quòd vestes demissas admodum & fluitantes induerent ἀνθοβαφεῖς ἐσθῆτας καὶ ποδήρεις Sext. Emp. vel ut Dioder. l. 2. στολὴν δι' ἧς οὐκ ἦν διαγνῶναι τὸν περιβεβλημένον πότερον ἀνήρ ἐστιν ἢ γυνή. Comam quoque alebant indè in Oraculo Milesiis dato κομῆται dicti Herod. l. 6. & faciem fuco illinebant, ut ex Xenoph. Cyrip. l. 8. colligatur.

καὶ

καὶ τᾷ ματρὶ καὶ τᾷ ἀδελφᾷ συνίμεν· τοὶ δὲ Ἕλλανες, καὶ αἰσχρὰ καὶ παράνομα. [22.] Λυδοῖς τοίνυν τὰς κόρας πορνευθείσας, καὶ ἀργύριον ἐνεργήσασθαι, καὶ οὕτω γάμασθαι καλὸν δοκεῖ ἦμεν· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν, οὐδείς κα θέλει γαμᾶν. [23.] Αἰγύπτιοί τε οὐ ταυτὰ νομίζοντι καλὰ τοῖς ἄλλοις. τῇδε μὲν γὰρ γυναῖκας ὑφαίνειν καὶ ἐργάζεσθαι, καλόν· ἀλλὰ τηνεὶ τὼς ἄνδρας, τὰς δὲ γυναῖκας πράσσεν ἅπερ τῇδε τοὶ ἄνδρες. τὸν παλὸν δεύειν ταῖς χερσὶ, τὸν σῖτον τοῖς ποσὶ, τήνοις καλόν· ἀλλ' ἁμῖν τὸ ἐναντίον. οἶμαι δ' ἄν τις [24.] τὰ καλὰ εἰς ἓν κελεύῃ συνενεῖκαι πάντας ἀνθρώπως ἃ ἕκαστοι νομίζοντι, καὶ πάλιν ἐξ ἀθρόων τοὶ

matre ac sorore congredi: at Græci turpia hæc & iniqua; Lydis puellas, cum prostituto corpore pecunias corraserint, ità tandem nubere honestum videtur: inter Græcos autem nemo harum ullam, in uxorem duceret. Ægyptii non eadem statuunt honesta quæ cæteræ gentes: Alibi certè fœminas texere & operari honestum, hîc autem viros. Mulieres officiis funguntur quibus alibi viri solent: Cæmentum manibus subigere, panem verò pedibus, inter illos honestum, sed apud nos obtinet contrarium. Sanè si quis juberet omnes homines in unum locum deferre,

[21.] καὶ τᾷ ἀδελφᾷ] hi fœdi mores non ante Cambysis tempora invalescebant. Nam ille primò sororem duxit: οὐδαμῶς γὰρ inquit Herod. l. 3. εἰώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι.

[22.] Λυδοῖς.] Eadem narrat Herodotus l. 1.

[23.] Αἰγύπτιοί τε.] hæc etiam ex Herodoto desumpsit Author, qui ità observat, Αἰγύπτιοι ἅμα τῷ οὐρανῷ τῷ κατὰ σφέας ἐόντι ἑτεροίῳ, καὶ τῷ ποταμῷ φύσιν ἀλλοίην παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ, τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἐστήσαντο ἤθεα καὶ νόμους. l. 2. ubi inter cætera hoc etiam de pane habet. Miror autem impensiùs Interpretes tam Herodoti quam Strabonis, qui eadem ex Herodoto refert l. 17. πηλὸν hîc transtulisse lutum, unde constat eos nec verbi vim nec Authoris sensum assecutos. nam quare lutum subigerent aut Ægyptii aut quivis mortalium? πηλὸς igitur cæmentum exprimit unde sensus statim optimus emergit. Jul. Pol l. 7. c. 27. inter cætera cæmenti genera etiam πηλὸν & inter mercenarios πηλοφόρους ponit. Nec illud tantùm Ægyptii sed & χερσὶ τὸν κόπρον ἀναιρέονται, sordes manibus auferunt. Plura adjicit Herodotus sed ea omnia omittit Diodorus Sic. l. 1. tanquam fabulosa nec fide digna. ὅσας μὲν οὖν Ἡρόδοτος καὶ τινες τῶν τὰς Αἰγυπτίων πράξεις συνταξαμένων ἐσχεδιάκασι καὶ συνεγράψαντο ἑκουσίως προκρίναντες τῆς ἀληθείας τὸ παραδοξολογεῖν καὶ μύθους πλάττειν ψυχαγωγίας ἕνεκα παρήσομεν.

[24] τὰ καλά.] & dein τὰ αἰσχρὰ suos invicem locos occupárunt ità ut transponenda sunt, τὰ αἰσχρὰ εἰς ἓν & τὰ καλὰ λαβεῖν. Quod illud λαβεῖν ostendit, alias impropriè ad τὰ αἰσχρὰ annexum. Sed & indicat Author ipse eùm postea repetens diluit argumentum.

τὰ

τὰ αἰσχρὰ λαβὲν καὶ ἃ ἕκαστοι [25.] ἄγηνται, οὐδὲν [26.] καλυφθῆμεν, ἀλλὰ πάντας πάντα διαλαβέν. οὐ γὰρ πάντες ταῦτα νομίζοντι. παρέξομαι δὲ καὶ ποίημά τι.

quæ turpia putant, & deìn è simul congestis excerpere: quæ singulis honesta videntur, nihil superfuturum credo, sed omnes omnia desumpturos: non eadem enim omnes colunt. Apponam autem poëticum fragmentum.

[27. Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσι νόμον
Ὄψει διαιρῶν, οὐδὲν ἂν πάντη καλὸν,
Οὐδ' αἰσχρὸν· ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησε λαβὼν
Ὁ καιρὸς αἰσχρὰ, καὶ διαλλάξας καλά.

Spectabis alias hoc loco datas viris
Leges, hinc discens nihil honestum, nihil
Ubique turpe, sed reddit occasio
Idem nunc turpe, dein mutata, bonum.

Ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπὲν, [28.] πάντα καιρῷ μὲν καλά ἐντι, ἐν ἀκαιρίᾳ δ', αἰσχρά. τί ὦν διεπραξάμην; ἔφαν ἀποδείξειν ταυτὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὄντα· καὶ ἀπέδειξα ἐν τούτοις πᾶσι.

Ut totam rem verbo compingam, omnia opportuna quidem honesta, intempestiva verò turpia. Quid ergo confeci? dixi me velle eadem honesta ac turpia demõstrare, quod his omnibus absolvi.

λέγεται δὲ καὶ περὶ τῶ αἰσχρῶ καὶ καλῶ, ὡς ἄλλο ἑκάτερον εἴη. ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσῃ τὼς λέγοντας ὡς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστιν, αἴ ποκά τι αὐτοῖς καλὸν ἔργασται, αἰσχρὸν ὁμολογησοῦντι, αἴπερ τοῦτον

Cæterùm alius fertur sermo de honesto ac turpi nempe qui utrumque diversum quid affirmat. Quandoquidem si quis prioris sententiæ patronos rogaret, an quid honestũ unquã peregerint, etiã & istud turpe agnoscant necesse est, si idem

[25.] ἄγηνται] verbum Ionicum: Et ut semel hîc moneam plura Ionicè usurpat Author, quale est τοὺς ubique oculis obversans, Sic etiam συνειθίχαι sæpius in Herodoto repertum.

[26] Καλυφθῆμεν] emendo κατακαλυφθῆμεν —

[27.] Καὶ γὰρ τόν] hoc ποίημα in suos στίχους dispofui & non dubito quin ex Euripide illo σκηνικῷ φιλοσόφῳ, excerpantur. Non tantùm quia ipse ferè solus periculosa illa & nefaria solet effundere sed & dictionem ipsius sapiunt: etsi nec in tragœdiis quæ extant nec in deperditorum fragmentis reperio.

[28.] πάντα καιρῷ,] Eadem habet sed sensu magis sano Sophocles πάντα γὰρ καιρῷ καλὰ —

καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλόν· καὶ αἴ τινα καλὸν οἴδαντι ἄνδρα, τοῦτον καὶ αἰσχρὸν τὸν αὐτόν. καὶ αἴ τινα καὶ λευκὸν, καὶ μέλανα τοῦτον τὸν αὐτόν. καὶ καλόν γ' ἐστὶ τὼς θεὼς σέβεσθαι, καὶ αἰσχρὸν ἄρα τὼς θεὼς σέβεσθαι, αἴπερ τωὐτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστι. καὶ τάδε μὲν περὶ ἁπάντων εἰρήσθω μοι. τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ὃν λέγοντι· αἰ γὰρ τὰν γυναῖκα καλόν ἐστι κοσμεῖσθαι, τὰν γυναῖκα αἰσχρὸν κοσμεῖσθαι, αἴπερ τωὐτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν· καὶ τἆλλα κατὰ τωὐτόν. ἐν Λακεδαίμονι ἐστὶ καλὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι, ἐν Λακεδαίμονι ἐστὶν αἰσχρὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι. καὶ τἆλλα οὕτως. λέγονται δὲ ὡς [29.] αἴ τινες τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῶν ἐθνέων πάντοθεν συνενείκαιεν, ἔπειτα συγκαλέσαντες κελεύοιεν, ἅ τις καλὰ νομίζει, [30.] λαμβάνειν πάντα, καὶ ἐν καλῷ ἀπενειχθῆμεν· ἐγὼ θαυμάζω αἰ τὰ αἰσχρὰ, συνενεχθέντα καλὰ ἐσσεῖται, καὶ οὐχ οἷά περ ἦνθεν. αἰ γοῦν ἵππως ἢ βῶς ἢ ὄϊς ἢ ἀνθρώπως ἄγαγον, οὐκ ἀλλό τι κα ἀπάγαγον. ἐπεὶ οὐδὲ χρυσὸν ἤνεικαν, χαλκὸν ἀπήνεικαν· οὐδὲ ἀργύρεον

honeſtum ac turpe. Et ſi virum quempiam honeſtum cognoverint, eundem etiam & turpem: ſi album quempiam, etiam & illum ipſum nigrum: Deóſne venerari honeſtum? venerari ergo quoque turpe. Et hæc de omnibus dici ſupponantur. Sed memet converto ad rationes quas illi afferunt: Si mulierem bellè ornari honeſtum, & eandem ità ornari turpe, ſi pro eodem honeſtum ac turpe reputandum. Paríq; ratione cætera. In Sparta puellas ſe exercitare honeſtum, in Sparta quoque puellas ſe exercitare turpe eſt: aliáque conſimili modo. Dicunt autem, ſi quis turpia ex omni undequaque gente in medium adduceret, deindeque mandaret ſingulos ea quæ honeſta putant capere, omnes omnia ſumpturos, & pro honeſtis reportaturos. Mirum quid, ſi turpia in unum locum delata, honeſta fierent non eadem quæ adducebantur. Si equos, boves, oves aut homines attulerint non aliud certè aſportarunt: Nec aurum

[29] αἰ τίνες τὰ αἰσχρά.] Non poſſum hîc prætermittere præclariſſimam Herodoti ſententiam, quæ etſi cum ſenſu Authoris noſtri non undiquaque congruat, ſimili tamen modo effertur. ἐπίσταμαι δὲ τοῦτο ὅτι εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ ἐς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐγκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι αὐτῶν ἀποφεροίατο ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο. l. 7.

[30.] λαμβάνειν.] aliquid deeſt ità reponendum, ἅ τις καλὰ νομίζει λαμβάνειν, πάντες πα τα διαλλάξειν.

ἤνεικαν,

ἤνεικαν, μόλιβδον καὶ ἀπέφερον. ἀντὶ δ' ἄρα τῶν αἰσχρῶν καλὰ ἀπαγαγόντι, φέρε δὴ αἰ ἄρα τις αἰσχρὸν ἀπάγαγε, τοῦτον ἄν, καλὸν ἀπάγαγε. ποιητὰς δὲ μάρτυρας ἐπάγονται, [31.] ποτὶ ἀδονὰν οὐ ποτ' ἀλάθειαν ποιεῦντι.

ferentes, æs domum reduxerint, aut plumbum referent, quod argentum intulerint. Pro bonis ergo mala retulerunt: age verò si quis turpe quid adduceret, illud quoque bonum asportaret. Poëtas autem testes inducunt qui non pro rerum veritate, sed hominum delectatione carmina sua componunt.

Diss. III. De justo & injusto.

ΔΙΣΣΟΙ δὲ λόγοι λέγονται καὶ περὶ τῶ δικαίω καὶ περὶ τῶ ἀδίκω· καὶ τοὶ μὲν, ἄλλο ἦμεν τὸ δίκαιον, ἄλλο δὲ, τὸ ἄδικον· τοὶ δὲ, τωὐτὸ δίκαιον καὶ ἄδικον· καὶ ἐγὼ τούτῳ πειρασοῦμαι τιμωρεῖν. καὶ πρᾶτον μὲν [1.] ψεύδεσθαι ὡς δίκαιόν ἐστι λεξῶ, καὶ ἐξαπατᾶν. τὼς μὲν πολεμίως ταῦτα ποιεῖν, αἰσχρὸν καὶ πονηρὸν ἂν ἐξείποιεν· τὼς δὲ φιλτάτως, οὔ. αὐτίκα τὼς γονέας· αἰ γὰρ δέοι τὸν πατέρα ἢ τὰν ματέρα [2.] φάρμακόν τι

Duo itidem feruntur sermones de justo & injusto: Etenim quidam aliud esse justum aliud injustum putant, quidam verò idem utrumque, quam sententiam defendere conabor. Et primò ostendam fallere & mentiri justum esse. Dicat igitur quispiam, ità tractare inimicos turpe & improbũ: amicissimos verò nequaquã, exẽpli causâ parentes. Si enim oportet patrem aut matrẽ medicamentũ

[31.] ποτὶ ἀδονὰν οὐ ποτ' ἀλάθειαν.] οὔτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες— οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον. Thucyd. l. 1 sic etiam Eratosthenes apud Strab. l. 1. ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας οὐ διδασκαλίας.

[1.] ψεύδεσθαι] Plat in Rep. l. 1. αὐτὰ ταῦτα ἐστι· ἐνίοτε μὲν δικαίως, ἐνίοτε ἀδίκως ποιεῖν. οἷον τοιόνδε λέγω· πᾶς ἄν που εἴποι, εἴ τις λάβοι παρὰ φίλου ἀνδρὸς σωφρονοῦντος ὅπλα, εἰ μανεὶς ἀπαιτοῖ, ὅτι οὔτε χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀποδιδόναι· οὔτε δίκαιος ἂν εἴη ὁ ἀποδιδούς, οὐδ' αὖ πρὸς τὸν οὕτως ἔχοντα, πάντα ἐθέλων τἀληθῆ λέγειν· Et quamvis Homerum coronatum è Republica sua ejecerit ob turpes fabulas Diis ascriptas, tamen publicas quasdem confingi jubet quibus civitas ad virtutem efformetur: nempe ut μηχανὴ τις γένοιτο τῶν ψευδῶν τῶν ἐν δέοντι γιγνομένων, ὧν δὴ νῦν ἐλέγομεν, γενναῖόν τι εἶναι ψευδομένους πεῖσαι, Rep. l. 1.

[2.] φάρμακόν τι.] Omnia tum de pharmaco tum de ense eripiendo reperiuntur apud Xenophontem in quarto memorabilium, ubi Socrates Euthydemum quendam ob sapientiam Politicam tumentem obtundit, & pro more suo his captiunculis in angustum redigit, transcribere nolo nè tædio essem.

ἐγκαταφαγεῖν, καὶ μὴ θέλοι, οὐ δίκαιόν ἐστι, καὶ καὶ τῷ ῥοφήματι καὶ ἐν τῷ ποτῷ δόμεν, καὶ μὴ φάμεν ἐνῆμεν; ἤκων ἤδη ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν τὼς γονέας, καὶ κλέπτεν μὰν τὰ τῶν φίλων, καὶ βιῆσθαι τὼς φιλτάτως δίκαιον. αὐτίκα εἴ τις λυπηθείς τι τῶν οἰκήων καὶ ἀχθεσθεὶς μέλλοι αὐτὸν διαφθείρειν ἢ ξίφει ἢ σχοινίῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ, δίκαιόν ἐστι ταῦτα κλέψαι, αἰ δύναιτο· αἰ δὲ ὑστερίξαι καὶ ἔχοντα καταλάβοι, ἀφελέσθαι βίᾳ; ἀνδραποδίξασθαι δὲ πῶς οὐ δίκαιον τὼς πολεμίως, αἴ τις δύναιτο ἑλὼν πόλιν ὅλαν ἀποδόσθαι; τοιχωρυχὲν δὲ τὰ τῶν πολιτῶν κοινὰ οἰκήματα, δίκαιον φαίνεται. αἰ γὰρ ὁ πατὴρ ἐπὶ θανάτῳ κατεστασιασμένος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν δεδεμένος εἴη, ἆρα οὐ δίκαιον διορύξαντα κλέψαι καὶ σῶσαι τὸν πατέρα; ἐπιορκεῖν δὲ αἴ τις ὑπὸ τῶν πολεμίων λαφθεὶς ὑποδέξαιτο, ὀμνύων ἦ μὰν ἀφεθεὶς τὰν πόλιν προδώσεν, ἆρα οὗτος δίκαια ποιήσαι εὐορκήσας; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ δοκῶ· ἀλλὰ μᾶλλόν τὰν πόλιν καὶ τὼς φίλως καὶ τὰ ἱερὰ σῶσαι πατρῷα ἐπιορκήσας. ἤδη ἄρα δίκαιον καὶ τὸ ἐπιορκεῖν, καὶ τὸ ἱεροσυλεῖν. [3.] τὰ μὲν ἴδια τῶν πόλεων

deglutire, nec volet; annon justum est sorbili quodam aut potu diffusum porrigere & inesse dissimulare? Justum igitur parentes mendacio fallere, ut & subripere bona amicorum & charissimis vim inferre. Nam si quis ob res quasdam familiares graviter tristitiâ affectus sibi lethum consciscere cogitaret sive ense vel resti aut alio telo, annon justum est hbc clanculùm subripere si quis posset, aut si tardior adveniens jam in manibus habentem deprehenderit, per vim auferre? quis unquam dubitavit annon justum esset, inimicos in servitutem rapere, si modò quis posset totam civitatem expugnare? sed & ædes civium nostrorum publicas perrumpere justum videtur: nam si pater inimicorum factione oppressus, in vinculis ad mor em servaretur, annon justum est, effringentem abripere patrem & liberare? Necnon pejerare: si quis enim ab hostibus captus juramento dato spondeat se dimissum urbem suam proditurum, an ille sanctè observans justa peraget? Ego certè non ità sentio: sed potiùs si civitatem suam & amicos & templa patria perjurus conservet. Pejerare igitur justum est ut & sacra spoliare: quæ privatim ad quamlibet civitatem spectant,

[3.] τὰ μὲν ἴδια.] Innumera apud Historicos conduntur exempla ubi sacra sua ad usus profanos allocârunt civitates. Ego unum tantum subjungam. Cùm Pericles Athenienfium opes in concione exponeret, quibus bellum contra Lacedæmonios instruere possent, inter cætera numerat, ἀναθήματα ἴδια καὶ δημόσια καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ σκῦλα Μηδικά—ἔτι δὲ τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν χρήματα, οἷς χρήσεσθαι αὐτοὺς καὶ ἢν πάνυ ἐξείργωνται πάντων καὶ αὐτῆς τῆς θεοῦ περικειμένοις ἱεροῖς. Thucid. l. 2.

ἐῶ· τὰ δὲ κοινὰ τᾶς Ἑλλάδος, [4.] τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας. [5.] μέλλοντος τῶ βαρβάρω τὰν Ἑλλάδα λαβὲν, καὶ τᾶς σωτηρίας ἐν χρήμασιν ἐούσας, οὐ δίκαιον λαβεῖν, καὶ χρῆσθαι ἐς τὸν πόλεμον; φονεύειν δὲ τὼς φιλτάτως δίκαιον· ἐπεὶ καὶ [6.] Ὀρέστας καὶ Ἀλκμαίων, καὶ ὁ θεὸς ἔχρησε δίκαια αὐτὼς ποιῆσαι. ἐπὶ δὲ τὰς τέχνας τρέψομαι, καὶ ταῦτα ποιητῶν.

prætermitto; ſed totius Græciæ ſacra publica, è Delphis & Olympiâ, cùm periculum ſit nè barbari Græciam ſubjugarent, & ſpes ſalutis in ſola pecunia ponatur, annon juſtum eſt deſumere & in belli uſus allocare? Juſtum etiam chariſſimos necare cùm id fecerint Oreſtes & Alcmæon, & juſtè feciſſe in oraculo pronunciavit Deus. Ad artes me converto & poëtarum imprimis:

[4] τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας.] Nam templum inter Delphis non ad hanc aut illam urbem aut populum ſpectabat, uti ferè cætera quæ nemo præter cives ipſos ornabat, ſed à tota Græcia colebatur. Hoc conſulturi adibant, huc victoriâ potitâ mittebant ſpolia. In hoc Græci poſt confectum bellum Perſicum ἀκροθίνια dedicârunt, καὶ ἐπηρώτων τὸν θεὸν κοινῇ εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροθίνια. Herod l. 9. Ità ut ſive ex Græcis ipſis vel exterorum munificentia immenſa divitiarum moles congeſta eſt: ſed & apud Delphos Ludi Pythii: uti quoque in Olympia Olympici; In quibus τὸ θύειν καὶ ἀγωνίζεσθαι jus Græci omnes habebant; & ſi quod bellum intercederet, ceſſabat ſtatim uſque dum feſtum celebratur, & hinc vocabantur Ὀλυμπιακαὶ σπονδαὶ, quas qui violabant, mulctâ puniebantur prout νόμος Ὀλυμπιακὸς poſtulabat: & uſque dum ſolverent, τοῦ ἱεροῦ, θυσίας καὶ ἀγώνων εἴργοντο, uti olim Lacedæmonii apud Thucydid. l. 5. Hujuſce quoque loci vaſtas fuiſſe opes oſtendit Pauſanias, qui Olympici templi θησαυροὺς numerat, id eſt cellas in quibus ſervantur ἀναθήματα· & indè patet tam quæ in Delphis quàm quæ in Olympia reponebantur, κοινὰ fuiſſe, quòd Pericles cùm ad bellum Peloponneſiacum Athenienſes incitaret, & inopiam Lacedæmoniorum oſtenderat, εἴτε, inquit, καὶ κινήσαντες τῶν Ὀλυμπίασιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων, *nec verò auferentes pecunias aut è Delphis aut Olympiâ quicquam contra nos valerent*--- Thucyd. l. 2.

[5.] μέλλοντος.] Græcos cùm Perſæ invaderent, quid aut è Templo Delphico aut Olympico abſtuliſſe nullibi conſtat, etſi ità tradere videtur hic Author. Herodotus planè contrarium innuit de Delphis, narrans quanto timore percellerentur cùm Xerxes milites mitteret ad diripiendum templum & præſertim ea quæ conſecravit Chrœſus longè opulentiſſima; qualíque θαύματι Deus ipſe ſua defendit ſacrilegóſque abegit. Herod l 8. Iſta Chrœſi ἀναθήματα uſque ad bellum ſacrum illæſa permanſiſſe refert Diod. Sic.

[6.] Ὀρέστης.] Vide tragœdiam Euripidis eo nomine inſignitam, ubi more ſuo deos Ethnicos aſpergit: Ità enim Oreſtes & Menelaus colloquuntur. Oreſt. ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν ἀναφορὰ τῆς ξυμφορᾶς-- Men. Μὴ θάνατον εἴπῃς· τοῦτο μὲν γὰρ οὐ σοφόν· Oreſt. Φοῖβος κελεύσας μητρὸς ἐκπρᾶξαι φόνον. Men. ἀμαθέστερός γ' ὢν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς δίκης; Oreſt. Δουλεύομεν θεοῖς ὅ τι ποτ' εἰσὶ θεοί.

ἐν γὰρ [7.] τραγῳδοποιΐα καὶ ζωγραφίᾳ ὅστις πλεῖστα ἐξαπατῇ ὅμοια τοῖς ἀλαθινοῖς ποιέων, οὗτος ἄριστος. θέλω δὲ καὶ ποιήματα τῶν παλαιοτέρων μαρτύριον ἐπαγαγέσθαι. [8.] Κλεοβουλίνης,

Etenim in conficiendis tragœdiis & pingendi diſciplinâ qui plurimum fallit, veris maximè ſimilia confingens, is optimus. Veterum autem poëmata in teſtimonium afferam. Cleobulinis,

Ἄνδρ' εἶδον κλέπτοντα, καὶ ἐξαπατῶντα βίᾳ· ὡς
Καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι τοῦτο δικαιότατον·

Cognovi quendam fallentem & vi ſpoliantem:
Quâ vi non olim res magìs æqua fuit.

ἦν πάλαι ταῦτα. [9.] Αἰσχύλου δὲ ταῦτα,
hæc olim erant: Æſchyli verò iſta,

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.
Bonos nec ipſe Jupiter ſpernit dolos.

Ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅποι τιμῇ θεός.
Eſt tempus quando mendacem laudat Deus.

Σαρδαναπάλου γονὴν τιθηνεῖ τὰ τέκνα, τὴν τῶν ἀρρένων φύσιν θρύπτουσα ταῖς ἡδοναῖς. τὶ γὰρ ἂν ποιήσειέ τις παιδίον, ὃ, ἂν μὴ τάχιον φάγῃ, κλάει· κἂν ἐσθίῃ, τὰ τερπνὰ τῶν ὄψων ζητεῖ. κἂν καῦμα, παρεῖται. κἂν ψῦχος, πωματίζεται. κἂν ἐπιτιμᾷ τις, ἀντιμάχεται· κἂν μὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπηρετῇ, λυπεῖται. κἂν μὴ μασᾶται, δυσκολαίνει· καὶ κακοσχολεῖ πρὸς ἡδονὴν καὶ βαταλίζεται περιαγόμενον. ἐπιμελῶς δ', ὦ φίλη, εἰδυῖα ὅτι τὰ σπαταλῶντα τῶν παιδίων, ὅταν ἀκμάσῃ πρὸς ἄνδρας, ἀνδράποδα γίνεται, τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ἀφαίρει. καὶ τὴν τροφὴν αὐστηρὰν, μὴ τρυφερὰν ἔστω, ποιοῦσα, καὶ ἐῶσα καὶ λιμὸν καὶ δίψος ἐνεγκεῖν, ἔτι καὶ ψῦχος καὶ θάλπος καὶ αἰδῶ τὴν ἀπὸ τῶν συνηλίκων ἢ τῶν ἐπιστατῶν. οὕτω γὰρ καὶ γενναῖα συμβαίνει τὰ κατὰ ψυχὴν ἀνατεινόμενα ἢ ἐπιτεινόμενα. οἱ γὰρ πόνοι, φίλη, προϋποστυφαί τινες τοῖς παισὶν εἰσὶ τελειωθησομένης ἀρετῆς· αἷς ἐμβαφέντες ἀποχρώντως, τὴν τῆς ἀρετῆς βαφὴν εὐκινητότερον φέρουσι. βλέπε οὖν, φίλη, μὴ καθάπερ τῶν ἀμπέλων αἱ κακοτροφούμεναι, τὸν καρπὸν ἐλλείπουσι, καὶ ὑπὸ τῆς τρυφῆς οἱ παῖδες ὕβρεως καὶ πολλῆς ἀχρειότητος κακίαν γεννήσωσι.

Sardanapali posteritatem liberos nutris, & masculorum vigorem voluptatibus frangis. Quid enim faciendum sit illi puero, qui si non confestim ut libitum est edat, in fletum ac gemitum erumpit, & si comedat, suaves tantum & blandientes cibos quærit: si sit æstus, tabe corripitur; si frigus, contremiscit: si quis objurget, repugnat: si quis non ad voluptatem omnia ministret, indignatur: si non mundet, in iram concitatur: voluptati turpiter indulget, & undequaque molliter ac effeminatè se gerit. Sed ô amica, scias qui in inertia tam dissoluti vivunt eos cùm ad virilem ætatem perventum est, mancipia fieri solere: dáque operam, ut ejusmodi voluptates de medio removeas, atque ità duram acerbámque non teneram & delicatam educandi viam institue, & concede ut famem sitímque ferant, præterea calorem algorémque, & erga æquales aut præfectos verecundiam præstent. Sic enim ingenuitatem quandam in animi seu remissione seu contractione assequentur. Labores enim amica, sunt quasi præparationes quædam pueris ad virtutis perfectionem, quibus intincti quantum satìs est virtutis tincturam faciliùs deinde ferunt. Quamobrem amica, diligentiam adhibe, nè quemadmodum vites, quæ malè aluntur, fructu destituuntur, sic etiam liberi, præ luxu, injuriæ, & vanitatis plurimæ vitiositatem pariant.

Πρὸς τὴν ζηλοτυποῦσαν παραμυθητική.

Ad laborantem Zelotypiâ conſolatoria.

ΘΕΑΝΩ῍ ΝΙΚΟΣΤΡΑ΄ΤΗ χαίρειν.

THEANO NICOSTRATÆ ſalutem dicit.

ΗΚΟΥΟΝ τὴν τοῦ ἀνδρός σου παράνοιαν, ὅτι τὴν ἑταίραν ἔχει· σὺ δὲ, ὅτι ζηλοτυπεῖς αὐτόν. ἐγὼ δὲ, ὦ φίλη, πολλοὺς ἔγνωκα τῆς αὐτῆς νόσου. θηρεύονται γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ τῶν γυναικῶν τούτων, καὶ κατέχονται, καὶ οὐκ ἔχουσι νοῦν. σὺ δὲ ἄθυμος εἶ καὶ νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ἀδημονεῖς καὶ μηχανᾷ τι κατ' αὐτοῦ. μὴ σύγε, ὦ φίλη. γαμετῆς γὰρ ἀρετή ἐστιν οὐχ ἡ παρατήρησις τἀνδρὸς, ἀλλ' ἡ συμπεριφορά. συμπεριφορὰ δέ ἐστι τὸ φέρειν ἄγνοιαν. εἶθ' ἑταίρᾳ μὲν πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖ, γαμετῇ δὲ πρὸς τὸ συμφέρον. συμφέρον δὲ, κακοῖς κακὰ μὴ μίσγειν, μηδὲ παρανοίᾳ παράνοιαν ἐπάγειν. ἔνια δὲ ἁμαρτήματα, φίλη, ἐλεγχόμενα μὲν, ἐπὶ πλέον ἐρεθίζεται, σιωπώμενα δὲ, παύεται μᾶλλον· ὡς τὸ πῦρ ἡσυχίᾳ φασὶ σβέννυσθαι. ἐὰν

ACcepi ex hominum ſermonibus de mariti tui perverſitate & amentia, eum cum ſcorto rem habere, téque id indignè ac moleſtiſſimè ferre. Ego verò, amica, multos novi eodem morbi genere ægrotos. Capiuntur enim, ut apparet, ab his mulieribus, atque tenentur, neque quicquam animi poſſident. At tu dolore cruciaris noctes ac dies, & mœſtitiâ conficeris, ſempérque aliquid contra ipſum machinaris: cave tu id faxis, uxoris enim virtus non obſervatio & cuſtodia viri, ſed obedientia. Obedientiæ verò eſt, inſaniam perferre & pati, nam cum ſcorto voluptatis causâ conſuetudinem habet, cum uxore utilitatis. Utile eſt autem malis mala non miſcere, neque amentiam amentiâ cumulare. Quædam verò peccata ſunt, quæ carpta magìs magíſq; irritantur, involuta ſilentio ſedántur & comprimũtur: quemadmodũ ignẽ ſenſim ac paulatim aiunt extingui. Si

γὰρ

γὰρ βουλόμενόν σε λεληθέναι δοκεῖν, ἐλέγχουσα, ἀφαιρήσῃς τὸ περικάλυμμα τοῦ πάθους, καὶ φανερῶς ἁμαρτήσεται. σὺ δὲ τὴν φιλίαν ἡγῇ τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἐν τῇ καλοκαγαθίᾳ. τοῦτο γὰρ ἡ χάρις τῆς κοινωνίας. νόμιζε οὖν πρὸς μὲν τὴν ἑταίραν ῥαθυμήσοντα πορεύεσθαι ἐκεῖνον, σοὶ δὲ συμβιώσοντα παρεῖναι· καί σε μὲν φιλεῖν κατὰ γνώμην, ἐκείνην δὲ τῷ πάθει. βραχὺς δὲ ὁ τούτου καιρός. ἅμα γάρ ποτε ἔχει καὶ κόρον, καὶ παρίσταται ταχὺ καὶ παύεται. ὀλιγοχρόνιος γὰρ ὁ καιρός ἐστι πρὸς ἑταίραν ἀνδρὶ μὴ σφόδρα κακῷ. τὶ γάρ ἐστι ματαιότερον ἐπιθυμίας ἀπολαυούσης ἀδίκου; διὸ καὶ μειῶν τὸν βίον καὶ διαβάλλων τὸ ἄχρημον αἰσθήσεταί ποτε. οὐδεὶς γὰρ ἐπιμένει φρονῶν αὐθαιρέτῳ βλάβῃ. καλούμενος οὖν ὑπὸ τῶν πρὸς σε δικαίων, καὶ τὰς περὶ τὸν βίον ἐλαττώσεις ὁρῶν, αἰσθήσεται ποτέ σου, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς καταγνώσεως ὕβριν οὐ φέρων, ταχὺ μεταγνώσεται. σὺ δέ, φίλη, ζῆθι οὐχ ἑταίραις ἀποκρινομένη, τῇ μὲν εὐταξίᾳ πρὸς τὸν ἄνδρα διαφέρουσα, τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ πρὸς τὸν οἶκον, τῇ δὲ συναλλαγῇ περὶ τὰς χρωμένας, τῇ δὲ φιλοστοργίᾳ περὶ τὰ τέκνα. οὐ ζηλοτυπητέον οὖν σοι πρὸς ἐκείνην· πρὸς γὰρ τὰς ἐναρέτους ἐκτείνειν τὸν ζῆλον, καλόν. ἑαυτὴν δὲ παρεκτέον ἐπιτηδείαν ταῖς διαλλαγαῖς. τὰ γὰρ καλὰ

enim te clam habere vult, & tu carpendo velum crimini detraxeris, palam etiam delinquet, tu verò nè ponas amicitiam mariti in probitate, in hoc enim sita est societatis gratia. Sic igitur persuasum habeas ad scortum quidem libidinis causa eum accedere, tibi ut unà vivat adesse atque te ex animo charam habere, illam tantummodo per libidinem: hæc autem exigui temporis est. Etenim aliquando satiatur, & quemadmodum commovetur subitò, sic statim desinit. Breve namque tempus cum scorto consumit vir non planè malus ac flagitiosus. Quid enim vanius est eà cupiditate quæ fruitur suo damno? proinde sentiet aliquando, se vitæ commoda diminuere, & famam projicere. Nemo enim sapiens in spontaneo damno permanet: revocatus igitur per jus conjugii quod ei tecum intercedit, & cùm vitæ detrimentum animadvertit, cognoscet aliquando te, & cùm sceleris injuriam pati non potuerit, confestim animum mutabit. Verùm tu amica vitam age nequaquam meretriciæ respondentem, sed modestiâ & probitate erga virum, curâ erga familiam, commercio erga familiares, amore erga liberos, insignem & excellentem. Non debes tu Zelotypiâ contra illam commoveri. Nam ad pudicas & honestas æmulationem dirigere pulchrum est: sed teipsam reconciliationi semper idoneam & aptam præbere. Nam honesti

ἤδη

ἤθη καὶ παρ' ἐχθροῖς εὔνοιαν φέρει, φίλη· καὶ μόνης καλοκαγαθίας ἔργον ἐστὶν ἡ τιμή. ταύτῃ γὰρ καὶ δυνατὸν ἀνδρὸς ἐξουσίαν καθάπερ ἔχειν γυναικὶ, καὶ τιμᾶσθαι πλέον ἢ θεραπεύειν τὸν ἐχθρόν. καταρώμενος οὖν ὑπὸ σοῦ, μᾶλλον αἰσχύνεται· τάχιον δὲ διαλλαγῆναι θελήσει· προσπαθέστερον δὲ φιλοστοργήσει, συνεγνωκὼς τὴν ἀδικίαν τὴν εἰς σὲ, κατανοῶν τε τὴν προσοχὴν ἐπὶ τοῦ βίου, καὶ πεῖραν τῆς στοργῆς λαμβάνων τῆς πρὸς αὐτόν. ὥσπερ δὲ αἱ κακοπάθειαι τοῦ σώματος ἡδείας τὰς ἀναπαύσεις ποιοῦσιν, οὕτως αἱ διαφοραὶ τῶν φίλων οἰκειοτέρας τὰς διαλλαγὰς φέρουσι. σὺ δὲ καὶ τὰ βουλεύματα τοῦ πάθους ἀντίθες. νοσοῦντος γὰρ ἐκείνου, καὶ σὲ παρακαλεῖ νοσεῖν ταῖς λύπαις· καὶ ἁμαρτάνοντος περὶ τὸ εὔσχημον, καὶ σὲ περὶ τὸν κόσμον ἁμαρτάνειν· καὶ καταβλάπτοντος τὸν βίον, καὶ σὲ καταβλάπτει τὸ συμφέρον. ἀφ' ὧν ἐπ' αὐτὸν συντετάχθαι δόξεις, καὶ κολαζομένη ἐκεῖνον καὶ σεαυτὴν κολάζειν. εἰ γὰρ καὶ ἀφεμένη πορεύσῃ, ἑτέρου ἄρα πειραθήσῃ ἀνδρὸς τοῦ προτέρου ἀπαλλαγεῖσα· κἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ τὰ ὅμοια, πάλιν ἄλλου, οὐ φορητὴ γὰρ νέαις χηρεία. ἢ μόνη μενεῖς ἀπ' ἀνδρὸς οἷόνπερ ἄζυξ. ἀλλὰ ἀμελήσεις τοῦ οἴκου, καὶ καταφθερεῖς τὸν ἄνδρα; ἐπωδυνίου ἄρα βίου συνδιαιρέτη

mores & animi, etiam inimicorum sibi benevolentiam conciliant, amica. Et à sola probitate atque integritate honor proficiscitur. Hâc enim ratione viri quasi copiam habere uxor potest, & in pretio potiùs esse quàm inimicum observare. Sic objurgatus à te, magìs pudore suffunditur, & citiùs redire in gratiam volet. Vehementiùs etiam amabit cùm suam in te injuriam cognoverit & vitæ sanctimoniam præstantiámque animo reputârit, periculúmque tui in se amoris fecerit. Quemadmodum autem afflictionum corporis, jucundus quidam est finis & exitus, sic amicorum controversiæ, in placidiorem gratiorémque reconciliationem desinunt. Tu verò etiam consilia damni inter se contende. Etenim si ægrotet ille, te quoque facit ægrotare mœrore, & si peccaverit in famam, te quoque famæ jacturam facere, & si lædat vitæ commoda, te quoque utilitatem lædere dum cum ipso conjuncta esse videberis, & puniens ipsum te quoque punire. Et etiamsi illum reliqueris, & à priore marito sejuncta ad alterum te applicabis; & si similiter ille deliquerit, rursus ad alium: Non est adolescentibus fœminis tolerabilis viduitas: aut sola perseverabis absque marito quasi cœlebs? at negliges domum & virum perdes? miseræ & acerbæ vitæ simul damnum feres. Sed ulcisceris

τὴν βλάβην. ἀλλ' ἀμυνῇ
τὴν

τὴν ἑταίραν; περιστήσεταί σε φυλαττομένη. κἂν ἀμύνῃ, μάχιμός ἐστιν οὐκ ἐρυθριῶσα γυνή. ἀλλὰ καλὸν ὁσημέραι μάχεσθαι πρὸς τὸν ἄνδρα. καὶ τί πλέον; αἱ γὰρ μάχαι καὶ λοιδορίαι τὴν μὲν ἀκολασίαν οὐ παύουσι, τὴν δὲ διαφορὰν ταῖς προσκοπαῖς αὔξουσι. τί δέ; βουλεύσῃ τι κατ' ἐκείνου; μὴ φίλη. ζηλοτυπίας κρατεῖν ἡ τραγῳδία ἐδίδαξε, δραμάτων ἔχουσα σύνταξιν ἐν οἷς παρηνόμησε Μήδεια. ἀλλ' ὥσπερ τῆς νόσου τῶν ὀφθαλμῶν ἀπέχειν δεῖ τὰς χεῖρας, οὕτω καὶ σὺ τοῦ πάθους χώριζε τὴν προσποίησιν. διακαρτεροῦσα γὰρ, θᾶττον τὸ πάθος σβέσεις.

ſcortum? obſervabit te nimirum & ſic ubi voles ulciſci, pugnax hercle mulier eſt quæ pudore vacat. At pulchrum eſt, quotidianas cum marito diſceptationes habere? & quid magis? diſceptationes enim & jurgia non finem imponunt intemperantiæ, ſed inimicitiis incrementum addunt. At aliquod contra ipſum conſilium inibis? nè faxis amica. Zelotypiam vincere Tragœdia docet compoſitionem Dramatum continens, in quibus Medea ſcelus patravit. Sed quemadmodum ab oculorum ægrotatione cohibendæ ſunt manus, ità tu quoque da operam, ut à dolore ſimulationem abſtineas. Etenim patientia & perſeverantia, citius damnum extingues.

Περὶ θεραπαινῶν προστασίας ὑποθετική.

ΘΕΑΝΩ͂ ΚΑΛΛΙ´ΣΤΟΙ.

THEANO CALLISTI

de famularum rectione adhortatoria.

ΤΑΙ͂Σ νεωτέραις ὑμῖν ἡ μὲν ἐξουσία παρὰ τοῦ νόμου δέδοται τῶν οἰκετῶν ἄρχειν ἅμα τοῦ γήμασθαι. ἡ δὲ διδασκαλία παρὰ τῶν πρεσβυτέρων

VObis quidem junioribus à lege datur poteſtas imperandi famulis ſimul & nubendi. Diſciplina verò à ſenioribus

ἀπαν-

ἀπαντᾶν ὀφείλει περὶ τῆς οἰκονομίας ἀεὶ παραινούντων. καλῶς γὰρ ἔχει πρότερον μανθάνειν ἃ μὴ γινώσκεται, καὶ τὴν συμβουλὴν οἰκειοτάτην τῶν πρεσβυτέρων ἡγεῖσθαι. ἐν τούτοις γὰρ παρθενοτροφεῖσθαι δεῖ νέαν ψυχήν. ἀρχὴ δέ ἐστιν οἴκου πρώτη γυναιξὶν, ἀρχὴ θεραπαινῶν. ἔστι δὲ, ὦ φίλη, μέγιστον ἐπὶ δουλείᾳ εὔνοια. αὕτη γὰρ οὐ συναγοράζεται τοῖς σώμασιν ἡ κτῆσις, ἀλλ' ἐξ ὑστέρου γεννῶσιν αὐτὴν οἱ συνετοὶ δεσπόται. δικαία δὲ χρῆσις αἰτία τούτου, ἵνα μήτε διὰ τὸν κόπον κάμνωσι, μήτε ἀδυνατῶσι διὰ τὴν ἔνδειαν. εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι τῇ φύσει. ἔνιαι δὲ κέρδος τὸ ἀκερδέστατον ἡγοῦνται, τὴν τῶν θεραπαινῶν κακουχίαν· βαρύνουσαι μὲν τοῖς ἔργοις, ὑποστελλόμεναι δὲ τῶν ἐπιτηδείων. εἶτα ὀβολιμαῖα κέρδη περιποιούμεναι, μεγάλοις ζημιοῦνται τιμήμασι, δυσνοίαις καὶ ἐπιβουλαῖς κακίσταις. σοὶ δὲ πρόχειρον ἔστω τὸ μέτρημα τῶν σιτίων πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῆς ἐριουργίας τοῖς ἐφ' ἡμέραν πόνοις. καὶ πρὸς μὲν τὴν δίαιταν, οὕτως. πρὸς δὲ τὰς ἀταξίας, τὸ σοὶ πρέπον, οὐ τὸ ἐκείναις συμφέρον ἐξυπηρετητέον. τιμᾶν μὲν γὰρ δεῖ θεραπαίνας τὸ κατ' ἀξίαν. τὸ μὲν γὰρ ὠμὸν οὐκ οἴσει τῷ θυμῷ χάριν, τὸ δὲ μισοπόνηρον οὐχ ἧττον ὁ λογισμὸς βεβαιοῖ. ἐὰν δὲ ἡ ὑπερβολὴ τῆς κακίας τῶν θεραπαινῶν ἀνίκητος ᾖ, ἐξο-

proficisci debet, qui de rectè gubernanda familia semper præcepta dent & adhortentur. Bonum est enim priùs discere, quorum sis rudis & ignara, atque seniorum consilium prudentissimum optimúmque judicare, in his enim institui adolescentem virginis animum oportet. Primùm autem in domo mulieribus imperium est, imperium famularum. At plurimùm ad serviendum potest benevolentia. Hâc enim possessio non unà cum corporibus emitur, sed eam postea pariunt atque comparant prudentes domini: hæc acquiritur justo usu, ut neque ob laborem defatigentur, neque ob imbecillitatem deficiant. Etenim humana sunt natura preditæ. Nonnullæ verò in lucro quæstuosissimo putant, famularum infirmitatem, eásque premunt oneribus, & necessariis ad vitam rebus privant. Sic dum obuli lucrum faciunt, maximis mulctis afficiuntur, odiis atque insidiis perniciosissimis. Tu verò in promptu habeas mensuram ciborum ad numerum lanitii quam laboribus quotidianis tribuas. Et quod ad victum pertinet hoc modo. Quod ad inobedientiam quantum te deceat, non quantum illis utile sit, est efficiendum. Etenim objurgare famulas oportet pro dignitate. Crudelitas enim non adferet animo voluptatem. Odium verò malitiæ nihilo minus ratio suppeditat. Quòd si sit incredibilis & immota famularum malitia,

ἐξοριστέον μετὰ πράσεως. τὸ γὰρ ἀλλότριον τῆς χρείας, ἀλλοτριούσθω καὶ τῆς κυρείας. ἔστω δέ σοι γνώμη τοῦδε πρόεδρος, καθ' ἣν γνώσῃ τὸ μὲν ἀληθὲς τῆς ἁμαρτίας, πρὸς τὸ τῆς καταγνώσεως δίκαιον· τὸ δὲ τῶν ἡμαρτημένων μέγεθος, πρὸς τὸ κατ' ἀξίαν τῆς κολάσεως. δεσποτικὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη, χάρις ἐφ' ἡμαρτημένης ζημίας ἀπαλλάττουσα. οὕτω δὲ τὸ πρέπον ἐπὶ τοῦ οἰκείου τρόπου διαφυλάξει. ἔνιαι γὰρ, ὦ φίλη, ὑπ' ὠμότητος καὶ μαστίζουσι τὰ τῶν θεραπαινῶν σώματα, θηριούμεναι διὰ ζῆλον ἢ θυμὸν, οἷον ὑπομνηματογραφούμεναι τὴν ὑπερβολὴν τῆς πικρίας· αἱ μὲν γὰρ ἀνηλώθησαν χρόνῳ διαπονούμεναι, αἱ δὲ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐποιήσαντο· τινὲς δὲ ἐπαύσαντο τοῦ ζῆν, αὐτόχειρι θανάτῳ μεταστᾶσαι. καὶ λοιπὸν ἡ τῆς δεσποίνης μόνωσις, ὀδυρομένης τὴν οἰκείαν ἀβουλίαν, ἔρημον μετάνοιαν ἔχει. ἀλλ', ὦ φίλη, ἴσθι μιμουμένη τὰ ὄργανα, ἃ φωνεῖ μᾶλλον ἀνειμένα, ἐκρήγνυται δὲ μᾶλλον ἐπιτεινόμενα. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν θεραπαινῶν ταὐτόν. ἡ μὲν ἄγαν ἄνεσις διαφωνίαν ἐμποιοῦσα τῆς πειθαρχίας, ἡ δὲ ἐπίτασις τῆς ἀνάγκης, διάλυσιν τῆς φύσεως. καὶ ἐπὶ τούτου δεῖ νοεῖν, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

exterminanda erit per venditionem. Nam quod alienum est usu, alienetur etiam possessione, in ea verò re consilium sequaris, quo peccati veritatem ad condemnationis æquitatem exigas, delictorum verò magnitudinem ad supplicii dignitatem. Dominarum autem etiam sententia beneficium, si meritam pœnam relinquat & condonet. Ad hunc modum in tuis rebus decorum conservabis. Quædam enim ô amica præ crudelitate verberibus corpora famularum afficiunt, vel æmulatione vel iracundia exasperatæ, quasi prodentes acerbitatis nimiam vehementiam. Quædam enim tempore sunt absumptæ, aliæ sibi fuga salutem quæsiverunt, nonnullæ verò è vita discesserunt, manúque sibimet ipsis mortem attulerunt. Ità in posterum Dominæ solitudo lugentis domesticam imprudentiam ac temeritatem, ad desertam quandam atque desperatam pœnitudinem recidit. Sed ô amica, fac ut imiteris organa quæ remissa nimium sonum reddunt, intenta verò vehementiùs disrumpuntur. Nam eodem omnino modo res cum ancillis habet. Nimia remissio dissonantiam efficit obediendi, intentio verò necessitatis, dissolutionem naturæ, & in eo cogitandum est, *μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον*· modus in omnibus rebus est optimus.

ΜΕΛΙ'ΣΣΗΣ 'ΕΠΙΣΤΛΟΗ'.

ΜΕΛΙ'ΣΣΑ ΚΛΑΡΕ'ΤΑ

χαίρειν.

MELISSA CLARETÆ

salutem.

ΑΥΤΟΜΑ'ΤΩΣ ἐμοὶ φαίνῃ πλέονα τῶν καλῶν ἔχειν. τὸ γὰρ ἐσπουδασμένως ἐθέλειν τὶ ἀκοῦσαι περὶ γυναικὸς εὐκοσμίας, καλὰν ἐλπίδα δίδωτι ὅτι μέλλεις πολιεῖσθαι κατ' ἀρετάν. χρὴ ὦν τὰν σώφρονα καὶ ἐλευθέραν τῷ κατὰ νόμον ἀνδρὶ ποτῆμεν, ἁσυχίᾳ κεκαλλωπισμέναν, ἀλλὰ μὴ πολυτελῶς. ἦμεν δὲ τᾷ ἐσθᾶτι λευκοείμονα καὶ καθάρειον καὶ ἀφελῆ, ἀλλὰ μὴ πολυτελῆ καὶ περισσάν. παραιτητέον γὰρ αὐτὰν τὰν διαυγῆ καὶ διαπόρφυρον, καὶ τὰ χρυσόπαστα τῶν ἐνδυμάτων. ταῖς ἑταίραις γὰρ τάδε χρήσιμα ποττὰν τῶν πλειόνων θήραν· τᾶς δὲ ποθ' ἕνα τὸν ἴδιον εὐαρεστούσας γυναικὸς κόσμος ὁ τρόπος πέλει, καὶ οὐχ αἱ στολαί. εὔμορφον γὰρ τὰν ἐλευθέραν ἁδέως τῷ αὐτᾶς ἀνδρὶ, ἀλλ' οὐ τοῖς πλησίον. ἔχοις δ' ἂν ἐπὶ τᾶς ὄψιος ἐρύθημα μὲν σαμεῖον αἰδοῦς, ἀντὶ φύκεος· καλοκἀγαθίαν δὲ καὶ

Tua sponte videris mihi virtutis copia abundare. Nam quòd summoperè cupis aliquid de muliebri decoro audire, id verò bonam spem præbet, te velle cum virtute senescere. Oportet igitur modestam & liberam, viro legitimo modestè ornatam esse, non magnificè, & vestitum quidem candidum, mundum ac tenuem, non autem splendidum ac superfluum gestare. Nam rejiciendæ sunt illæ pellucidæ totæ & purpureæ, & auro intertextæ vestes, quoniam hæ lupas & scorta decent, ut quam plurimos pelliciant atque capiant. Ejus verò mulieris, quæ uni marito placere debet ornatus in moribus ac industria positus est, non in stolis. Decorum est enim & pulchrum liberam uni marito placere, non quibusvis obviis. In vultu autem pudorem ruborémque possis signum verecundiæ loco fuci adhibere. Probitatem verò, modestiam,

κοσμιότητα καὶ σωφροσύναν, ἀντὶ χρυσῶ καὶ σμαράγδω. οὐ γὰρ ἐς τὰν τᾶς ἐσθᾶτος πολυτέλειαν φιλοκαλεῖν δεῖ τὰν γλιχομέναν τᾶς σωφροσύνας, ἀλλ' εἰς τὰν οἰκονομίαν τῶ οἴκω· ἀρέσκειν δὲ τῷ αὐτᾶς ἀνδρὶ ἐπιτελέας ποιεῦσαν τὰς ἐκείνω θελήσιας· αἱ γὰρ τῶ ἀνδρὸς θελήσεις νόμος ὀφείλει ἄγραφος εἶναι κοσμίᾳ γυναικὶ, ποθ' ὃν χρὴ βιῶν αὐτάν. νομίζεν δὲ προῖκα ποτενηνέχθαι ἅμα αὐτᾷ καλλίσταν καὶ μεγίσταν, τὰν εὐταξίαν. πιςεύεν γὰρ χρὴ τῷ τᾶς ψυχᾶς κάλλει τε καὶ πλούτῳ μᾶλλον ἢ τῷ τᾶς ὄψιος καὶ τῶν χρημάτων. τὰ μὲν γὰρ φθόνος καὶ νόσος παραιρέεται, τὰ δὲ μέχρι θανάτω παρέντι ἐντεταγμένα.

& ingenuitatem; pro auro & ſmaragdo. non enim in veſtium magnificentia pulchritudinis amantem eſſe oportet, quæ ſtudet modeſtiæ: ſed in domûs reíque familiaris adminiſtratione, & mariti favorem ejus voluntati morem gerendo, conciliare. Voluntas enim mariti, pro lege non ſcripta debet eſſe honeſtæ mulieri, ad quam ei vita eſt exhibenda, putandúmque ſe dotem aliquando ſecum pulcherrimam & ampliſſimam attuliſſe obedientiam & integritatem. Magìs enim animi pulchritudini atque opibus, quàm formæ pecuniarúmque credendum eſt, hæc enim invidiâ morbóque eripiuntur. Illa verò uſque ad ſupremum diem inſita permanent ac præſtò ſunt.

ΜΥΙΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΜΥΙΑ ΦΥΛΛΙΔΙ

χαίρειν.

MYIA PHILLIDI

ſalutem.

ΓΕΝΟΜΕΝΑΙ τοὶ ματρὶ παίδων τάδε παραινέω· τιθόαν μὲν ἐκλέξασθαι τὰν ἐπιτηδειοτάταν καὶ καθάρειον,

Cum mater liberorum facta ſis, hæc te moneo, ut nutricem deligas aptiſſimam atque mundam,

ἔτι δὲ καὶ αἰδήμονα, καὶ μὴ ὕπνῳ προσοικειωμέναν, μηδὲ μὰν μέθαις. ἁ τοιάδε γὰρ ἂν κεῖνοιτο κράτιστα ποττὸ ἐκτρέφεν ἐλευθέρως παῖδας, ἐάν γε δὴ γάλα τρόφιμον ἔχῃ, καὶ μὴ ταῖς πρὸς ἄνδρα κοίταις εὐνίκατος πέλῃ. μεγάλα γὰρ μέρος ἐν τῷδε καὶ πρώτα καὶ προκαταρκτικωτέρα ἐς ὅλαν τὰν βιοτὰν πέλει ἐν τᾷ τρεφοίσᾳ, ποττῷ καλῶς τραφῆμεν. ποιήσει γὰρ πάντα καλῶς ἐν τῷ ποτεοικότι καιρῷ. τὰν τιτθὸν τε καὶ μαζὸν καὶ τροφὰν δώσει, μὴ κατ᾽ ὃ ἐπενθῶν, ἀλλὰ μετά τινος προνοίας. οὕτω γὰρ ἐς ὑγίειαν ἄξει τὸ βρέφος. μὴ ὅτε αὐτὰ θέλει καθεύδεν, νικῆται, ἀλλ᾽ ὁπόταν τὸ νεογνὸν ἀναπαύσιος ἔρον ἔχει. οὐ μικρὸν γὰρ ἄκος τῷ παιδὶ προσοίσει. μήτε δὲ μήτ᾽ ὀργίλα τιθηνά, μήτε πέγγλωσσος μήτε ἐν ταῖς τῶν σιτίων λήψεσιν ἀδιάφορος, ἀλλὰ τεταγμένα καὶ σώφρων. δυνατὴ δὲ ὄντων, μὴ βάρβαρος, ἀλλὰ Ἑλληνίς. ἄριστον ἐὰν καὶ τοῦ γάλακτος χρηστῶς πιμπλάμενον τὸ νεογνὸν, οὕτως ἐς ὕπνον τρέπηται. ἀδεῖα γὰρ νέοις ἄνεσις καὶ εὐκατέργαστος ἁ τοιάδε σίτασις. αἰ δέ κα χ᾽ ἀτέραν δόμεν χρῆ, ἁπλουστάταν. οἴνω δὲ τοπαράπαν ἀπέχεσθαι, τῷ δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχειν, ἢ κατ᾽ ὃ σπάνιον μεταδιδόμεν τᾷ κράσει δείελον γαλακτῶδες. τὰ δὲ λουτρὰ μὴ ποιεῖν συνεχῆ. ἁ γὰρ τῶν σπανίων καὶ εὐκράτων χρῆσις, ἀμείνων. καθαυτὰ δὲ καὶ ἀὴρ ἐπιτάδειος

præterea verecundam & somno non deditam, neque temulentiæ, talis enim optima ac præstantissima judicatur, ad pueros ingenuè & liberaliter educandos, si lac ad alendum idoneum habeat, & ut cum viro concumbat impelli nullo modo possit; magna enim pars in hoc & prima & evidentissima ad totam vitam posita est in nutrice, præter rectam nutritionem. Faciet enim omnia suo & opportuno tempore, ut pupillam mammámque & nutrimentum non temere cùm in mentem venit, præbeat: sed cum cura & prudentia. Sic enim valetudinem infantis confirmabit, ut non illi collibitum est somnum capiat, sed cùm infantem quiescendi desiderium incessit. Non enim exiguam puero sanitatem adferet. Neque verò iracunda sit nutrix, neque balba, neque in sumendo cibo nullam rationem aut discrimen adhibens, sed composita & moderata. Item ex potentibus non Barbara sed Græca. Optimum verò, si probè lacte impletus infans, ad somnum convertatur. Jucunda est enim junioribus remissio, & ejusmodi cibi facilis concoctio. Quòd si alius etiam dandus est, is sit simplicissimus. Vino autem prorsus abstinendum est, quoniam fortiorem vim habet, aut quòd rarò admittat temperaturam crepusculum lacteum Balnea verò non sunt continuanda, nam rarorum, eorúmq; bene paratorum usus, melior est. In ipsis verò sit aer idoneus

θάλπους καὶ ῥίγους ἔχων τὴν συμμετρίαν. καὶ οἴκησις δὲ μήτε ἄγαν περιπνεομένα μήτε ἄγαν κατάστεγνος. οὐ μὰν ἀλλὰ καὶ ὕδωρ μήτε ἀπόσκληρον μήτε εὐπαράγωγον. καὶ στρωμνὰ δὲ οὐ τραχεῖα, ἀλλὰ περιστέλλουσα τῷ χρωτὶ εὐαρμόστως. ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις τὸ οἰκεῖον ἁ φύσις ἐπιποθεῖ, ἀλλ' οὐ τὸ πολυτελές. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἀχρεῖον ὑπογράψαι τοι τὰς ἐλπίδος ἐκτροφὰς ἢ κατὰ τὸν ὑφαγεόμενον γινομένας, θεῷ δὲ συλλαμβάνοντος ὑπὲρ τᾶς ἀγωγᾶς τῶ παιδὸς αὖθις, τὰς ἐνδεχομένας καί ποτε οἰκείας κομιοῦμες ὑπομνάσεις.

ex frigoris & caloris justa proportione constans; & habitatio, neque nimium flatibus obvia, neque nimium tecta. Sed & aqua neque dura neque mollis. Et strata non aspera, sed quæ concinnè sint ad corpus apta. In omnibus enim his suam quandam vim natura requirit, non magnificentiam. Hæc igitur in præsentia non ab re fuit tibi præscribere spei nutritiones, quippe ad præeuntis arbitrium accommodatas: Deo verò juvante de pueri educatione, quas poterimus etiam aliquando proprias adferemus admonitiones.

ΤΕ'ΛΟΣ.

FINIS.

ἩΛΙΟΔΏΡΟΥ
ΛΑΡΙΣΣΑΊΟΥ
ΚΑΙΦΆΛΑΙΑ ΤΩ͂Ν ὈΠΤΙΚΩ͂Ν.

HELIODORI
LARISSÆI
CAPITA OPTICORUM.

Ad Hetrusci codicis fidem Græcè & Latinè edita & recensita.

Ex Bibliotheca FR. LINDENBROGI.



CANTABRIGIÆ:
Ex Officina *J. Hayes*, Celeberrimæ Academiæ Typographi,
Impensis *Joann. Creed*, Bibliopolæ *Cantab.* 1670.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΥ

Κεφάλαια τῶν ὀπτικῶν.



Ὅτι προβολῆς πυρὸς ἀφ' ἡμῶν γινομένης, ἐπιβάλλομεν τοῖς ὁρωμένοις.

Ὅτι τοῦτο τὸ προβαλλόμενον ἀφ' ἡμῶν, φῶς ἐστιν.

Ὅτι τὸ προβαλλόμενον φῶς ἐπ' εὐθείας φέρεται.

Ὅτι καὶ ἐν σχήματι κωνικῷ.

Ὅτι καὶ ἐν ὀρθογωνίῳ φέρεται τῷ κώνῳ.

Ὅτι ὁ τῆς ὄψεως κῶνος οὐκ ἐστὶ πλήρης ὁμοίου φωτός.

Ὅτι τὰ ὁρώμενα κατ' ὀρθὰς, ἢ κατ' ὀξείας ὁρᾶται γωνίας.

Διὰ τί τὰ ὑπὸ μείζονος γωνίας ὁρώμενα, μείζονα φαίνεται.


Ὅτι τῷ περὶ τὸν ἄξονα τοῦ κώνου φωτὶ μάλιστα καθορῶμεν.

Ὅτι ἡ ὀπτικὴ δύναμις πρὸς τὰ ἔμπροσθεν μάλιστα πέφυκεν ἐνεργεῖν.

Ὅτι ἡ τοῦ τῆς ὄψεως κώνου κορυφὴ, ἐντὸς ἐστὶ τῆς κόρης, καὶ κέντρον ἐστὶ σφαίρας, εἴπερ τεταρτημόριον ἀποτέμνεται ὁ κύκλος τῆς κόρης.

HELIODORI LARISSÆI

Capita opticorum.



Uadam à nobis projectione ea, quæ sub aspectum cadunt, attingimus.

Id quod projicitur, atque emittitur à nobis, lux est.

Quæ à nobis emittitur lux, rectà fertur.

Atque in coni figura.

Item in cono fertur rectangulo.

Aspectûs nostri conus simili luce plenus non est.

Ea quæ cernuntur, aut rectis angulis intuemur, aut acutis.

Cur ea, quæ sub majori cernuntur angulo, majora videntur.

Eo lumine, quod circa coni axem est, maximè contuemur.

Cernendi vis ac facultas, in iis maximè, quæ ante sunt, munus suum exequitur.

Vertex coni visûs nostri intra pupillam est, & est sphæræ centrum; quandoquidem tetartemorion abscindit pupillæ circulus.

Ὅτι τὰ ὁρώμενα, ἢ κατ' ἰθυφάνειαν ὁρᾶται, ἢ κατὰ ἀνάκλασιν, ἢ κατὰ διάκλασιν τῆς ὄψεως τῆς ἡμετέρας.

Quæ adſpiciuntur, aut cernuntur directo, aut viſûs noſtri vel refractione, vel diffractione.

ΠΕΡΙ` τῆς πρὸς ἥλιον ὁμοιότητος, τῆς ἡμετέρας ὄψεως.

DE ſimilitudine quæ viſui noſtro eſt cum ſole.

Ὅτι κλωμένη ἡμετέρα ὄψις, ἴσας ποιεῖ γωνίας τὰς, πρὸς ὃ κλᾶται. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἀκτῖνες αἱ τοῦ ἡλίου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Cùm frangitur viſus noſter, pares facit angulos ad id, ubi frangitur. Itémque radii ſolis.

Ὅτι μὲν οὖν προβολῆς τινὸς ἀφ' ἡμῶν ἐπιβαλλομένων τοῖς ὁρωμένοις, δηλοῖ καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν σχῆμα οὐ κοῖλον, οὐδὲ πρὸς ὑποδοχήν τινὸς πεποιημένον, ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων αἰσθητηρίων, ἀλλὰ σφαιροειδὲς ὑπάρχον.

Projectione itaque à nobis ea, quæ cernuntur, nos attingere, oculorum figura declarat, non cava, neque ad aliquid recipiendum facta, ut reliquorum ſenſuum, ſed orbiculata & rotunda.

Ὅτι δὲ τοῦτο τὸ προβαλλόμενον ἀφ' ἡμῶν φῶς ἐστιν, αἵ τ' ἀπολάμπουσαι τῶν ὀμμάτων δηλοῦσι μαρμαρυγαί. καὶ τὸ, τινὰς καὶ νύκτωρ ὁρᾶν, οὐδὲν τοῦ ἔξωθεν προσδεομένους φωτὸς (ὥσπερ οὐδὲ τὰ νυκτινόμα τῶν ζώων) οἷος ἐκεῖνος ὁ Τιβέριος γέγονεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς. Τῶν δὲ νυκτινόμων ζώων τὰ ὄμματα, καὶ ἐκλάμποντα φαίνεται νύκτωρ δίκην πυρός.

Id autem quod emittitur lucem eſſe, argumento eſt oculorum fulgor ac ſplendor: quodque nonnulli noctu etiam cernant, nullo extrinſecus lumine indigentes: (ut & ea animantia, quæ noctu paſcuntur) ut Tiberius ille Romanorum Imperator. Noctivagorum autem animantium oculi per noctem in morem ignis effulgent.

Ἀλλ' ὅτι μὲν φωτὸς προβολῇ τοῖς ὁρατοῖς ἐπιβαλλόμεθα, δῆλον μὲν καὶ ἐκ τούτων. ἔτι δὲ σαφέστερον ἔσται, ἐπειδὰν τὴν πρὸς ἥλιον ὁμοιότητα τῆς ἡμετέρας ὄψεως παραστήσωμεν.

Ejecto ergo & emiſſo lumine nos ea contingere, quæ adſpicimus, ex his ſatis perſpicuum eſt: apertiùs verò tunc cognoſcetur, cùm ſolis & aſpectûs noſtri ſimilitudinem expoſuerimus.

Ὅτι δὲ τὸ προβαλλόμενον τοῦτο ἀφ' ἡμῶν (ὃ δὴ καὶ ἔθος ὄψιν καλεῖν) ἐπ' εὐθύ τε φέρεται, καὶ ἐν σχήματι κώνου ὀρθογωνίου. καὶ ὅ,

Atque id, quod à nobis emittitur, quódq; ſolemus viſum appellare, rectà ferri & coni rectanguli figurâ,

τε Πτολεμαῖος δι' ὀργάνων ἀπέδειξεν, ἐν τῇ αὐτοῦ Ὀπτικῇ πραγματείᾳ. Ἔνεστι δὲ καὶ λόγῳ θεωρῆσαι.

Εἰ γὰρ μέλλει τάχιστα ἡ ὄψις πρὸς τὸ ὁρατὸν ἀφικνεῖσθαι, ἐπ' εὐθείας ἐνεχθήσεται. Αὕτη γὰρ πασῶν ἐλαχίστη γραμμῶν, τῶν τὰ αὐτὰ πέρατα ἐχουσῶν. Καὶ αὖ πάλιν, εἰ μέλλει ὡς ἐνδέχεται πλεῖστον ἐπιλήψεσθαι τῶν ὁρωμένων, κατὰ κύκλον αὐτῷ ἐπιβαλεῖ. Οὗτος γὰρ τῶν ἐπιπέδων καὶ ἰσομέτρων αὐτῷ σχημάτων πολυχωρέστατος ἀποδέδεικται.

Δεῖ δὲ τὴν ὄψιν καὶ ταχέως ἐπιβάλλειν τοῖς ὁρατοῖς, καὶ ὡς ἐνδέχεται πλεῖστον ἑκάστου θεωρεῖν ἅμα. Λυσιτελεῖ γὰρ ταῦτα τῷ ζῴῳ. Πᾶν δὲ ὅσπερ λυσιτελές τε καὶ ἀγαθόν ἐστι τοῖς ζώοις, ἡ φύσις ἀσπάζεται, καὶ θέλει ποιεῖν. ὥστε κατὰ τὸν εἰκότα λόγον, ἡ ὄψις ἐπ' εὐθείας ἐνεχθήσεται, καὶ κατὰ κύκλον ἐπιβαλεῖ τοῖς ὁρωμένοις.

Οὕτω δὲ φερομένη, καὶ οὕτως ἐπιβάλλουσα τοῖς ὁρατοῖς, ἤτοι κυλινδρεικὸν, ἢ κωνικὸν ἕξει τὸ σχῆμα, εἴγε δὴ καὶ τεταμένον ἔχει, ὥσπερ οὖν εὔλογον ἔχειν.

Ἀλλὰ μὴν κυλινδρεικὸν οὐκ ἔχει. οὐ γὰρ ἂν ἐδύνατο τοῖς μείζοσι τῆς κόρης μεγέθεσιν ἀθρόως ἐπιβάλλειν, καὶ πρὸς τούτῳ ἅπαντά τε ἅμα ὅλα τε ὁρώμενα ἐδόκει αὐτῇ ἴσα κατὰ μέγεθος εἶναι. κωνικὸν ἄρα ἔχει τὸ σχῆμα. Οὕτω

cùm Ptolemæus in optices explicatione organis demonſtravit; tum ratione oſtendi, & intelligi poteſt.

Ut enim viſus noſter quàm citiſſimè eo, quod ſub aſpectum cadit, perveniat, rectà feratur neceſſe eſt: propterea quòd hæc linearum omnium, quæ eoſdem fines habeant, eſt minima. Ad hæc, ut ejus, quod adſpicitur, quàm plurimum oculi percipiant, eo ſe conjiciunt in orbem: nam hanc figuram omnium, quæ planæ ſunt, & quæ iſometræ, ampliſſimam eſſe & capaciſſimam demonſtratum eſt.

Adſpectum autem noſtrum oportet & celeriter videnda conſequi, & ex his quàm plurimum extemplo intueri: ità enim animanti expedit. Quæ verò animantibus conferunt, & quæ bona & utilia ſunt; amplecti natura & comparare ſolet. Quare optimâ ratione viſus & rectà meabit, & in orbem, ad ea quæ intuenda ſint, contendet.

Quæ cùm ità ſe habeant, aut cylindri habebit figuram, aut coni, cùm extenſam aut porrectam habeat, talem enim habere, rationi conſentaneum eſt.

Hæc verò cylindricam non habet: non enim eas res, quæ pupillâ majores eſſent, ſtatim aſſequeretur; præterea quæ conſpiciuntur, pari magnitudini eſſe oculis viderentur. Quamobrem coni figuram habeat neceſſe eſt. Cùm

δὲ ἔχουσα, καὶ τοῖς διαφόροις μεγέθεσι τῶν ὁρωμένων, οἷα τ' ἐστὶ διαφέρουσι κατὰ τὸ μέγεθος ἐπιβάλλειν τῆς αὐτῆς βάσει.

Ὅτι μὲν οὖν τὸ τῆς ὄψεως σχῆμα, κῶνός ἐστιν, οὕτως ἄν τις τῷ λόγῳ κατασκευάσειεν.

Ὅτι δὲ καὶ ὀρθογώνιος κῶνος ὡρισμένος τῷ εἴδει (εἶδος γάρ ἐστιν εἰδικώτατον, ὥσπερ οὖν καὶ ἡ ὀρθὴ γωνία) δῆλον. Οἱ δὲ ἀμβλυγώνιοί τε καὶ ὀξυγώνιοι, ἀόριστοι κατὰ τὸ εἶδος ὑπάρχουσιν, ἐπείπερ καὶ αἱ τοιαῦται τῶν γωνιῶν, τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον εἰς ἄπειρα ἐπιδέχονται. Ἡ δὲ φύσις τὸ ὡρισμένον πρὸ τοῦ ἀορίστου ἐθέλει ποιεῖν, ὡς ἂν ἄμεινον, καὶ οὐχ ἥκιστα λογικοῦ ζώου ἁρμόττον φύσει. ὥστε κατά γε τὸν λόγον ὀρθογώνιος ἔσται ὁ τῆς ὄψεως κῶνος. Τούτῳ δὲ καὶ τὰ φαινόμενα συμφωνεῖ. Τοῦ τε γὰρ οὐρανοῦ σφαιροειδοῦς ὄντος, τεταρτημόριον ἅμα ὁρῶμεν, καὶ δὴ καὶ τῆς τοῦ ὁρίζοντος περιφερείας τὸ αὐτὸ βλέπομεν μέρος. Ἐὰν δὲ κύκλου τινὸς ἐντὸς, καὶ πρὸς τῇ περιφερείᾳ γενόμενοι, ἡμικύκλιον ἅμα ὅλον ὀψόμεθα. Ταῦτα δὲ οὐκ ἄν ποτε οὕτω συνέβαινεν, εἴγε μὴ ὀρθογώνιος ἦν ὁ τῆς ὄψεως κῶνος.

Ἀλλὰ πρὸς τὸ τοῦ στοιχειωτοῦ λέγοντος, ΟΥΔΕ'Ν ΤΩ͂Ν ὉΡΩΜΕ'ΝΩΝ ἍΜΑ ὍΛΟΝ ὉΡΑ͂ΤΑΙ, ἡμεῖς εἴπωμεν, ὅτι δὴ καὶ τεταρτημόριον τοῦ οὐρανοῦ ἅμα ὅλον ὁρᾶται.

autem ità habeat, ea quæ dispari magnitudine sint, contemplatione potest adipisci.

Visum itaque figurâ coni esse, his rationibus confirmari potest.

Conus autem est rectangulus, specie definitus: species enim est infima, ut est rectus angulus. Qui verò obtusis sunt angulis, aut acutis, incerti sunt, nec finiti specie: quoniam tales anguli augeri, minui, specie denique innumerabiles esse possunt. Natura autem id, quod sit finitum, tanquam præstantius & maximè ad animal ratione utens accommodatum, ei quod infinitum sit, solet anteferre. Itaque rationi consentaneum est, rectum angulum esse aspectûs conum; atque id etiam phænomena ipsa confirmant. Cœlum enim cùm rotundum sit, ejus tetartemorion uno obtutu conspicimus: & eandem cernimus partem ambitûs Horizontis. Intra autem circulum aliquem & in ejus circuitu collocati, totum semicirculum unà contuebimur. Quæ minimè ità evenirent, si non rectis angulis esset visûs nostri conus.

Quod autem ait Euclides NIHIL EORUM QUÆ CERNUNTUR, UNA TOTUM VIDETUR, responderi potest: Cœli tetartemorion in oculos universum incurrere.

Ἰστέον

Ἰστέον τοίνυν, ὡς ὅτε μὲν ὁλοσχερῶς ἐπιβάλλομεν τοῖς ὁρωμένοις, ὅτε δὲ καὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἀκριβές.

Ὁλοσχερῶς μὲν ἀκριβῶς τι ὁρᾶν πάντα ἅπλα τὰ μέρη ἐπιπορευθῆναι, τὰ μεταξὺ τῶν ἀπὸ τοῦ ὄμματος φερομένων ἀκτίνων παρεμπεσόντα. Καὶ ὃ ἀδὴ ἔλαθεν ἡμᾶς ἀναγκαίως κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν, ταῦτα τῶν ὄψεων ἐπιδρομῇ θεασόμεθα.

Γινώσκειν γὰρ δεῖ, ὅτι τὸ κωνικὸν τοῦτο, καὶ φωτοειδὲς τῆς ὄψεως σχῆμα, διὰ τῶν ἀδήλων πόρων τῆς κόρης φερόμενον, σχίζεται ἐξ ἀνάγκης εἰς κεχωρισμένας μὲν ἀλλήλων ἀκτῖνας· συναγκαζούσας δὲ ἅπαντα τὸν μεταξὺ αὐτῶν τόπον, τοῦτ᾽ ἐστὶν, ὅλου τοῦ κύκλου τὸ βάθος.

Ὁρᾶται δὲ τὰ ὁρώμενα ἤτοι κατ᾽ ὀρθὰς γωνίας, ἢ κατ᾽ ὀξείας, κατὰ δὲ ἀμβλείας οὐδέποτε. Συνίστανται γὰρ αἱ γωνίαι, καθ᾽ ἃς ὁρῶμεν, πρὸς αὐτῇ τῇ κορυφῇ τοῦ τῆς ὄψεως κώνου. Καὶ αἱ μὲν ὀρθαὶ ἐπὶ διαμέτρων βεβήκασι τῆς βάσεως τοῦ κώνου· αἱ δὲ ὀξεῖαι, ἐπὶ τινῶν εὐθειῶν, αἵ εἰσι καὶ αὐταὶ ἐν τῇ βάσει τοῦ κώνου ἐλαττούμεναι τῆς διαμέτρου· ἤτοι δὲ ἁρμόζουσαι εἰς τὸν κύκλον, ἢ οὔ.

Ἀεὶ τὰ ὑπὸ μείζονος γωνίας ὁρώμενα, μείζονα φαίνεται. πλείονι

Sciendum igitur est, nos ea quæ tuemur aliquando universim assequi, aliquando videndi subtilitate minimè absoluta.

Universim quidem una conspici res affirmamus: subtiliter verò nihil plané. Etenim ut subtiliter aliquid contemplemur, omnes ejus partes prosequamur oportet; quæ inter radios ab oculis prodeuntes occurrunt: ac quæ primum obtutum necessario effugerunt, hæc oculorum percursu repetita conspicimus.

Intelligi enim oportet, conicam hanc, & luci cognatam aspectûs figuram, per obscuras pupillæ vias permeantem scindi in radios, qui necessario quidem alii ab aliis separati sint, ut concipiant, & complectantur totum, qui inter eos intercedit locum: id est, circuli universi profunditatem.

Quæ autem adspiciuntur, aut rectis cernuntur angulis, aut acutis: at obtusis nunquam. Quibus enim obtuemur angulis, ad ipsum verticem coni adspectûs nostri coeúnt. Ac recti quidem in diametro consistunt basis ipsius coni: acuti verò in rectis quibusdam lineis, quæ sunt ipsæ quoque in basi coni, at diametro minores: quæque aut congruant ad circulum, aut non congruant.

Quæ majori angulo cernuntur, apparent majora: copiosiore

γὰρ αὐτῆς ἐπιβάλλομεν τῷ φωτί. Ἐκεῖνο δὲ οἶμαι, καὶ βραχὺ ἐπιστήσαντι δῆλον ἂν γένοιτο· ὅτι τῷ περὶ τὸν ἄξονα τῆς ὄψεως φωτὶ μάλιστά πως δοκοῦμεν ὁρᾷν. Ἐὰν οὖν ὁρᾶσθαί τι ἀκριβῶς ἐθελήσωμεν, ἐπιστρέφομεν οὕτω τὴν ὄψιν, ὥστε κατ' αὐτὸ τὸ μεσώτατον τοῦ τῆς ὄψεως κώνου προσβάλλειν τῷ ὁρωμένῳ. Διάτοι τοῦτο καὶ ῥαφίδος, εἰ τύχοι, παρακειμένης τινὸς, προσβάλλοντες τὴν ὄψιν ἐπὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ κειμένη τυγχάνει, οὐχ ὁρῶμεν αὐτὴν, ἕως ἂν κατὰ τὸν ἄξονά πως, ἢ κατὰ τὰς περὶ αὐτὸν ἀκτῖνας αὐτῇ ἐπιβάλλωμεν. Τοῦτο δὲ αἴτιον, ὅτι ἡ ὀπτικὴ δύναμις μάλιστά πως εἰς τοὔμπροσθεν τὴν ἐνέργειαν ἔχει. Εἰς δὲ πλάγια οὐχ ὁμοίως πέφυκεν. Πρόσω τοίνυν κατὰ φύσιν συστάντων ἡμῶν τὸ τῆς ὄψεως σχῆμα, ἀκριβῶς μὲν πρόσω ὁ ἄξων ἂν εἴη τοῦ κώνου, συνεγγὺς δὲ, αἱ τούτῳ πλησιάζουσαι ἀκτῖνες τῆς ὄψεως. Αἱ γάρ τοι λοιπαὶ ἄνω τε καὶ κάτω, καὶ εἰς τὰ πλάγια φέρονται. Οὕτω δὲ ἔτι πρόσω πέφυκεν ἡ ὀπτικὴ δύναμις, ὥστε τὰ κατόπιν, ἢ ὅλως τὰ μὴ ἔμπροσθεν ἡμῶν κείμενα, εἰ ἐν κατόπτρῳ θεωροῦμεν τινὶ, πρόσω εἶναι ταῦτα φαντάζεται, κἂν τοῖς ἐνοπτρίζουσιν ἐνυπάρχειν αὐτά.

enim luce ad ea contendimus. Hoc autem qui vel paululum considerabit, apertè intelliget. nam eâ luce maximè, quæ in visûs axe est, res quasque contemplari videmur. Quòd si quid accuratè & subtiliter intueri velimus, ità convertimus aciem, ut per mediam maximè & intimam aspectûs coni partem res ipsas tuendo consequamur. Quo fit ut si qua oculis objecta sit acus, atque obtutum in eo loco, ubi posita est, defixerimus, eam non discernamus, quoad per axem aut per eos, qui circa axem sunt, radios attenti legamus. Atque idcirco fit, quod cernendi facultas ad ea maximè, quæ antepolita sunt, contendatur: obliqua verò non perinde percipiat. Itaque si in anteriorem partem, naturam sequentes, aciem dirigamus, penitus quidem ante axis coni erit: ei verò propinqui reliqui radii, sursum, deorsum in dexteriorem & sinisteriorem partem ferentur. Atque adeò cernendi vis hanc naturam habet, ut si ea, quæ à tergo sunt, atque omnino ante nos non sunt sita, proposito speculo contemplemur ea tamen esse ante nos videantur, & in iis esse, qui in speculum inspiciant.

Δῆλον

Δῆλον δὲ, ὅτι ἡ τοῦ τῆς ὄψεως κώνου κορυφὴ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς τοῦ ὀφθαλμοῦ κόρης. οὐ γὰρ ἄν ποτε ἀπὸ παντὸς τόπου τῆς κόρης ἑωρῶμεν, ἀλλ' ἔστιν ἐντὸς καὶ ἐν τῷ τοῦ ὀφθαλμοῦ βάθει. Βάσις δ' ἐστὶ τοῦ κώνου ἡ πρώτη, καὶ ἐλαχίστη ὁ κύκλος, οὗ πέρας ἐστὶν ἡ τὴν κόρην περιγράφουσα περιφάνεια. Αὕτη γάρ τοι ἡ κόρη, οὐ κύκλος, ἀλλὰ τῆς τεταρτημορίου σφαίρας ἐστὶν ἐπιφάνεια· εἴπερ ὀρθογώνιος ἐστὶν ὁ τῆς ὄψεως κῶνος, ὡς ἐδείξαμεν.

Perſpicuum autem eſt; verticem coni aſpectus noſtri in oculi pupilla non eſſe: neque enim ab omni pupillæ parte cerneremus, verùm intra eam eſt, & in intimo oculo. Baſis verò coni prima ac minima circulus is eſt, cujus extremum eſt ea, quæ pupillam concludit & circumſcribit ſuperficies. Nam ipſa quidem pupilla, non circulus, ſed ſuperficies eſt quartæ partis ſphæræ, ſiquidem rectangulus eſt viſûs noſtri conus.

Ἐπιβαλλόμεθα δὲ τοῖς ὁρωμένοις, ἤτοι κατ' εὐθυωρίαν ἀκλάστου μενούσης μέχρι καὶ τῶν ὁρωμένων τῆς φερομένης ὄψεως, ἢ κεκλασμένης ἤδη. Οἷον ὅτε εἰς ὕδωρ ἐνορῶμεν. Τὴν μὲν τοῦ ὕδατος ἐπιφάνειαν κατ' εὐθὺ, καὶ ἀκλάστου φερομένης τῆς ὄψεως θεωροῦμεν. τὰ δὲ καθ' ὕδατος νηχόμενα, ἢ καὶ κείμενα, περιιούσης μὲν ἤδη τῆς ὄψεως εἰς τὸ βάθος, ὁρῶμεν, ἢ ἀνακλωμένης μέντοι ὑπὸ τῆς αὐτοῦ κατερείσεως.

Ea autem; quæ à nobis proſpiciuntur, attingimus aut directo progreſſu, infracto obtutu manente ad eorum uſque, quæ cernimus, metam: aut etiam obtutu fracto. Nam cum in aquam inſpicimus, ſummam quidem aquam contemplamur dejecta, nec fracta oculorum acie. At quæ in aqua natant, aut in ea ſita ſunt, cùm intuemur, progreditur quidem in profundum aſpectus, at ipſo renixu aquæ refringitur.

Ἐὰν γοῦν εἰς ἀγγεῖόν τι ἐνὸν οὐχ ὁρᾶται, τοῦ αὐτοῦ ἀποστήματος ὄντος, ἐὰν ὕδωρ χυθῇ, ὀφθήσεται τὸ ἐμβληθὲν, ὃ δὴ πρότερον οὐχ ἑωρᾶτο. Οὕτω δὴ τὰ καθ' ὕδατος θεωροῦμεν. Τῶν δέ γε ἔξω τοῦ ὕδατος ἐπιφανείας,

Quod ſi quid, quod in vaſe ſit, non videatur, cum aquam id vas habebit, quod injectum fuerit, quodque priùs non cernebatur, eodem intervallo apparebit: atque ità quæ in aqua ſunt, cernimus. Earum verò rerum, quæ extra aquæ ſuperficiem ſunt,

καὶ λέγειν δὲ ἔθος τοῖς παλαιοῖς, ὅσα μὲν δι' ἀέρος καὶ ἀκλάστου φερομένης τῆς ὄψεως θεωροῦμεν, ταῦτα κατ' ἰθυφανὲς πᾶν θεωρεῖται. Ὧν δὲ τὰς ἐμφάσεις θεωροῦμεν ὡς ὕδατι, ἢ ὅλως ἐν κατόπτρῳ, ταῦτα κατ' ἀντιφάνειαν ὁρᾶται. τὰ δὲ καθ' ὕδατος, ἢ διὰ διαφανῶν θεωρούμενα * . . . .

(& veteres consueverunt dicere,) quæcunque per aerem, & infracto manente visu aspicimus, hæc conspiciuntur per rectam apparentiam. Quorum verò imagines in aqua, aut omnino in speculo, hæc videri per antiphaniam: at quæ per aquam, cæteráſque res perlucidas aspicimus * . . . .

Τὴν δὲ εἰρημένην τῆς ὄψεως ἔξω εὐθεῖάν τε φορὰν καὶ ἀνάκλασιν, καὶ προσέτι τὴν ἐπὶ πλεῖστον αὐτῆς τε καὶ ἄχρονον πρόοδον, ταῦτα δὴ πάντα ὁρᾶν ἔξεστιν, καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων συμβαίνοντα. ὡς κἀντεῦθεν βεβαιοῦσθαί πως, τὰ καθ' ἀρχὰς εἰρημένα ἡμῖν.

Et hunc aspectus nostri & porrectum motum inflexum, & quam longissimum subitúmque progressum, in solis quoque radiis evenire videri potest. Ut indè, quæ à principio diximus confirmentur.

Ὅτι δὴ φῶς πρόεισιν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ὀμμάτων, εἴγε ταῦτα πάθη ἐπί τε τῆς ἡμετέρας ὄψεως, κἀπὶ τοῦ ἡλιακοῦ συμβαίνει φωτός. Ὅσον μὲν γὰρ διάστημα τὸ ἡλιακὸν ἀποτείνηται φῶς, ἀρχόμενον μὲν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἡλίου τῆς σφαίρας, περιιὸν δὲ μέχρι γῆς, καὶ τῶν ταύτης μυχῶν, τοσοῦτον καὶ ἡ ἡμετέρα ὄψις περιιέναι δόξειεν, ὅτανγε πρὸς τὰ οὐράνια βλέπομεν. Καὶ αὖ πάλιν, ὥσπερ ἡ τῆς ἡμετέρας ὄψεως πρόοδος ἀχρόνως ἐπιτελεῖσθαι δοκεῖ, οὕτω καὶ ἡ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἐπέκτασις ἀχρόνως γίνεσθαι δόξειεν.

Ac lucem quidem ab oculis nostris prodire, ex eo intelligere possumus, quod eam contingere videmus in aspectu nostro, & solis luce. Quantum enim solare lumen porrigitur ab ipso solis orbe profectum, & ad terram usque progrediens ultimósque ejus recessus, tantum oculorum nostrorum acies, cùm cœlum intuemur, procedere videtur. Præterea & aspectus nostri, & solaris luminis progressum fieri puncto temporis apparet.

Οὐ πρ

Ὃν τρόπον γὰρ νέφους ἐπιπροσθέντος ἡμῖν, εἶτα δὲ παραλλάξοντος, αὐτίκα καὶ ἀχρόνως ἡμῖν δοκεῖ τὸ ἡλιακὸν φῶς ἐπιβάλλειν. οὕτως ἡμεῖς ἀναβλέψαντες μόνον, εὐθέως βάλλομεν τὴν ὄψιν τοῖς οὐρανίοις.

Ἀλλὰ καὶ δι' ὧν σωμάτων διακλωμένας τε καὶ φερομένας ὁρῶμεν τὰς ἀφηλίους ἀκτῖνας, οἷον δι' ὕδατος, ὑέλου, ἢ κέρατός γε, ἢ τῶν τοιούτων τινὸς, διὰ τούτων καὶ τὴν ἡμετέραν ὄψιν συμβαίνει χωρεῖν, καὶ ἀνακλᾶσθαι δὲ ἀπὸ τῶν αὐτῶν, τό τε ἡλιακὸν φῶς, καὶ τὴν ἡμετέραν ὄψιν συμβαίνει, καὶ πρὸς ἴσας γε τοῦτο παράγειν γωνίας. Δῆλον δὲ τοῦτο ἐντεῦθεν. Ἐὰν γὰρ ἀνακλάσεως οὔσης ἡλιακῶν ἀκτίνων ἀφ' ὕδατος, ἢ ὅλως ἀπὸ τινὸς τῶν, ὅσα πυκνά ἐστι καὶ λεῖα, καταστήσωμεν οὕτω τὸ ἡμέτερον ὄμμα, ὡς εἶναι μὲν αὐτὸ ἐν ταῖς ἀνακλασθείσαις ἀκτῖσιν, ὁρᾶν δὲ πρὸς τὸν τοῦ ὕδατος τόπον, ἀφ' οὗπερ ἀνεκλάσθησαν αἱ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες, ὀψόμεθα ὡς ἐν κατόπτρῳ, τῷ ὕδατι ἡλιακὸν κύκλον, ἐφαρμαζόντων. δηλονότι τῶν τῆς ὄψεως ἀκτίνων ταῖς τοῦ ἡλίου ἀκτῖσι, διὰ τὸ πρὸς ἴσας τε καὶ αὐτὰς ἀνακλᾶσθαι γωνίας.

Καὶ ἡ ἀνάκλασις δὲ, ὡς

Nam quemadmodum nobis obstante nube, deinde prætereunte, confestim & in ipso temporis articulo, solis lumine attingimur & collustramur: ità nos sursum versus modo contuentes, statim in cœlum oculos conjicimus.

Ad hoc per quæ corpora solares radios & ferri & perfringi videmus, ut per aquam, per vitrum, per cornu, & cætera hujusmodi, per hæc oculorum aciem permeare contingit, & ab eisdem tum solare lumen, tum aspectum nostrum frangi, ídque ad angulos æquales. Quod ex eo intelligi potest. Quod si ab aqua, aut alio quovis eorum, quæ densa & levia sunt, radiorum solis fit refractio, nósque ità oculos statuamus, ut in refractis sint radiis, & in eum aquæ locum dispiciant, unde refracti radii sunt, orbem solis in aqua, tanquam in speculo conspiciemus; congruentibus videlicet & inter se aptis & respondentibus visus nostri radiis, & radiis solis, quod ad æquales & eosdem angulos refringantur.

Quæ quidem reflexio, ut

ὕστερον

ὕστερον ἀποδείξομεν, ὁμοία φαίνεται γινομένη, ἐπί τε τῆς ἡμετέρας ὄψεως, καὶ ἐπὶ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων. Ἀλλὰ καὶ τὸ χρωννῦσθαι πως ἀπὸ τούτων πρὸς ἅπερ ἀνακλῶνται ἢ διακλῶνται· συμβαίνει μὲν τῷ τοῦ ἡλίου φωτὶ, συμβαίνει δὲ καὶ τῇ ἡμετέρᾳ ὄψει, ὡς ἐμφαίνεσθαι ὁμοίως τοῖς οὕτωτε ὑφ' ἡμῶν ὁρωμένοις, οὕτω δὲ ὑφ' ἡλίου καταλαμπομένοις. Εἰ γὰρ ἀνίσχων ὁ ἥλιος, ἢ δυόμενος διά τινος ἐρυθροῦ διαλάμπει νέφους, ὁρᾶν ἐστὶν ἅπαντα φοινικᾶ, καὶ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ ἁπλῶς ὅσα ἂν καταλάμπει. Τούτοις δὴ παραπλήσια καὶ παρὰ τὴν ἡμετέραν ὄψιν ἐστὶ θεωρῆσαι. Ὁποῖον γὰρ ἂν τύχοι τὸ τοῦ διαφανοῦς χρῶμα, τοιουτόχροον καὶ τὸ δι' αὐτοῦ φαινόμενον δόξειεν ἂν ὁρᾶν.

Καὶ αὖ πάλιν εἴπης λαβὼν ἔνοπτρον ὁποιονοῦν τῷ χρώματι πρὸς αὐτὸ θεωρῇ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἐμφαινόμενα ὁμόχροα τῷ ἐνόπτρῳ φαινεῖται. τῆς ὄψεως δηλονότι πρὸς τὰ ὁρώμενα ἀνακλωμένης, καὶ τὸ τοῦ ἐνόπτρου χρῶμα ἐπιφερούσης αὐτῆς. Ταῦτα δὲ συμβαίνειν φαμὲν ἐπί τε τῆς ἡμετέρας ὄψεως, καὶ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων. Ἐὰν δὲ ἡ ἀνάκλασις ἀπ' ἀργυρῶν τινῶν γίνεται τῶν ἐνόπτρων, ἢ ἀπὸ καθαρῶν καὶ ἠρεμούντων ὑδάτων, οὐδὲν ἀποφέρεται χρῶμα, οὔτε τὸ ἡλιακὸν φῶς,

postea ostendemus; similis in obtutu nostro fieri videtur, atque in radiis solis. Quinetiam & solis luci, & aspectui nostro contingit, ut ab iis colorem quodammodo ducant, à quibus aut franguntur, aut reflectuntur, ut similitudo intercedat cum iis, quæ tum prospiciuntur à nobis, tum à sole lustrantur. Si enim aut oriens sol, aut occidens per rubram aliquam nubem effulgeat, & terra, & mare, & cætera denique quæ solis splendore fulgescunt, purpurea omnia videbuntur: quod æquè in obtuendo evenire, considerare quivis potest. Nam quali medium perlucidum colore sit, quod per id prospicitur, eundem colorem videbitur habere.

Itaque siquis sumptum quovis colore speculum contempletur, quæ in eo apparent, omnia ejusdem coloris esse videbuntur, refracta videlicet & reflexa acie: ac speculi colorem ad ea, quæ apparent, perferente. Atque hæc tum in aspectu nostro, tum in radiis solis evenire dicimus. Quod si ab argenteis quibusdam speculis fit refractio, aut à lympidis placidísque & quietis aquis, nullum ab iis colorem vel solaris lux trahit,

οὔθ'

οὔθ' ἡμετέρα ὄψις· ὡς ἂν ἀχρουστέρων πως ὄντων. Διὸ καὶ τοιαῦτα εἶναι τὰ χρώματα δοκεῖ, οἷα ἂν ἀπὸ τοιούτων, ἢ διὰ τοιούτων κλώμεναι ἀκτῖνες προσβάλλωσιν, ὁποῖα ἂν καὶ κατ' ἀλήθειαν ὑπάρχει.

Ἐξ ἁπάντων δὴ τούτων, οὐκ ἔστιν ὅστις οἶμαι αἰσχυνθείη λέγων, φῶς τι ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ὀμμάτων προϊέναι, οὕτως ἄφθονον τὴν πρὸς ἥλιον ὁμοιότητα τῆς ἡμετέρας ὄψεως θεωρήσας. Πλάτων δὲ ὁ μέγας, καὶ ἡλιοειδέστατον ἔφατο εἶναι τὴν ὄψιν τῶν περὶ τὰς αἰσθήσεις ὀργάνων. Εἰδέναι δεῖ, ὅτι αἱ ἀνακλάσεις αὗται καὶ διακλάσεις τῆς ὄψεως, οὐκ ἀτάκτως ἐπιτελοῦνται. Πρὸς γὰρ ἴσας γίνονται γωνίας ἀεὶ, αἳ δὴ καὶ συνίστανται πρὸς ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ περ καὶ ἀνακλῶνται, ἢ διακλῶνται. Ἀπέδειξε γὰρ ὁ μηχανικὸς Ἥρων, ἐν τοῖς αὐτοῦ κατοπτρικοῖς, ὅτι αἱ πρὸς ἴσας γωνίας κλώμεναι εὐθεῖαι ἐλάχισταί εἰσι πασῶν, τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ ὁμοιομεροῦς γραμμῆς πρὸς τὰ αὐτὰ κλωμένων πρὸς ἀνίσους γωνίας. Τοῦτο δὲ ἀποδείξας φησὶν, ὅτι εἰ μὴ μέλλοι ἡ φύσις μάτην περιάγειν τὴν ἡμετέραν ὄψιν, πρὸς ἴσας αὐτὴν ἀνακλάσει γωνίας. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, ὅτι καὶ ἡ διάκλασις τῆς ὄψεως τῆς ἡμετέρας, πρὸς ἴσας ἐπιτελεῖται γωνίας. Ἐκ δὲ τούτου φανερὸν, ὡς καὶ αἱ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες πρὸς ἴσας κλῶνται γωνίας.

vel aspectus noster, quippe coloris quodammodo sunt expertia. Ea igitur, in quæ incidunt radii, qui ab hujusmodi rebus colore carentibus, aut per eas franguntur, suum verúmque eorum colorem videbuntur habere.

Quæ cùm ità sint, neminem opinor affirmare pudeat, ab oculis nostris lucem prodire, cùm tam luculentam aspectui nostro esse videat similitudinem cum sole, & conjunctionem. Magnus quidem Plato ex omnibus sensuum instrumentis visum esse dixit solis simillimum, ejúsque speciem atque imaginem imprimis referre. Scire autem convenit has vel refractiones visus, vel perfractiones, non effici nulla certa ratione, aut ordine. Ad æquales enim fiunt angulos: qui quidem coëunt, unde vel refringuntur, vel perfringuntur. Etenim demonstravit mechanicus Hero in Catoptricis, quæ ad æquales angulos franguntur rectæ, minimas esse omnium, quæ ab eadem similiúmque partium linea sunt, & ad eadem franguntur ad impares angulos. Quo demonstrato, Natura, inquit, si frustra nostrum aspectum circumactura non est, ad æquales angulos visus perfractionem esse. Ex quo perspicuum est, solis quoque radios ad angulos æquales frangi.

Ὀυ

Οὐ γάρ που τῇ ἡμετέρᾳ ὄψει ἐν ἰσότητι τοῦτο συμβαίνειν δεῖ λέγειν, ταῖς δὲ τοῦ ἡλίου ἀκτῖσι, κατὰ τὸ ἄνισον καὶ ἄτακτον. Ἀπεδείξαμεν δὲ κἀν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτιγε τῶν ἀνακλάσεων ἴσας συνίστασθαι γωνίας, ὑπὸ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ταῖς τῆς ἡμετέρας ὄψεως, ἥτις ἀποδέδεικται, πρὸς ἴσας κλᾶσθαι γωνίας.

Neque enim dici oportet, visui nostro hoc in æqualitate contingere: solis radiis, sine æquabilitate atque ordine. Ac supra docuimus, in refractionibus æquales à solaribus radiis confluere & constare angulos, angulis visus nostri; quem ad æquales angulos frangi demonstratum est.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.